Ea. 55. a.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-705928-p0003-8

Anhang. 00. 7

6

# ALCIPHRONIS
## RHETORIS
# EPISTOLAE
## EX FIDE ALIQVOT CODICVM RECENSITAE

CVM

STEPHANI BERGLERI

COMMENTARIO INTEGRO,

CVI ALIORVM CRITICORVM ET SVAS NOTATIONES
VERSIONEM EMENDATAM INDICVLVMQVE

ADIECIT

IOANNES AVGVSTINVS WAGNER
CONRECT. GYMNASII MERSEB.

*Tomus* I.

LIPSIAE
SVMTIBVS OFFICINAE LIBRARIAE MVELLERIANAE
MDCCLXXXXVIII.

DOM-GYMNASIUM ZU MERSEBURG

# ALCIPHRONIS

RHETORIS

# EPISTOLAE

EX FIDE ALIQVOT CODICVM
RECENSITAE

BIBLIOTHEK
des
DOMGYMNASIUMS
ZU MERSEBURG

CVM

STEPHANI BERGLERI

COMMENTARIO INTEGRO,

CVI ALIORVM CRITICORVM ET SVAS NOTATIONES,
VERSIONEM EMENDATAM INDICVLVMQVE

ADIECIT

IOANNES AVGVSTINVS WAGNER

CONRECT. GYMNASII MERSEB.

*Tomus* I.

LIPSIAE

SVMTIBVS OFFICINAE LIBRARIAE MVELLERIANAE

MDCCLXXXXVIII.

L 193,

# OPERARVM ERRORES.

P. 1. l. 5. ante πόντος infere δ. p. 4. Col. 2. l. 24. ἐξωγκ. p. 8. penult. ante Vigerum pone: *ipsum Noſtrum* III, 39. p. 13. l. 2. poſt ἀλλής dele inciſum. p. 17. Col. 2. l. 15. *deiectVm.* p. 19. Col. 1. l. 5. *certE.* ib. Col. 2. l. 31. σκάφει. p. 25. Col. 2. l. 16. *adDicerent.* p. 30. l. 3. οἰκνύντων. ib. l. 6. ἀναμένουσιν. p. 31. Col. 1. p. 21. *accommodatA.* p. 32. l. 8. dele vocem *interpungas.* p. 33. l. 22. *deſereRE.* p. 34. l. 7. ὁ θεμιστ. p. 40. l. 5. poſt ad infere: *Timaeum.* p. 41. l. 2. *PhilippicaM.* p. 45. l. 21. ἐκεῖσε. (iunctim) p. 47. Col. 1. l. 5. *Bergler. Ita.* p. 49. l. 3. μέχρι. ib. l. 8. poſt ἕνα infere: ἢ δεύτερον τουτονί. p. 50. Col. 1. l. 21. ἀναμοίβην. ib. Col. 2. l. 2. Η (πρῶξ) p. 60. l. 14. ἐπιτολὴν. p. 64. l. 1. πρυμνήσια. p. 74. l. 32. pro lyra lege *lyrae.* p. 80. l. 29. πλέον. p. 84. l. 13. σὸν. p. 106. l. 5. ἡπάτια. p. 107. vlt. διασύνουσιν. p. 111. l. 9. poſt ἡμέρας infere ἄπαξ. p. 117. l. 8. poſt μὴ tolle comma. p. 120. l. 7. fortiTa. p. 122. l. 23. οὖν. p. 141. l. 7. βραβεύ. p. 146. l. 11. Αὐτῶν τὰς ἑπτὰ μυᾶς. ib. l. 13. οὐσίαν. p. 150. l. 29. in fine adde: *Bergler.* p. 154. l. 2. noſtrAS. ib. l. 22. μεθ. ib. l. 23. ἀνατετραμμένοτ. p. 160. Col. 1. l. 22 γέρωΝ. p. 166 l. 3 γὰρ l. penult. εἴσομαι. p. 175. l. 24. ἀσυνδέτως. p. 179. l. 4 et 8. στέρΝω. p. 189. l. 22 poſt πρόκειται loco puncti pone inciſum. p. 191. Col. 2. l. 11. poſt Noſtrum adde: I, 3. p. 192. Col. 2. l. 14. ἀποκΝ. p. 193. Col. 2. l. 15. dele *vult.* p. 196. l. 19. κινοῦντος. p. 203. l. 12. ἀποΣτ. p. 209. l. 12. φαίη. ib. l. 25. poſt σκιᾶς infere εἴδωλον. p. 213. Col. 2. l. 25 filiis. p. 214. l. 17 et 21 νῦν. p. 217. l. 1. tolle comma poſt συγκοιμωμένη. p. 224. l. 11. a fine δυστυχούντων. p. 239. l. 21. ἔτιοῦν. p. 242. l. 1. ἀχόμεθα. p. 245. l. 6. parituRA. p. 247. Col. 1. l. 19. poſteriTatem. p. 266. l. 15. ante nimis adde: *non.* p. 279 Col. 2. l. 4. lege ἦν. p. 296. l. vlt. adde nomen *Bergleri.* p. 297. l. 2. πολλάκις. p. 302. Col. 2. l. 3. Omittit. p. 303. Col. 2. l. 4. a fine: ΚΑΙ. p. 305. Col. 2. l. 13. pro non lege *nunc.* p. 307. Col. 2. l. 13. δεῖται. p. 320. l. 5. a fine: βδεΕγμ. p. 321. l. 11. ἐσχάρας. ib. l. 18 Σαυτῆς. ib. l. 22. σποΣδαῖα. p. 327. l. 102. μεΜψῃ. p. 329. l. 150. ΜΑ τὴν. ib. l. 158. poſt ἀφήσεις pone punctum. p. 337. Col. 2. l. 3. γαστρομ. p. 338. Col. 1. l. 22. ἀδιάντων. p. 340. Col. 1. l. 15. pro πείρωμαι lege πειρῶμαι. p. 350. l. 15. ἔτιοῦν. p. 357. l. 10. *peculiariter.*

# ERRATA.

# PRAEFATIO. *)

Alciphronis Rhetoris epistolas, quum post Steph. Berglervm, qui recenseret, nemo inuentus sit, (nam, quae Traiecti ad Rhenum MDCCLXXXXI prodiit editio, Berglerianam ad verbum refert) haud inutilem suscepturum, gratamque haud paucis operam esse putaui eum, qui in terso hoc atque polito Atticista denuo elaboraret. Ego vero, qui pluribus ex annis hominem istum in deliciis habuissem, enotaueram quidem

*) Monitos tamen beneuolos velim lectores, me non tam praefationem, quam praefationis fragmentum dare. Alteram enim partem Alciphronis quum typographi operae profligassent quidem, nec tamen perfeciissent, ea tantum, quae in constituendo contexto praestiterim, praestare saltem voluerim, hic loci adferre, reliqua, quae de Alciphronis aetate, pretio, fragmentis, editionibus etc. dicenda haberem, alterius Voluminis praefatione exponere iussus sum. Parui inuitus, parui tamen.

sedulo, si quid inter legendum, praesertim in libris libellisve criticis ad emaculandum vel illustrandum Alciphronem facere videretur, eius tamen edendi consilium non ceperam, nisi conferendi vnius' alteriusue Codicis facultas daretur, quam spem tamen, homo quippe vmbratilis, vix ausus sum animo concipere. Optaueram in primis, vt, qui in bibliotheca Augusta Vindobonensi seruatur, Codicis, quem GENTILOTTVS olim Bergleri in gratiam non totum, sed iis tantum in locis, qui Berglero suspecti luxatiue viderentur, euoluisset, denuo conferendi occasio suppeditaretur. Forte fortuna accidit, vt experientissimus atque doctissimus WEIGELIVS, Medicinae Doctor Lipsiensis, cui, qui vltra globulos medicatos sapiunt, Medici mox Aëtium pristino nitori restitutum debebunt, ante hos quatuor annos Vindobonae versaretur. Hic a fratre, qui tum temporis officinae, cuius sumtibus iam prodit Alciphron, praeerat librariae, nunc vero Academiae Lipsiensi a praeconio sectionum librariarum est, meo nomine rogatus, ipse quidem, qui in eo esset, vt in Italiam proficisceretur, huic labori sese dare non potuit, commode tamen alium

inuenit, cui eamdem, quam ipsi aliis inseruiendi voluntatem laudabilem inesse nouerat. Is vero fuit Bastivs, nunc Principis Hasso-Darmstadiensis ad comitia Rastadiensia legationi a secretis, edito Platonis Symposio haud exiguam laudem adeptus, maiorem noua Aristaeneti recensione reportaturus propediem. Et statim quidem adnuit, ita tamen, si ab Augustae bibliothecae praefectis veniam impetraret, et impetravit facillime. Illustris enim Denisivs, Consiliarius Aulae Augustae, et bibliothecae praefectus primus, quem poëtam politissimum amamus, quem litteraturae omnis callentissimum suspicimus omnes, quotquot verae eruditioni pretium statuere didicimus; quem denique, quibus bibliothecae Imperialis thesauros adire contingit, vt humanissimum, vt facillimum, vt vota hospitum occupantem vno ore cuncti praedicant — is igitur Vir egregius, quidquid in thesauris suae fidei creditis ad Alciphronem ornandum adesset, exscribendum liberalissime concessit. Nec sine laude praetermittendus est Celeberrimus Bolla, eidem bibliothecae a secretis, quem miro inde iuuentute Graecae linguae amore flagrasse no-

vimus, qui et ipse indicandis conquirendisque Codicibus Alciphronem iuuare haud grauatus est. Tum vero operi se accinxit amicissimus Bastivs, remque pro sua antiquas chartas expediendi sollertia singulari et celerrime confecit et diligentissime, nec a Gentilotto olim inspectum codicem contulisse contentus, ex altero etiam sibi oblato lectionis varietatem excerpsit. Sic vero spem meam non tam expletam, quam superatam vidi, quod mecum omnes Alciphronis amantes laetabuntur. Vt autem Codicum Vindobonensium pretium rectius aestimare possint lectores, adcuratius eos describere haud alienum putaui.

Codex igitur, quem litera A. designatum in editione hac mea inuenies, nunquam antea collatus, numerum 318. inter Philologos Graecos in bibliotheca Vindobonensi praefert, estque chartaceus, formae octies complicatae, a manu recentiori, emtus Venetiis 1672. (viuo igitur adhuc Lambecio, qui 1680. abiit ad plures.) Notitia huius Codicis ad exteros ideo non peruenit, quod

Lambecio, Neſſelio et Kollario non contigit ita eſſe felicibus, vt labores ſuos conficerent. Neſſelius huius numeri librum adfert, qui Phalaridis epiſtolas contineat; et recte quidem, hae enim Codicis initium faciunt, ſed praeter Phalaridem Alciphronis etiam inſunt epiſtolae (a plagula 56—71.) quas ſequuntur vndecim plagulae vacuae, deinde multa alia Pindari, Callimachi, aliorum. Mirum tamen, Gentilotti olim hunc Codicem fugiſſe diligentiam, qui, quae eius humanitas eſſet, Berglero eius vſum profecto non inuidiſſet. Melius norunt, qui nunc bibliothecae illi praeſunt, theſauros ſuos, ſuoque tempore, quae illi Codici inſunt, omnia exponent adcuratius. Ceterum continet Alciphronis epiſtolarum a Berglero editarum librum primum, quam ob cauſſam, quamquam iuniorem altero, litera A inſignire malui. Inſerta eſt etiam inter 19. et 20. epiſtola, quam Alciphronis ineditam eſſe putaui, poſtea tamen Cratetis eſſe animaduerti, cuius in epiſtolis exſtat edit. Aldinae plagula II. 2.

Codex B. n. 342. inter Philologos Graecos, pergamenus est, forma duodenaria, saeculo nisi XI. certe XII. scriptus, ob multa scripturae compendia, in syllabis in primis finalibus obuia difficulter legendus. Praeter Alciphronis epistolas, cuius libri tertii octo et triginta a p. 183—201. adsunt, aliorum etiam quasdam continet. Is vero idem est, quem Berglervs habuit a Gentilotto, qui tamen nonnisi in locis suspectis a Berglero sibi indicatis contulit, de reliquis omnibus securus. Quo factum est, vt non epistolam solum integram, quae media est inter Ep. 31. et 32. libri tertii negligeret, sed largum etiam spicilegium variantium lectionum relinqueret, quae Alciphronis ingenio adcommodatae magis haud raro videntur, quam vulgatae.

Interea temporis Weigelivs meus, mei nec in Italia oblitus, Roma collationem octo priorum libri tertii epistolarum ex Codice Barberiniano, primae eiusdem libri ex Florentino bibliothecae Laurentianae Plut. 59. n. 7. ineditam

porro modo memoratam (Cratetis tamen) pluraque transmiſit fragmenta, quae ſuo loco inuenies.

Optaueram quidem, vt Codicis olim Dorviliani, et Pariſienſium duorum a Celeberr. Ruhnkenio excerptorum mihi copia fieret, ſed inter vota fuit conſiſtendum. Feci igitur, quod potui, et, quae Dorvilivs ad Charitonem, Ruhnkenivs vel ipſe in ſcriptis expromſit, vel cum amicis diſcipulisue communicauit, in vſum conuerti meum. Rvhnkenivm compereram, diuitem quippe ſubſidiis pluribus criticis, ditiorem adeo ingenio atque ἀνχινεία, vndique oppugnari, nolui igitur fratrum mendicantium augere numerum. Mirabitur vero, ſi tamen extra patriae fines euagetur Alciphron meus, vir ille praeſtantiſſimus, quod vel ſic ad ornandum epiſtolographum ſubinde contulerit quaedam, quorum ipſe fortaſſe oblitus eſt. Ita vero res habet. Quum Celeberrimum Herelivm, digniſſimum Academiae Erfurtenſis Profeſſorem adiiſſem, vt, quae poſt politiſſimam Alciphronis verſionem ad eum adnotaſſet, mecum beneuole communicaret, ſe hunc tantopere olim amatum ſcriptorem ex illo tem-

pore ſepoſuiſſe ſignificauit, miſit tamen non ſolum ex Miſcellis Obſeruationibus criticis Erford. 1768. 4. editis ſua manu deſcripta, (nam in bibliopoliis inueſtigare non potueram iſtud Programma Academicum) quae ad Alciphronem pertinerent, ſed etiam, quae Celeberrimus Rvhnkenivs illo tempore literis ad ſe datis tum ad has miſcellas Obſeruationes, tum ad Animaduerſiones Actis Klotzianis T. III. p. 90. ſqq. inſertas adnotaſſet, auctore ſuo profecto digna, quaeque harum deliciarum peritus quisque non ſine voluptate leget, gratiamque Herelio non minus, quam Rvhnkenio habebit. (vid. Librum III. Ep. 29. 44. 54. 58.)

Fores praeterea pulſaui bibliothecae, quam adſeruat Academia Gieſſenſis, vbi noſſem Io. Henr. Maii deliteſcere editionem Alciphronis abſolutam. At vero celeberrimus Conſiliarius Aulae et Prof. Schmidivs humaniſſime reſcripſit, nihil ibi adeſſe, niſi editionem Berglerianam, cuius ad marginem Maivs, fortaſſe in vſum lectionum academicis iuuenibus habendarum, multa adleuerit, eumdem tamen teſtamento cauiſſe, ne

quid ſcidularum ſuarum in vulgus emanaret. Quam religionem non potui non reuereri atque laudare, doloremque ex eo conceptum leuaui atque deuici tandem eo, quod, quantum ex aliis boni illius viri ſcriptis licet colligere, nonnulla ad illuſtrandum Alciphronem idonea, ad emendandum parum aut nihil, quod grauioris eſſet momenti, inuenturus fuiſſem.

Aliam a STEINHEILIO paullo poſt BERGLERVM prelo paratam magis vſui futuram non ſine cauſſa ſuſpicabar, angulum tamen, in quo fortaſſe lateat, tineasque paſcat, indagare non potui.

Sed quod ſaepe experimur mortales, ut ſi qua ſpe excidamus, alia aliunde fortuna ſecunda inopinato adfulgeat, id et mihi accidere laetatus ſum. Sponte enim Cel. EICHSTAEDT, quem Academia Ienenſis adquiſiuiſſe vel maxime ſibi gratulatur, ex auctione BARTHII, Rectoris nuper Portenſis, comparatam editionem Bergleri transmiſit, cui praeter BARTHIVM, qui tamen paucula tantum adſperſerat, alii niſi tres, duo ſaltem iſtius exemplaris domini coniecturas ad-

scripserant. In hisce coniecturis quum inter alias easdem plane inueniissem, quas b. Reiskivs in Miscellaneis Lipsiensibus nouis T. V. p. 728. proposuerat, in eam opinionem incidi, vt ipsius Reiskii hoc exemplar fuisse suspicarer. Sed quum inter supellectilem librorum huius meritissimi viri Lipsiae anno 1775 venditorum Alciphronem inueniam nullum, ideoque, qui adfuit, (v. vitam Reiskii p. 175.) cum aliis schedis in Daniam migrasse videatur, ductus praeterea literarum, manum eiusdem, qnam ante oculos habeo, non referat, alius possessor, non nominato vero auctore, eas suo exemplo adscripsisse putandus est. Quidquid huius rei sit, inter leuiora plura haud pauca animaduerti, quae ingeniose satis excogitata viderentur. Ceterum duumuiros illos vel triumuiros breuitatis caussa Glossatorum Eichstadiensium nomine insignire placuit.

Eorum denique, qui ex Bergleri aetate Alciphroni sanando operam dederunt, Criticorum labores, quotquot potui, consulere haud neglexi. Quidquid enim, vt alios taceam, Abreschivs, Arnaldvs, Bernardvs, la Croze, Hemsterhv-

sivs, Herelivs, Horrei, Irmiscvs, Io. Bern. Koehlervs, Lennepivs, Medebachivs Wakkervs, Piersonvs, Rvhnkenivs, Tovpivs, Trillervs, Wolfivs, (non Fr. Augustus, Halensis. qui tamen, quae eius beneuolentia fuit, praeter Hesychium Albertinum, alios quosdam cariores libros ad tempus concessit) sed Hamburgensis Ioan. Christophorus, data in aliorum scriptorum editionibus occasione, vel in miscellanearum obseruationum collectionibus, vel in libellis academicis attulerant, ea omnia, addito meo qualicumque iudicio, vt enumerem, nulli vel operae vel sumtui peperci. In quibus si tamen plures quis desideret, is perpendat velim, in ea vrbe me viuere, vbi librorum ad litteraturam saltem antiquam pertinentium exigua copia est.

His itaque, quae ad manus habui, subsidiis an recte et ad regulas Critices vsus sim, aliorum esto iudicium. Non dubito quidem, fore, qui clament, paullo cupidiorem me aliquando fuisse in recipiendis in contextum lectionibus, quarum ex sua opinione nonnisi in notis mentio facienda fuisset. Sed fateor, me sententiae eo-

rum accedere, qui, si in scriptore occurrant, quae ingenio eius indigna sint, praesertim si scriptor is sit, qui facilitatem vbique, et laeuitatem, et dictionem popularem sectetur, qualis inter reliquos epistolographos habendus vel maxime Alciphron, difficilia atque contorta, ex quibus nisi fidiculis adhibitis sanum sensum elicere queas, eliminanda credant, atque eorum in locum faciliora vel inuitis libris reponenda. Crediderim tamen, me ne vel sic quidem modestioris Critices migrasse leges, saltem hoc confirmo, me, vbicumque lectioni alii, quae vel Codice aliquo firmaretur, vel ob coniiciendi felicitatem, facilitatemque adrideret, loco cedere vulgatam consultius duxerim, numquam tamen eamdem in adnotatione commemorare neglexisse. Quod reliquum est, vt operarum erroribus, quos infra scripsi, ignoscant, laborique omnino meo, si possint, voluntati saltem, si velint, faueant lectores, etiam atque etiam peto. Scr. Merseburgi a. d. XXVI. Aprilis A. R. S. MDCCLXXXXVIII.

ΑΛΚΙΦΡΟΝΟΣ

ΡΗΤΟΡΟΣ

# ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

# LIBER PRIMVS.

## Epistola I.

Εὔδιος Φιλοσκάφῳ.

Χρηστὴν ἡμῖν ἡ θάλασσα τοτήμερον εἶναι τὴν γαλήνην ἐστόρεσεν. Ὡς γὰρ τρίτην ταύτην εἶχεν ὁ χειμὼν ἡμέραν, καὶ λάβρως κατὰ τοῦ πελάγους ἐπέπνεον ἐκ τῶν ἀκρωτηρίων οἱ βορεῖς, καὶ ἐπεφρίκει μὲν πόντος μελαινόμενος, τοῦ ὕδατος δὲ ἀφρὸς ἐξηνθήκει, πανταχοῦ τῆς θαλάσσης ἐπαλλήλων ἐπικλωμένων τῶν κυμάτων, τὰ μὲν γὰρ ταῖς πέτραις προσηράσσετο, τὰ δὲ εἴσω ἀνοιδοῦντα ἐρρήγνυτο, ἀεργία παντελὴς ἦν· καὶ τὰ ἐπὶ ταῖς ἠιόσι καταλαβόντες καλύβια, ὀλίγα ξυλισάμενοι κομμάτια, ὅσα οἱ ναυπηγοὶ πρώην ἐκ τῶν δρυῶν, ἃς ἐξέτεμον, ἀπέλιπον, ἐκ τούτων πῦρ ἀνάψαντες τὸ πικρὸν τοῦ κρυμοῦ παρεμυθούμεθα. Τετάρτη δὲ αὕτη ἐπιλαβοῦσα ἡμᾶς ἀλκυονίς ὡς οἶμαι ἡμέρα, ἔστι γὰρ τοῦτο τῷ καθαρῷ

τῆς αἰθρίας τεκμαίρεσθαι, πλοῦτον ἀθρόον ἀγαθῶν ἔδειξεν. Ὡς γὰρ ὤφθη μὲν ὁ ἥλιος, πρώτη δὲ ἀκτὶς εἰς τὸ πέλαγος ἀπέστιλβε, τὸ πρώην νεωλκηθὲν σκαφίδιον σπουδῇ κατεσύραμεν· εἶτ' ἐνθέμενοι τὰ δίκτυα ἔργων εἰχόμεθα. Μικρὸν δὲ ἄπωθεν τῆς ἀκτῆς χαλάσαντες, φεῦ τῆς εὐοψίας, ὅσον ἰχθύων ἐξειλκύσαμεν· μικρὸν καὶ τοὺς φελλοὺς ἐδέησε κατασύραι ὕφαλον τὸ δίκτυον ἐξωγκωμένον. Εὐθὺς οὖν ὀψῶναι πλησίον, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν καταβαλόντες ἀργύριον, τὰς ἀσίλλας ἐπωμίους ἀνελόμενοι, καὶ τὰς ἑκατέρωθεν σπυρίδας ἐξαρτήσαντες, ἄστυδ' ἐκ Φαλήρων ἠπείγοντο. Πᾶσι δὲ τούτοις ἠρκέσαμεν ἡμεῖς· καὶ πρὸς τούτοις ἀπηνεγκάμεθα γαμεταῖς καὶ παιδίοις ὄγκον οὐκ ὀλίγον ἔχειν τῶν λεπτομερῶν ἰχθύων, οὐκ εἰς μίαν, ἀλλ' εἰ χειμὼν ἐπιλάβοιτο, καὶ εἰς πλείους ἡμέρας ἐμφορῆσαι.

## ADNOTATIO CRITICA.

Ind. Ἐπιστολαί. Codex Vindob. A. Ἀλκίφρονος ῥήτορος ἐπιστολαὶ ἁλιευτικαί.

1. θάλασσα—ἐστόρεσεν. Liber Vind. A. θάλαττα, ceterum nil mutat. Fuerunt quidem, qui nodum quaererent in scirpo: sic *I. H. Maius* (Hist. critique de la Rep. des lettres T. XI. p. 141.) pro ἐστόρεσε maluit ἔσπασε vel ἐπέσπασε, haud alio tibicine fultus, nisi Luciani aliquo loco, qui Dial. Zephyrum inter et Notum T. II. Bipont. p. 126. voce ἐπισπασάμενος vsus est. — Faciliorem medicinam adferre sibi visus est Alciphronis Bergleriani olim censor Lipsiensis (*Menzius*) in Actis Eruditor.

1715. p. 220. qui τὸ ἐστόρεσε mutat in ἱστόρησε, hoc sensu: *vtilem nobis esse maris tranquillitatem hodie nobis conspicere licuit*, quem vocis ἱστορεῖσθαι vsum Suidas docuerit — Receptam lectionem tuentur *Abresch* Misc. Obss. nov. T. I. p. 71. it. Dilucidatt. Thucyd. p. 585. et *Ger. Horreus* Animaduerss. p. 49. quibuscum consentit quidem *Jo. Steph. Bernardus* in Ep. ad Reiskium (v. huius vitam p. 339.) et notis ad Thomam Mag. p. 845. ita tamen, vt duumuiros hosce miretur fugisse locum Homeri Odyss. V, 451. ex quo fine dubio hauserit Alciphron. Fortasse vicissim isti viri mirati sunt, qui factum sit, vt hanc obliuionis culpam contraherent, quum vocis στορεῖν ne vola quidem ibi vestigiumue adpareat: sed bonus Bernardus loco τοῦ ποίησε, quod glossema ipsi visum est, vocem στόρεσε reddendam Maeonio vati existimauit. Recte, an secus, nunc non disputo. — Ceterum nec ego in Alciphrone nouandum quidquam censeo. Et primo quidem Eustathii auctoritas, qui ad Il. XI. 20. hunc locum, non nominato tamen Alciphrone, totidem verbis seruauit, haud parum valere debere putanda est: deinde vero, quid impediat, quo minus Actiuum, quod saepe fit, loco Medii positum esse credamus? Sic v. c. ῥίψας apud Eurip. Cycl. v. 165. vbi vide Cl. *Hoepfnerum*: sic δοὺς pro δοὺς ἑαυτὸν apud ipsum Nostrum III, 47. vbi consule *Bergleerum*: Sic ipso vocabulo στορέσας vsus est Anacreon Od. IV, 3. ἐπὶ λωτίναις τε ποίαις ΣΤΟΡΕΣΑΣ θέλω προπίνειν. Quamquam enim Cel. *Gilb. Wakefield* Silv. Crit. T. II. p. 60. legi malit: ε. λ. ΜΕ π. στορέσας, ingeniosis tamen magis, quam veris necessariisue coniecturam istam adnumerem. Accedit denique, quod seriores in primis scriptores eiusmodi orationis structuras, elegantiasque, si Diis placet, aucupati sint. Similis certe locus est apud Themistium Or. X. p. 133. B. Ἴστρος — γαλήνην ἐθελοντὴς ὑπεστρώνυσε ταῖς τὴν εἰρήνην πρηταινευούσαις τριήρεσιν, quem locum praeter *Abreschium* l. c. laudauit *Wernsdorf* ad Himer. p. 77. edit. minor.

Harlesianae, edit. mai. p. 886. — Bergleri de h. l. sententiam v. infra in Commentario.

7. ἐπαλλήλων. Cod. Vind. A. ἐπ' ἀλλήλων.

8. εἴσω ἀνοιδοῦντα. Offenderat me τὸ εἴσω, quod idem acciderat Glossatori Eichstad. qui adscripsit margini: εἰς οὐρανὸν ἀνοιδοῦντα. Ingeniose, si librarios οὐρανὸν per compendium scripsisse memineris.

10. ἠίσσι. Cod. Doruil. ἠΐσσι. Vtrumque recte habet. v. Doruil. ad Chariton. p. 464. ed. Lips. Hemsterh. ad Lucian. T. II. Bip. p. 445. et Reitzium ad eumd. T. IV. p. 577.

13. πῦρ ἀνάψαντες. Cod. Vind. A. πυρὰν ἄψαντες, verius fortasse, quam editi habent, ita tamen, si legas: πυρὰν ἀνάψαντες, quod est in N.T. Act. XXVIII, 2. In aliis etiam, v. c. πῦρ ἀνακαίειν et similibus, eadem lectionis varietas occurrit, vide, quos laudat Cel. *Ilgen* ad Homeri Hymnos p. 543.

19. σκαφίδιον. Pro σκαφίδιον Edd. σκαφείδιον hic et Ep. XII. Ep. vero sequ. per Iota nudum. *Bergler.* Cod. Vind. σκαφείδιον, et hic et Ep. proxime sequenti.

22. ἰχθύων. Cod. Vind. A. ἰχθῦν. vti Editt. ante Berglerum.

22. μικρὸν ἐδέησε. Μικρὸν rarius ita occurrit, frequentius est μικροῦ δεῖ. Mutare tamen nolui. v. Commentar.

23. Gloss. Eichstad. mavult ὑφάλους, vt ad φελλοὺς referatur. Haud male.

24. ἐξωγκωμένον. Editiones ante Bergl. ἐζογκώμενον, (ab ὀγκάομαι) quo asini vox significatur, nec hic locum habet. Infra Ep. XIV. editum ἐξογκούμενον, et ibi etiam de reti dicitur. Receperat igitur ἐξογκούμενον Bergle-rus, addit tamen, posse etiam legi ἐξογκωμένον (inflatum.) Quam suspicionem quum et Codice Vind. A. et Doruiliano (v. ad Charit. p. 464.) confirmatam vidissem, in textum recipere nullus dubitaui.

25. ἀσίλλας. Nec hac voce, quamquam Codd. nil mutant, in contextum adoptata modestioris Critices leges migrasse mihi visus sum. Nam quae antea locum obsederant

εἴλαι, *solis calores*, non lucem, sed meras tenebras affundunt. Erat quidem, vbi mutato tantum spiritu εἴλαι (*inuolucra*, sarcinaeue) haud displicerent, quas sarcinas tamen ob sequentes corbes postea minus probabiles et superuacaneas animaduerti. Accessi igitur ad Bergleri sententiam, qui primitus τὰς ἀσίλλας scriptum fuisse existimat. Frequentissime, inquit, peccatum a librariis omissione, cum duae voces iisdem se literis vel syllabis contingunt, vti et permutatione τῶν ι et ει. In quibusdam etiam vocibus literae quaedam modo duplicantur, modo non. Has ἀσίλλας, si vera est coniectura, ἐπωμίους, aut, si mavis, ἐπ' ὤμῳς [illud tamen doctius. W.] *in humeros sustulerunt* piscium opsonatores et baiuli, vt in Epigrammate Simonidis Olympionica quidam de pristina sorte sua, cum pisces portare soleret, loquens, dicit (Anthol. ed. Iacobs T. I. p. 80.)

Πρόσθε μὲν ἀμφ' ὤμοισιν ἔχων τρηχεῖαν ἀσίλλαν
Ἰχθῦς ἐξ Ἄργους εἰς Τεγέαν ἔφερον.

quod exstat apud Aristotelem in Rhetoricis (Lib. I. c. 7. p. 91. ed. Buhl.) et Eustathium ad Homerum. Sed Eustathii interpretatio nobis non satis fauet: dicit enim p. 1761. lin. 23. esse σκεῦός τι ἰχθυηρὸν, *vas quoddam piscarium*, quum apud Nostrum intelligi potius debeat instrumentum illud baiulatorium ἀνάφορον et ἀλλακτὸν alias dictum, ex quo, humeris vel ceruici imposito, vtrimque suspenduntur corbes vel onera; dicit enim, ἑκατέρωθεν σπυρίδας ἐξαρτήσαντες, quemadmodum ἀνάφορον describit Scholiastes Aristophanis ad Ranas v. 8. ἐν ᾧ τὰ φορτία ἐξαρτήσαντες οἱ ἐργάται βαστάζουσι. Fortasse autem minus adposite interpretatur eam vocem Eustathius: certe inter καινοφώνους λέξεις, *quae nouitatem quamdam vel potius peregrinitatem prae se ferunt*, eam numerat, vt mirum non sit, si de vera significatione non satis ei constabat. Verumtamen si vox σκεῦος apud eum accipiatur in latiori significatione, qua saepissime omnis generis instrumenta denotat, nihil nobis officit Eustathii expositio.

Hactenus Berglerus, cuius sententiae nec Eustathius, nec vocis ἀσίλλας raritas obstat. Rarius omnino occurrunt instrumenta opificum, quorum memorandorum non ita saepe scriptoribus occasio suppeditatur, quaeque aliter aliis temporibus, aliis in prouinciis, vrbibusque adeo adpellantur. Sic hominibus nostris in aquis comportandis in vsu est iugum, suspensis vtrimque situlis, idque, qua ceruici aptatur, excisum. (*eine Schande.*) Quod instrumentum an aliis in prouinciis eodem nomine veniat, nescio, hoc tamen scio, ad ἀσίλλαν nostram proxime accedere, si fides habenda est Cel. olim *Hemsterhusio*. Is enim hanc primo a se inuentam emendationem felicissimam cum Bergleio Alciphronem edituro communicauerat, quem plane nullam, hoc loco saltem, Hemsterhusii mentionem fecisse mirum possit videri, nisi et ipsum, multae quippe lectionis virum, in Aristotelis locum incidisse malis credere. Ego vero, qui legem hanc mihi scripsi, vt, a quibus profecerim, ingenue fatear, summi Hemsterhusii non infitior me lubentissime amplexum esse sententiam, cuius eum nec post plures annos poenituerit. In literis enim ad Albertum, Hesychii editorem datis loco vocis ἀστυπολεῖν veriorem ἀσιλλοφορεῖν Lexicographo restituendam censuit, eaque occasione data non tantum ἀσίλλαν ait significasse iugum, vtrisque humeris impositum, cuius in ferendis piscium corbibus praecipuus vsus fuerit, sed etiam totum Nostri locum, cui et aliam ineptae collocationis verborum labem adsperserant librarii, ita refinxit, vti operas in texto exprimere nunc iussimus. Nam quum Bergleriana haberet: εὐθὺς οὖν ὀψῶναι πλησίον, καὶ τὰς εἴλας ἐπωμίους ἀνελόμενοι, καὶ τὰς ἑκατέρωθεν σπυρίδας ἐξαρτήσαντες, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν καταβαλόντες ἀργύριον κ. τ. λ. mecum profecto profitebuntur omnes, acute vidisse Hemsterhusium, qui pecuniae repraesentandae actum piscium in corbes collectionem anteceſſisse animadverterit.

27. ἐξαρτήσαντες. Cod. Vind. A. ἐξαρτύσαντες, nec aliter Aldina: sed notio *adpa-*

*ratus* hic minus apta Berglero suasit illud praeferre. cf. infra Ep. VIII.

27. ἠπείγοντο. Edd. ἠπήγοντο. *Bergl.*

30. λεπτομερῶν, mallem, inquit Berglerus λεπτοτέρων, vt infra Ep. XVIII. γάρον ἑψῶν ἐκ τῶν λεπτοτέρων ἰχθύων, nihil tamen ego mutare volui, quum vtrumque in vsu sit, et infra Ep. XVIII. Cod. Vind. A. pro λεπτοτέρων itidem exhibeat λεπτομερῶν.

32. ἐμφορῆσαι. Fortasse ἐμφορεῖσθαι. v. ad I, 35. Idem fere sensit Gloss. Eichstad. adleuit enim: Activ. pro Medio.

## COMMENTARIVS.

Tit. Εὔδιος Φιλοσκάφῳ. Nomen vtrumque ex re, de qua agitur, confictum. Narrat enim, vt post tempestatem tandem *serenitas*, i. e. εὐδία facta sit, vtque sic *scapham* deducere, ac piscationem facere satis copiosam licuerit. Imitatur Alciphronem in hac re, vt alias, auctor Epistolarum amatoriarum, quarum prima inscribitur Ἀρισταίνετος Φιλοκάλῳ: nam in ea ipsa quasi ἀρισταινέτης aliquis fingitur *egregie laudans* Amicam, *elegantiarum amatori.* Vnde nimis secure creditur Aristaenetus vocatus fuisse ille auctor [de quo videsis Fabricii Biblioth. Graecam edit. Harles. T. I. p. 695. W.]

1. Χρηστὴν ἡμῖν ἡ θάλασσα τοτὲ μὲν εἶναι τὴν γαλήνην ἐστόρεσεν. Sine dubio plerisque sensus hic obscurior videbitur. Non enim ἡ θάλασσα ἐστόρεσε τὴν γαλήνην, non, inquam, mare strauit siue sedauit tranquillitatem, sed potius vice versa tranquillitas strauit et sedauit mare, vt Theocritus Idyll. VI. v. 57. Ἀλκυόνες στορεσεῦντι τὰ κύματα τάν τε θάλασσαν. [Sic et Hymno Homer. XIII. in Dioscuros v. 15. 16. Κύματα δ' ἐστόρεσαν λευκῆς ἁλὸς ἐν πελάγεσσι Ναύταις, σήματα καλὰ πόνου σφίσιν. W.] et iisdem, quibus Noster, verbis Heliodorus Lib. V. p. 306. edit. Schmidii, Lipsiae 1772. Ἐπειδὴ τὴν θάλασσαν ἐστόρεσεν ἡ γαλήνη, atque sic fortasse ali-

quis illa tanquam vitii ſuſpecta refingere malit, quia talis hypallage in proſa vix toleranda ſit; aut leuiore mutatione ſic: ἡ θάλασσα εἰς γαλήνην ἐστόρεσται, vt Himerius, qui ἐστόρεστο εἰς γαλήνην τὰ κύματα apud Photium p. 601. lin. 35. [in edit. Wernsdorf. Ecloga XIII. §. 2. — Gloſſator Eichſtad. ex Io. Cameniata apud Allatium Symmict. p. 311. adfert etiam: Θεὸς εἰς γαλήνην τὴν τῶν κυμάτων καταστορέσας τραχύτητα.] Sed nihil temere mutandum; quum enim id, quod *ſternitur*, etiam quodammodo *expandatur* et *extendatur*, poteſt στορέσαι poni pro τανύσαι vel πετάσαι; priore vtitur Oppianus Halieut. I. v. 781. γαληναίης δὲ ταθείσης, poſteriore, de ſerenitate aëris Homerus Odyſſ. Z. v. 45 — αἴθρη Πέπταται ἀννέφελος. Nec porro de integritate loci dubitare nos ſinit Euſtathius, qui eum adducit, tacito tamen auctoris nomine, ad Iliad. Λ. v. 20. vbi — δῶκε ξυνήϊον εἶναι, et poteſt inde, ſi quid hic obſcuritatis ſupereſt, illuſtrari. Dicit autem in Homericis verbis eſſe vel ellipſin particulae ὥστε, vel pleonaſmum verbi εἶναι; ad poſterius adcommodat vſitatum illud ἑκὼν εἶναι, et τοτήμερον εἶναι; verba haec ſunt: τὸ δὲ, δῶκε ξυνήϊον εἶναι, ἢ ἔλλειψιν ἔχει τοῦ ὥστε, ἵνα λέγῃ, ὅτι ἔδωκεν ὥστε ξυνήϊον εἶναι· ἢ περιττότητα τοῦ εἶναι, ἧς χρῆσις οὐ μόνον τὸ ἑκὼν εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὸ Χρηστὴν ἡμῖν τοτήμερον εἶναι τὴν γαλήνην ἐστόρεσε. p. 828. lin. 1. quorum vtrumque de Alciphronis loco haud paullo commodius dici poteſt, propter ambiguitatem; quum in Homericum non multo magis vtrumuis πάθος competat, quam in illud Virgilianum Aen. V. v. 572: *Eſſe ſui dederat monumentum et pignus amoris.* Ambiguitas autem eſt, quia poteſt accipi, et τοτήμερον ἡ θάλασσα ἐστόρεσε τὴν γαλήνην εἶναι ἡμῖν χρηστὴν, deficiente ὥστε ante εἶναι, et τοτήμερον εἶναι, ἡ θάλασσα ἐστόρεσεν ἡμῖν χρηστὴν τὴν γαλήνην, relato εἶναι ad τοτήμερον, per abundantiam. Ceterum de τοτήμερον εἶναι et ἑκὼν εἶναι videndi Phrynichus et Thomas Magiſter p. 291. [adde Vigerum Zeunii p. 23. et 234. Bachium ad Xenoph. p. 198. Reitzium ad Luciani Pſeudo-

logiſtam T. VIII. Bip. p. 431. et Lennepium ad Phalar. Ep. 12. p. 64.] Scribitur autem indifferenter vno vel duobus accentibus τὸ τήμερον, vt alia non pauca. *Bergler.* Scriba Codicis, quem Berglerus maxime ſecutus eſt, ſaepiſſime iunctim: ſic καθεκάστην. I, 9. — ἐπιμήκιστον I, 22. — τοεντεῦθεν III, 8. — παραμέρος III. 43. — πρινὴ III, 67. — καθημέραν III, 70. etc. De quo more librariorum quorumdam, omnis generis partes orationis copulantium vide Dukerum ad Thucydidem ſaepiſſime, Reitzium ad Luciani Macrob. T. VIII. Bip. p. 460. Irmiſcum ad Herodianum Vol. I. p. 6. et 772. W.

4. οἱ βορεῖς. Pro οἱ βορέαι, quaſi a βορεὺς per Metaplaſmum, vt et Aratus — ἀνέμοιο βορῆος v. 72. Sic Lucianus in Dial. Mort. Cratetis et Diogenis Ἀριστεῖ formavit, eum nominans, qui non Ἀριστεύς, verum Ἀριστέας vocabatur, ſed hoc non ſine adluſione ad ἀριστεύς. *Bergler.* v. ibi ſummum Hemſterhuſium T. II. Bip. p. 462. W.

5. ἐπεφρίκει μὲν ὁ πόντος μελαινόμενος. Expreſſum de Homero Il. H. v. 62. vbi is *horrentia pilis agmina*, vt Horatius loquitur, comparat cum mari primulum commoto, cum ſcilicet *inhorruit vnda tenebris*, ſecundum Virgilium Aen. III, 195.

— — στίχες — ἔγχεσι πεφρικυῖαι,
Οἵη δὲ ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἐπὶ φρῖξ,
Ὀρνυμένοιο νέον, μελάνει δέ τε πόντος ὑπ' αὐτῆς.

vt Virgilius tenebras, ita Himerius ζόφον *caliginem* tribuit maris ſaeuientis faciei: ζόφον ἔχει τὸ πρόσωπον (τῆς θαλάσσης) ὅταν ἀγριαίνῃ παρασσομένη τοῖς κύμασι, apud Photium p. 614. lin. 3. *Bergl.* ed. Wernsdorf Or. 34, 7. p. 886. qui tamen pro ζόφος — ζοφῶδες, et pro κύμασι — πνεύμασι habet. cf. omnino ad hanc noſtram epiſtolam infra Ep. 10. et quae Berglerus ad Ep. 17. adnotauit. W.

6. ἀφρὸς ἐξηνθήκει. Spuma florere dicitur metaphorice et apud Ariſtophanem in Lyſiſtrata v. 1259, vbi Lacones, qui apud Thermopylas pugnauerant, comparant ſe ſpumanti apro dentesque exacuenti: ἀμφὶ δὲ γένυας ἀφρὸς

ἤνσει. (ἤνσει Dorice pro ἤνθει, mutato θ in σ, vt mox ibidem σηροκτόνε παρσένε σιὰ, pro θηροκτόνε παρθένε θεά.) Euripides Iphigen. in Tauris v. 301. ὡς αἱματηρὸν πέλανον ἐξανθεῖν ἁλὸς, *vt ſanguinea ſpuma efflores-ceret e mari.* (πέλανον, ἀφρόν. Heſychius.) Haec omnia *Bergleri* ſunt. — Adde, ſi vis, Hemſterhuſ. ad Ariſtophanis Plutum v. 477. et ad Luciani Nigrinum T. I. Bip. p. 252. cum quo tamen confer Reitzium ib. p. 253. Wakefeldius Silv. Crit. P. I. p. 99. de mari etiam adfert Aeſchylum Agamemn. v. 670. et Lucretium ſub finem libri 5. Bis praeterea haec vox occurrit apud Noſtrum: *de melle* III, 23. et *de puſtulis* III, 68. de quibus Thucydides etiam II, 49. eadem metaphora vtitur.

7. ἐπαλλήλων τῶν κυμάτων. Heliodorus Lib. V. p. 310. τρικυμίαις ἐπαλλήλοις ἐλαυνομένων. *Bergler.*

7. ἐπικλωμένων. Lucianus in Toxari [Bip. T. VI. p. 81. it. pro Imaginibus T. VI. p. 37.] ob oculos ponit inſurgentes fluctus, ſonitumque, qui fit, cum fracta remurmurat vnda; καί μοι ἐπ' ὀφθαλμῶν λάβε τὴν ἐπανάστασιν τῶν κυμάτων, τὸν ἦχον τοῦ ὕδατος ἐπικλωμένου. *Bergler.*

8. ταῖς πέτραις προσηράσσετο. Vide, quam ſimiliter Diodorus Siculus Lib. III. c. 43. τοῦ δὲ κύματος τὸ μὲν πρὸς μεγάλας πέτρας ἀραττόμενον εἰς ὕψος ἵσταται, καὶ τὸν ἀφρὸν θαυμαστὸν τὸ πλῆθος καταστεναζει, τὸ δὲ etc. *Bergler.*

9. ἀεργία παντελὴς ἦν. Ceſſatum a piſcatione, quia ei rei tempeſtas inimica. Horatius Lib. II. Sat. 2. v. 16.— *atrum Defendens piſces hiemat mare.* Ergo piſcium copia non erit ὀψοφάγῳ, plane vt Alexis ait apud Athenaeum p. 338.

Πρότερον μὲν εἰ πνεύσειε βορρᾶς ἢ νότος
Ἐν τῇ θαλάττῃ λαμπρὸς, ἰχθῦς οὐκ ἐνῆν
Οὐδενὶ φαγεῖν.

negat et Oppianus capturam dari, ſi vehementior flat ventus Halieut. III, 59.

Λάβρους γὰρ τρομέουσι, καὶ ἐχθαίρουσιν ἀήτας
Ἰχθύες, οὐδ' ἐθέλουσιν ὑπεὶρ ἅλα δινεύεσθαι. *Bergler.*

10. ἐπὶ ταῖς ἠϊόσι καταλαβόντες καλύβια. Perquam similis locus Arriani Hist. Alex. p. 263. ed. Gronov. ἀπήγγειλαν ἁλιέας τινὰς καταλαβεῖν ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ ἐν καλύβαις πνιγηραῖς, *nuntiarunt se piscatores quosdam deprehendisse ad litus in tuguriis aestuosis.* Nisi quod hic aliud est καταλαβεῖν, et vox αἰγιαλοῦ adhibita pro ἠιὼν, quo Noster in his epistolis semper vtitur, vide Ep. 11. et 14. illo autem nunquam. Lege apud Arrianum ἐπὶ τοῦ αἰγ. — pro ἀπὸ τοῦ αἰγ. *Bergler.*

14. τετάρτη — ἀλκυονίς. De Halcyonibus vix tirones monendi, nisi forte ignorent, per quatuordecim dies durasse. Hesychius: Ἀλκυονίδες, ἡμέραι τινὲς τὸν ἀριθμὸν ιδ'. Plinius Hist. Nat. X, 32. W.

18. τὸ πρώην νεωλκηθὲν σκαφίδιον — κατεσύραμεν. Haec omnia sic adfert Lucianus in Hercule circa finem, T. VII. Bipont. p. 317. καὶ διὰ τοῦτο ἐτόλμησα, πάλαι νενεωλκημένον τὸ ἀκάτιον καταspάσας — αὖθις ἀφεῖναι εἰς μέσον τὸ πέλαγος. Visitata autem in hac re verba de subducendis quidem nauibus νεωλκεῖν, ἀναspᾶν, ἀνέλκειν, de iisdem in mare deducendis καταspᾶν, καθέλκειν. *Bergler.*

20. ἔργων εἰχόμεθα. Pindarus Pyth. Δ. v. 13. θεῷ πίσυνος εἴχετ' ἔργου. Heliodor. Lib. IX. p. 442. ὁμοίως παῖς καὶ πρεσβύτης ἔργου εἴχετο. *Bergler.*

20. μικρὸν ἄπωθεν τῆς ἀκτῆς. Heliodorus Lib. I. p. 87. τῆς νήσου μικρὸν ἄποθεν ἄραντες, *paullulum ab insula prouecti* vbi per o, vt et alibi. sed et per ω cum alibi, tum apud Aristophanem in Pluto v. 674. ὀλίγον ἄπωθεν τῆς κεφαλῆς του γραδίου, *non longe a capite cuiusdam vetulae* vbi aliter stare non potest. Ceterum male ibi editt. τοῦ cum accentu, cum sit pro τινός. *Bergler.*

21. χαλάσαντες. Plenius in Aesopi Fabulis (124.) Ἁλιεὺς χαλάσας τὸ δίκτυον ἐν τῇ θαλάττῃ, et adhuc plenius in Evang. (Luc. V, 4.) χαλάσατε τὰ δίκτυα

ὑμῶν εἰς ἄγραν. *Bergler.* — Nec minus plene Noſter, nam δίκτυα ſtatim praeceſſerant. W.

21. εὐοψίας. infra Lib. III. Ep. 3. εὐοψία μὲν ἦν καὶ πλῆθος ἰχθύων. W.

22. μικρὸν — ἐδέησε. Heliodorus Lib. V. p. 270. ὀλίγον μὲν ἐδέησε καὶ κατενεχθῆναι. Alias et in Genitivo. Idem Lib. VIII. p. 419. μικροῦ ἐδέησαν ὑπερβαλεῖν. *Bergler.* — quem et vide ad Ariſtophanis Nubes v. 720. et Koelerum Emendatt. in Dionis Chryſoſt. Tarſicas p. 13.

23. τοὺς φελλούς. Sidon. Epiſt. II, 2. *Piſcator retia ſuberinis corticibus extendat.* Sunt etiam indices retium; Plutarchus de Genio Socratis: ὥσπερ τοὺς τὰ δίκτυα διασημαίνοντας ἐν τῇ θαλάσσῃ φελλοὺς ὁρῶμεν ἐπιφερομένους. Et ad naſſas indicandas adhiberi ſoliti. In Anthol. Epigramm. Lib. VI. c. 3. (ed. Iacobs T. II. p. 201.) ἀπαγγελτῆρά τε κύρτου φελλόν; et mox (Iac. T. III, p. 214.) καὶ πιστὸν βυθίων παγίδων σημάντορα φελλόν; mox: (Iac. T. III. p. 196.) καὶ φελλοὺς κύρτων μάρτυρας εἰναλίων. *Bergler.* — Adde Anthol. Iac. T. IV. p. 143. φελλὸν κρυφίων σῆμα λαχόντα βόλων. Ad natandum etiam ſuberibus vſi ſunt. v. Luciani Toxarin T. VI. Bip. p. 80. 82.

27. σπυρίδας. In Epigrammate (Iacobs T. I. p. 160.) ἰχθυδόκους σπυρίδας. Alias φέρνια vocantur corbes piſcatorii, vt infra Ep. 9. Iulius Pollux Lib. VI. Segm. 96. φέρνιον. ἐκαλεῖτο δὲ οὕτω ἡ ἰχθυηρὰ σπυρίς. Idem Lib. X. Segm. 132. τὰ δὲ ἁλιέως σκεύη, φέρνιον, σπυρὶς, σπυρίδιον — λῖνον — δίκτυον, φελλοὶ, κάλαμοι. etc. *Bergler.*

27. ἄστυδ' ἐκ Φαλήρων. Plato Symp. initio, ad hunc modum idem dicit: εἰς ἄστυ οἴκοθεν ἀνιὼν Φαληρόθεν. Dicit autem Noſter ἄστυδε pro εἰς ἄστυ infra etiam Lib. III. Ep. I. ὅτε με ἄστυδε προὔτρεψας ἀφικέσθαι. Nempe vt δόμονδε domum, et alia infinita. *Bergler.*

29. ἀπηνεγκάμεθα — ἔχειν. Subaudi ὥστε vt initio. Aelianus V. H. Lib. IX. c. 15. ἔδωκεν αὐτῇ προῖ

καὶ ἔχειν. Pro ἔχειν vtitur verbo εἶναι Longus Paſtoral. Lib I. (p. 14. edit. Villoiſon.) καὶ τοὺς τυρούς δῶρον εἶναι δίδωσι. Nempe vt Homerus loco ſuperius adducto, et Theocritus Idyll. VII. v. 129 ξυνήιον ὤπασεν ἥμες. *Bergler.*

31. χειμὼν ἐπιλάβοιτο. Actiua forma dicit Thucydides T. III. 43. καὶ τὴν φυλακὴν ὁ χειμὼν ἐπέλαβε, *oppreſſit.* Herodotus VIII. 115. ἐπιλαβὼν δὲ λοιμὸς τότε τὸν στρατὸν — ἔφθειρε, *peſtilentia ingruens exercitum perdidit.* Dio Chryſoſt. de Regno II. (edit. Reisk. T. I. p. 80.) *Bergler.*

---

## Epistola II.

### Γαληνὸς Κύρτωνι.

Μάτην ἡμῖν πάντα πονεῖται ὦ Κύρτων· δι' ἡμέρας μὲν ὑπὸ τῆς ἀλέης, φλεγομένοις, νύκτωρ δὲ ὑπὸ λαμπάσι τὸν βυθὸν ἀποξύουσι. Καὶ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο εἰς τὸν τῶν Δαναΐδων τοὺς ἀμφορέας ἐκχέομεν πίθον· οὕτως ἄπρακτα καὶ ἀνήνυτα μοχθοῦμεν. Ἡμῖν μὲν γὰρ οὐδὲ ἀκαλύφης ἐστὶν ἡ πελωρίδος ἐμπλῆσαι τὴν γαστέρα· ὁ δεσπότης δὲ συλλέγει καὶ τοὺς ἰχθύας καὶ τὰ κέρματα. Οὐκ ἀπόχρη δὲ αὐτῷ τοσαῦτα ἔχειν παρ' ἡμῶν, ὁ δὲ διερευνᾶται καὶ τὸ σκαφίδιον συνεχῶς. Καὶ πρώην ὅτ' ἐκ Μουνυχίας ἐπέμψαμεν αὐτῷ κομιοῦντα τὸ ὀψώνιον Ἕρμωνα τουτονὶ τὸν μειρακίσκον, σπόγγους ἡμῖν ἐπέταττε καὶ τὰ ἐκ τῆς θαλάσσης ἔρια ἀφύεται ἐπιεικῶς ἐν εὐρυνόμης εἰς λήμνον. Ὡς δ' ὁ μὲν οὔπω ταῦτα

προσαπήτει, καὶ ὁ Ἑρμων ἀφεὶς τὸ φορτίον αὐτοῖς ἰχθύσιν, ἀφεὶς δὲ καὶ ἡμᾶς αὐτῷ τῷ σκάφει, ὤχετο ἐπὶ λέμβε κωπήρους, Ῥοδίοις τισὶ βαλαυστιουργοῖς ἀναμιχθείς. Καὶ ὁ μὲν δεσπότης οἰκέτην, ἡμεῖς δὲ συνεργὸν ἀγαθὸν ἐπενθήσαμεν.

## ADNOTATIO CRITICA.

Κύρτωνι. Auctor vulgo Ariſtaenetus dictus Lib. I. Epiſt. VII. Κυρτίων Δίκτυϊ, eſt autem et illa piſcatorii argumenti. Sed de iſtis fictitiis nominibus non erimus deinceps valde ſoliciti. *Bergler.*

2. ἀλέης. Vulgata ἀέλλης, Cod. Vind. A. ἄλης, quod, ſic ſcriptum, nihili eſt, viam tamen monſtrat ad genuinam lectionem ἀλέης, nam apud Suidam eſt: Εἴλη, ἡλίου ἀλέα, ἢ αὐγή. Gloſſ. Eichſtadienſium alter εἴλης, alter ἀλέης, prouocans ad Schol. Ariſtoph. Ran. p. 223. et Gronov. ad Arrianum de exped. Alexandri p. 270. Omnino variae formae huius vocis occurrunt: ἕλη (Heſych. ἕλα, ἡλίου αὐγή, καῦμα) εἴλη, εἴλη. Nec dubium eſt, quin vetuſta lingua ἥλη pro ἕλη vſurparit, vnde ἥλιος *ſol*, et ex Dialecto σέλη, vnde σελήνη, *luna*; quae omnia debeo Cel. *Ruhnkenio* ad Timaeum p. 96. ed. ſec. Idem tamen addit, in libris noſtris frequentiorem formam eſſe εἴλης, quam εἴλης, quod ex Ep. XII. reponi ſuaſerat Berglerus. cf. infra Lib. III. Ep. 42.

4. τὸν τῶν Δαναΐδων — πίθον. Edd. Δαναϊδῶν, vti et in Luciani loco (in Timone T. I. Bip. p. 89.) Ed. Benedicti, licet a Δαναΐδες ſit, non a Δαναΐδαι [laudat hanc Bergleri obſeruationem Hemſterhuſius ad Luciani l. l. p. 374. W.] Similiter erratum apud Pindarum Olymp. B. v. 80. vbi in Genit. Dorico Ed. nouiſſima Ἀδραστιδᾶν, [nec aliter nunc nouiſſimus editor Cel. Beckius, quem tamen vide in notis T. I. p. 363. W.] cum deberet Ἀδραστίδαν vel Ἀδραστεί-

δαν, vt Ed. Rom. habet; Scholiastes expresse monet, ne vltima circumflectatur, quia sit femininum. Interim tamen et Horatius (Serm. I, 1. 100) ad Tyndari filias et in his ad Clytemnestram adludendo dixit: *fortissima Tyndaridarum.* [vbi vide Bentleium W.] *Bergler.* — Praeterea pro vulgata πίθους duce Cod. Vind. A. reposui πίθον. Hoc an illud ponas, perinde quidem est; quum vero iste Codex articulos etiam: τὸν τῶν Δαν. qui vix abesse posse mihi videbantur, nec absunt in Luciani l. l., addat, Singularem etiam eam ob causam praetuli, vt auribus ingratum bis in eodem commate voculae τοὺς concursum (εἰς τοὺς τῶν Δαν. τοὺς ἀμφορέας ἐκχέομεν πίθους euitarem.

6. οὕτως — μοχθοῦμεν. Cod. Vind. A. pro οὕτως habet ὥστε, et Doruilianus v. ad Charitonem p. 296. ἀνήνυστα Διαμοχθοῦμεν; quas varietates, quum sensum non mutent, attulisse sufficiat.

6. ἀκαλύφης. Scribitur etiam ἀκαλήφης. *Bergler.* Rectius per η, vide Intt. ad Moerida p. 66.

10. συνεχῶς. Nescio, qui factum sit, vt falsa interpunctio: τὸ σκαφίδιον. συνεχῶς καὶ πρώην textum Berglerianum inuaserit, cui tamen et Aldina, et Cod. Vind. A. et ipse Berglerus in versione aduersentur. Operarum haud dubie error est. Distinctionem igitur maiorem post σκαφίδιον, (pro quo in Cod. Vind. σκαφείδιον) sustulimus, et, vti nunc est, dedimus.

12. τὸ ὀψώνιον. Cod. Vind. A. τοὐψώνιον, et paullo post θαλάττης.

14. ἔρια, ἃ φύεται ἐπιεικῶς ἐν εὐρυνόμης εἰς λήμνον. Locus vexatissimus, in quo ita versabimur, vt, quae Berglerus, et alii post eum eruditi ad interpretandum emendandumue attulerint, enarremus, deinde vero et ipsi — hariolemur.

Et Berglerus quidem primum notam, quam, licet ex consilio meo ad Commentarium pertinet, tamen hoc statim loco inferere malui, adscripsit hanc: Sine dubio intelligit lanam, quae pinnis ostreis adnascitur, coloris natura flaui excellentis, et bonitatis supra ouium lanam, de

qua Casaubonus ad Athenaeum Lib. III. cap. XI. p. 172. ed. Lugd. 1657. vbi peropportune adducit loca Basilii inprimis huc facientia: [concione in Hexaëm. VII. πόθεν τὸ χρυσοῦν ἔριον αἱ πίνναι τρέφουσιν, ὅπερ οὐδεὶς τῶν ἀνθοβαφῶν ἐμιμήσατο, et in Or. ad diuites: ὅταν σπουδάζεται παρ' αὐτοῖς τὰ ἐκ θαλάττης ἄνθη, ἡ κόχλος, ἥτε πίννα ὑπὲρ τὸ ἐκ τῶν προβάτων ἔριον. Addit Casaubonus etiam locum ex Procopio de Iustiniani fabricis: Χλαμὺς ἐξ ἐρίων πεποιημένη οὐχ' οἷα τῶν προβάτων ἐκπέφυκεν, ἀλλ' ἐκ θαλάσσης συνειλεγμένων, πίνναις τὰ ζῶα καλεῖν νενομίκασιν, ἐν οἷς ἡ τῶν ἐρίων ἔκφυσις γίνεται. *Mucosam lanositatem* adpellat Tertullianus de pallio, ad quem omnino de lana marina vide Salmasium p. 172. ff. edit. Parif. 1622. W.] Alias est et bulborum genus lanigerum in litoribus nascens, vnde itidem vestes texuntur, quod Athenaeus Lib. II. cap. XXIII. p. 64. adnotat ex Theophrasti libro de plantis VII, 13. βολβῶν ἐριοφόρων γένος, ὃ φύεται ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς. [cf. Forster de byssо p. 34. et 36. W.]

Tum vero *Berglerus* de integritate textus crisin instituit his verbis: Lemnio quodam malo videtur adfectus hic locus, ita nihil sani prae se fert, praesertim in illo εἰς Λήμνον. Eurynomes quidem mentio non prorsus aliena, vt lana illa nascatur ἐν Εὐρυνόμης, *in Eurynomes domicilio*, subaudito, vt alias in talibus, οἴκῳ vel simili. Eurynomes, inquam, *Deae* vel *Nymphae marinae*, quae lanae ac telae addicta esse potest, vt aliae quaedam Nymphae apud Homerum, vt ei tribuatur lana pinnarum, quemadmodum pisces quosdam planos Matron in Parodia dicit esse *Sandalia Dearum marinarum*. Sed illud εἰς Λήμνον quorsum? Si esset ἐν Εὐρυνόμης λίμνῃ, aliquid esset, vt λίμνη de mari dicatur, quemadmodum saepe ab Oppiano, v. c. Halieut. I. v. 47. δείματα λίμνης, vbi Scholion Gr. λίμνη ἀντὶ τῆς θαλάσσης. Plura tamen hic fortasse corrupta, et pro ἔρια, ἃ φύεται ἐπιεικῶς ἐν Εὐρυνόμης, legendum ἔρια ἐφίεται, ἐπιεικῶς διερευνωμέ-

νοις τὴν λίμνην, *lanas praecipit, diligenter ſcrutantibus mare.* Illud διερευνωμένοις ſuccurrebat ex loco quodam Baſilii, in quo quaedam ita conueniunt cum quibusdam in hac epiſtola, vt alter auctorum alterum ob oculos habuiſſe videatur. In libello de legendis profanis auctoribus [§. 70. p. 85. ed. Sturz.] ſcribit de iis, qui ventri ſeruiendo vndique delicias operoſe conquirunt: καὶ πᾶσαν διερευνώμενοι γῆν καὶ θάλασσαν οἷον χαλεπῷ δεσπότῃ φόρους ἀπάγοντες ἐλεεινοὶ τῆς ἀσχολίας, τῶν ἐν ᾅδου κολαζομένων οὐδὲν πάσχοντες ἀνεκτότερον — εἰς τετρημένον ἀντλοῦντες πίθον. Quod ſi de *lana illa fungorum litoralium* loquitur, pro ἃ φύεται ἐν Εὐρυνόμης εἰς Λήμνον legendum videretur ἃ φύεται ἐν ἠιόνι, vel potius ἠιόσι τῆς λίμνης. v. Theophraſtum l. l. De ἠιόνες apud Noſtrum pro αἰγιαλοὶ vide ad Epiſt. I. Sed λίμνη pro θάλασσα non facile concoquo in proſa. Et mirum, vt et Εὐρυνόμης et Λήμνου hic haerere velint propter aliam Eurynomen Lemniam apud Val. Flaccum in Argon. (II, 136.) quae etiam lanificio intenta. Hactenus *Berglerus.*

Ad iſtum Val. Flacci locum non oblitus Bergleri Burmannus, nihil tamen niſi inſcitiam ſuam profeſſus eſt, quod laudo. Si quid iuuare ad locum ſanandum poſſit Eurynome quaedam Lemnia, non alia probabilius adferri queat, niſi illa Oceani filia, quam vna cum Thetide ab Ioue ſe ex caelo in Lemnum deiectam excepiſſe grato animo profitetur Vulcanus apud Homerum Il. XVIII. v. 398. eamque huc facere inprimis ex Pauſaniae Arcad. Cap. XLI. p. 684. (Kühn) euiciſſe ſibi viſus eſt Maius Gieſſenſis, Hiſt. de la Rep. des lettres T. XI. p. 143. Adriſit primo intuitu medela adhibita, dispungit enim: σπόγγους ἡμῖν ἐπέταττε, καὶ τὰ ἐκ τῆς θαλάσσης ἔρια, ἃ φύεται ἐπιεικῶς, ἐν Εὐρυνόμης (ſcil. ἑορτῇ) εἰς Λῆμνον, hac interpretatione addita: *imperabat marinas lanas, quae tamen non magna naſcuntur copia, in ſacro Eurynomes feſto Lemnum perferendas.* Qui dies feſtus quum proxime

celebrandus fuerit, dominum iniquum in eo fuisse, quod piscatoribus suis breui temporis spatio lanas illas indagandas praeceperit. — Sed, vt alia taceam in his precario sumta, Pausanias ibi Eurynomes quidem, Oceani filiae, templum festumque diem commemorat, non tamen in insula Lemno, sed in vrbe Arcadiae, Phigalia, cultae, nec lanae eidem oblatae filum adparet vllum.

Nil melius succesisse videtur Menzio Lipsiensi, qui in Actis Erud. 1715. p. 221. εἰς λιμὸν primitus scriptum fortasse fuisse existimat, heriique duritiem accusari, quod seruis labore oppressis *loco cibi* imperaret spongias et marinas lanas, quae augendae magis quam sedandae *fami* aptae sint; nec plane alienum esse, spongias deuorandas mandari posse, quum et Plinius quosdam illis vesci memorauerit, de lana vero marina res manifesta sit. — Credat, cui volupe est!

Vt igitur et ego sententiam expromam meam, vulgatam quomodo tuear, profecto non video. Sedulo enim inuestigata Athenarum topographia, indagatis omnibus, quae de Eurynome Oceani filia, aliisque eius nominis, quaeque de Lemno historia vel fabularis vel vera tradunt, nihil tamen inuenire potui, quod huc quadret. Quo factum est, vt, quam antea fouissem sententiam, ἐξ Εὐρονόμης εἰς Λῆμνον terminum a quo, vti scholae loquuntur, et ad quem significare, facile dimitterem: nam scripta epistola ex Munychia, quam igitur terminum a quo sumturus potius fuisse visus est epistolae scriptor, et nimis remota ab Athenis est insula Lemnus, quam vt piscatores fragilibus scaphis alto sese per tantum spatium committere voluerint. Hanc itaque sententiam ipse iugulaui. Sed plura sunt, quae offendant, nam nec φύεται nec ἐπιεικῶς satis placent. Quod si enim cum interprete Latino, quem secutus est Maius, *quae nascuntur modice*, vertas, primum verisimile non videtur, piscatorem ad alterum suae conditionis hominem ea scripsisse, quae hic aeque bene norat, ac ille; deinde ἐπιεικῶς, si de animo humano sermo sit, recte verti posse *moderate*,

*modice*, *temperanter* (sic ipse Noster ἐπιεικὴς et μέτριος iungit Lib. III. Ep. 50. et 53.) videbatur, in rebus physicis non item, certo simili loco Lib. III. Ep. 52. τῷ φύεται σπανίως additum inuenies. Alias igitur, ne plane ἀσύμβολος discederem, circumspicere coepi emendandi rationes, inter quas tandem maxime placuit, quam timidiuscule adscripsi: ἃ ἐφίεται ἐπιεικῶς (vel ἐοικότως) ἐρωμένης (vel Εὐρυνόμης, nomine, vti saepe apud Nostrum, ficto) ἐς λέγνον, *quas valde (verisimiliter) adpetit, vt Eurynomae amasiae oram (limbum) tunicae virgatam inde texendam curet.* Loco ἃ prope malim ὧν, vti Lib. III. Ep. 9. Genit. verbo ἐφίεσθαι additus est, sed nec illud falsum. Ad vocis λέγνον significationem adstruendam nolo Hesychium, Iuliumque Pollucem Lib. VII. Segm. 62. vbi tamen falso λίγνη, et alios exscribere, sufficiat laudasse Ernestium ad Callimachi Hymn. in Dianam v. 12. p. 70. et copiosius suo more ad eum locum disputantem Ez. Spanhemium p. 173. Meliora nunc non habeo, et nonnulla esse, quae et hanc coniecturam premant, sponte confiteor; qua tamen adlata operae pretium tulisse mihi videbor, si sagaciori ingenio feliciorem elicuerim. W.

15. ὡς δ' ὁ μὲν οὔπω ταῦτα προσαπῄτει, καὶ ὁ Ἕρμων. Licet nondum exigeret herus, quae imperauerat, tamen Hermon aufugit. Posset etiam legi οὕτω hoc sensu: Sic itaque ille haec insuper poscebat: atque Hermon etc. *Bergler.* — Mihi vero, cui τὸ ΚΑΙ non placet, in mentem venit legere: ὡς δ' ὁ μὲν ΟΥΤω ταῦτα προσαπῄτηΚΕΙ, ὁ Ἕρμων. etc.

17. αὐτοῖς ἰχθύσι — ἀναμιχθείς. Is. Vossius apud Ezech. Spanhemium de Vsu et Praest. Numism. T. I. p. 316. [quem ex parte tantum exscripsitBerglerus] emendat [totum locum] ex Ms. ἀφεὶς τὸ φορτίον αὐτοῖς ἰχθύσιν, ἀφεὶς δὲ καὶ ἡμᾶς ΕΝτῷ σπάφει, ὤχετο ἐπὶ λέμβε [vulgata habet λέσβου] κωπηρέσι [sic, non κωπήρεσι] τισὶ Ῥοδίοις ΒΑΛΑΥΣΤΟΥΡΓΟΙΣ ἀναμιχθείς. Spanhemius vertit:

*Sarcinam vero relinquens piſcibus*, (male, ait Bergle-rus; nec iniuria) *nobis etiam in ſcapha relictis, traiecit in lembum* (ridicule, ex Berg-leri ſententia, immo: pro-fectus eſt in lembo remis in-ſtructo) *permixtus remigibus quibusdam Rhodiis Balau-ſtiorum opificibus.* Emen-datis, quae emendanda vide-rentur in Spanhemiana inter-pretatione, primum quidem ellipſin τοῦ σὺν ante αὐτῷ vel αὐτοῖς vrget *Berglerus*, (v. infra Commentar.) deinde pro ἐπὶ λέμβου κωπήρεσι mauult ἐπὶ λέμβου κωπή-ρους, vti infra Ep. VIII. ὁ λέμβος ὁ κωπήρης, veriſſi-mamque putat illam emenda-tionem; ad lectionem denique βαλαντουργοῖς adſcribithaec: ſecurus de hac lectione eſt Hoeſchelius ad Phrynichum, et pro βαλαντΙουργοῖς [de Iota tamen in eiusmodi voca-bulis extruſo v. Thom. Mag. p. 140. W.] eſſe dictum pu-tat, vt *crumenarum opifices* intelligantur. Sed, ſic pergit Bergl., notabilis eſt emenda-tio Voſſii apud Spanhemium l. c. ex Ms. petita βαλαυ-στουργοῖς (vel potius βαλαυ-στιουργοῖς) vt *tinctores* intel-ligantur, qui *balauſtio*, flore mali Punicae, tingendis ve-ſtibus vtebantur. Contendit Spanhemius, florem in Rho-diorum nummo conſpicuum eſſe *balauſtium*, non *roſam*, vt alii putarunt, quamuis conſentaneum ſit, florem in-ſulae cognominem incolas eius monetae ſuae impreſſiſſe. Quod ſi θαλαττουργοῖς ſcrip-tum eſſet, ſufpicioni de cor-ruptela vix eſſet locus.

Hactenus Berglerus, quem miror et λέσβου et κωπήρης in contexto, et ineptam ver-ſionem: *abiit in Leſbum remo inſtructus*, retinere po-tuiſſe. Nonne enim, ſi de Leſbo inſula cogitandum ſit, εἰς Λέσβον Alciphron ſcrip-ſiſſe exiſtimandus ſit? Et quam leuis iactura fuiſſet remus, quem fugitiuus ſecum abſtu-liſſet? Ego igitur Codicis Voſſiani lectionem, quam Berg-lerus ipſe veriſſimam putat, in textum recipere nullus du-bitaui, praeſertim, quum Cod. Doruilianus proxime ad Voſ-ſianum accedens, κωπήροις praeferat. Vide ad Charito-nem p. 294. ed. Lipſ. vbi plura auctorum loca adlata ſunt; quibus vox κωπήρης non hominibus, ſed nauiculis

adſeritur, quibus adde ſi tanti eſt, Reimarum ad Dion. Caſſ. Lib. LVI. c. 27. et qui ibi laudantur. Eamdem lectionem Cl. Herelio in verſione Germanica placuiſſe, laetus animaduerti. Ceterum Codex Vindob. A. nil mutat, niſi quod ita interpungat: ἐπὶ λέσβου, κωπήρης, ῥοδίοις. — Quod vero ad βαλαντιουργοὺς attinet, quid h. l. ſibi velint, exputare non poſſum, ideoque loco cedere τοῖς βαλαυστιουργοῖς iuſſi, qui auctoritate Cod. Voſſiani freti Alciphroni profecto dedecori non ſunt. Tantum enim abeſt, vt propterea, quod rariſſime obuia iſta vox ſit, eam admittendam negemus, vt potius librarios, quibus crumenae ſaepius obuerſarentur, quam mali Punicae flores, illas pro his ſubſtituiſſe arbitremur, regulamque et hic ſequamur criticam, quae, vbi libri variant, rariorem difficilioremque amplectendam eſſe iubet. Si cui tamen Bergleri θαλαττουργοῖς praeferendum eſſe videatur, is Alciphronis ipſius, qui hanc vocem infra Epiſt. XIII. habet, auctoritate tueri ſeſe quodammodo poterit.

20. ἐπενθήσαμεν. Cod. Vind. A. habet ἐποθήσαμεν. Quae lectio, ſi *deſiderandi* notionem ei adiungas, quamquam vti mihi, ita et aliis fortaſſe adcommodatior videri queat, tamen, ne nimis graſſari receptae ſemel lectionis tenacioribus videar, illam, quae et ipſa ſenſum fundit haud incommodum, repudiare nolui.

## COMMENTARIVS.

1. Μάτην — πονεῖται. Demoſthenes adv. Leptinem p. 79. ed. Wolfii Hal.: μάτην τοῖς πονήσασιν εἴργασται. *Bergler.*

3. ὑπὸ λαμπάσι. Heliodorus Lib. X. circa finem: ὑπὸ λαμπάσιν ἠμμένοις. Ceterum Noſter de piſcatione nocturna loquitur, quae fit admotis facibus; de qua vide Oppianum Hal. Lib. IV. v. 642. nec non Cyneg. Lib. IV. v. 140. ad poſteriorem locum congeſſit alia auctorum loca Rittershuſius. *Bergler.* cf. et Platonis Sophiſtam. T. II. Bip. p. 209.

3. τὸν βυθόν. De profundo maris, et Lucianus in Ioue Tragoedo, vbi Neptunus (T. VI. Bip. p. 251.) ἐν τῷ βυθῷ πολιτεύομαι. *Bergler.* — Sic idem Lucianus Dial. Marin. T. I. Bip. p. 113. ἀνάδυθι ἐκ τοῦ βηθοῦ.

4. Δαναΐδων πίθους. Notum harum supplicium apud inferos, et inde ductum prouerbium εἰς τετρημένον πίθον ἀντλεῖν, de iis, qui inanem et irritum laborem adgrediuntur, ἐπὶ τῶν ἀνηνύτοις ἐπιχειρούντων inquit Thomas Magister (vbi vide Oudendorpium p. 842.) Lucianus in Timone (T. I. Bip. p. 89.) ὥστε εἰς τὸν τῶν Δαναΐδων πίθον ὑδροφορήσειν μοι δοκῶ καὶ μάτην ἐπαντλήσειν. *Bergler.* — Vide omnino Cognatum et Hemsterhus. ad locum Luciani laudatum T. I. p. 374.

5. ἄπρακτα καὶ ἀνήνυτα. Vnum idemque haec duo significant, *inanem et irritam operam.* Demosthenes Phil. 3. ἅπαντα ταῦτ' ἄχρηστα, ἄπρακτα γίγνεται — et apud Platonem in Phaedone (T. I. Bip. p. 191.) ἀνήνυτον ἔργον πράττειν, — et *Penelopes telam texere* vt aequipollentia coniunguntur. Apud eumdem alibi μάταιος καὶ ἀνήνυτος πόνος. *Bergler.* — Cf. Abresch Lection. Aristaenet. p. 306.

6. ἀκαλύφης. Ἀκαλύφη alias κνίδη, *vrtica.* Modo non herba, sed piscis genus. *Bergler.* — Immo vero *ostrea.* Suidas: Ἀκαλήφη. ἡ κνίδη, καὶ ἡ χερσαία, καὶ ἡ θαλαττία, ἥτις ἐστὶ κογχυλίδιόν τι. Athenaeus Lib. II. c. 21. Lib. III. c. 12. Plura vide ap. Hesychium h. v.

9. οὐκ ἀπόχρη. Demosthenes contra Timocratem: καὶ οὐκ ἀπόχρη τοῦτο, ἀλλὰ καὶ διπλᾶ πράττονται. *Bergler.* — Cf. Piersonum ad Moerin p. 286. Koppiers Obseruata Philol. p. 44.

13. σπόγγους. Misera est conditio τῶν σπογγοθήρων siue σπογγοτόμων, eorum, qui *spongias venantur et secant.* Oppianus Halieut. circa finem (v. 612. 613.)

Σπογγοτόμων δ' οὐ φημὶ κακώτερον ἄλλον ἄεθλον
Ἔμμεναι, οὐδ' ἄνδρεσσιν οἰζυρώτερον ἔργον.

Nam et difficulter prehenduntur, dum sese contrahunt ad accessum hominis: et cum periculo, propter belluas marinas, et cruorem mortiferum, quem emittunt. *Bergler.*

16. αὐτοῖς ἰχθύσι — αὐτῷ τῷ σκάφει. Notissima ellipsis τοῦ σὺν ante αὐτῷ vel αὐτοῖς. de qua et Eustathius p. 695. lin. 52. et 1217. 55. Noster infra Ep. 5. καταδύσης νηὸς αὐτοῖς ἀνδράσι [it III, 33. ὅλον σε αὐτοῖς ἀγροῖς καταπιοῦσα] Athenaeus p. 575. καταλιπὼν — αὐτῷ ἅρματι τὸν ἁρματηλάτην. *Bergler.* Res notissima; de eo tamen disputant eruditi, articulus adiiciendus, an omittendus sit. Vtriusque exempla plura adferre possem, sed ablegare lectorem malo ad amicissimi Kuehnii not. ad Aelian. l, 3. vtriusque exemplum praebet Noster hoc loco, nisi librariorum culpa τοῖς ante ἰχθύσιν exciderit. Alibi etiam a Nostro τὸ σὺν omissum, v. c. l, 38 ὅλαις ταῖς Χάρισι τὴν Ἀφροδίτην δεξιωσαμένη. et II, 4. ἄπιθι πᾶσι Θεοῖς.

---

## Epistola III.

### Γλαῦκος Γαλατείᾳ.

Χρηστὸν ἡ γῆ καὶ ἡ βώλος ἀκίνδυνον. Οὐ μάτην γοῦν ἀνεισιδώραν ταύτην ὀνομάζουσιν Ἀθηναῖοι ἀνιεῖσαν δῶρα, δι' ὧν ἐστι ζῆν καὶ σώζεσθαι. Χαλεπὸν ἡ θάλαττα καὶ ἡ ναυτιλία ῥιψοκίνδυνον. Ὀρθῶς ἐγὼ τοῦτο κρίνω πείρᾳ καὶ διδασκαλίᾳ μαθών. Ποτὲ γὰρ ὄψον ἀποδόσθαι βουληθεὶς ἤκουσα ἑνὸς τῶν ἐν τῇ ποικίλῃ διατριβόντων ἀνυποδήτου καὶ ἐνερόχρωτος στιχίδιον ἀποφθεγγομένου, τὴν ἀπόνοιαν τῶν πλεόντων ἐπιστύφοντος, ἔλεγε δὲ Ἀράτου τινὸς εἶναι σοφοῦ τὰ με-

τέωρα· καὶ ἦν, ὅσον ἀπομνημονεύσαντα οὐχ ὅλον εἰπεῖν ὧδε εἰρημένον· ΟΛΙΓΟΝ ΔΕ ΔΙΑ ΞΥΛΟΝ ΑΙΔ ΕΡΥΚΕΙ. Τί οὖν, γύναι, οὐ σωφρονοῦμεν, καὶ ὀψὲ τοῦ καιροῦ φεύγομεν τὴν πρὸς τὸν θάνατον γειτνίασιν, καὶ ταῦτα ἐπὶ παιδίοις ζῶντες· οἷς εἰ καὶ μηδὲν μέγα παρέχειν δι' ἀχρηματίαν ἔχομεν, τάδε ἔξομεν καὶ χαριούμεθα, τὸ τὰς τρικυμίας, καὶ τοὺς ἐκ βυθοῦ κινδύνους ἀγνοῆσαι, γεωργίᾳ δὲ συντραφῆναι, καὶ τὸν ἀσφαλῆ καὶ ἀδεᾶ βίον ἀσπάσασθαι.

## ADNOTATIO CRITICA.

Tit. Γαλατείᾳ. pro Γαλατίᾳ, quae vulgatam obsidet, ipse Berglerus substituendum monet. Recipere debebat audacter. Habet quidem etiam Cod. Vind. A. infra Ep. 19. Γαλατίᾳ, sed falso.

2. ἀνεισιδώραν. Nihil hic mouent Msta, quae consulere licuit. Et recte seruant hanc formam, quamquam alii aliter scribant. v. Commentarium.

8. ἀνυποδήτου. Ed. Bergl. ἀνυποδήτων. Quoniam vero tres Genitiui singul. ἐνερόχρωτος — ἀποφθεγγομένου — ἐπιστύφοντος, qui omnes a praecedente ἤκουσα ἑνὸς pendent, sequuntur, ad eos et τὸ ἀνυποδήτων refingendum esse censueram, quum in Misc. Obseruatt. Vol. IV. p. 446. inciderem, vbi suspicionem meam firmatam videbam, nuper vero, quod laetatus sum, Viennensem A. haud aliter habere deprehendi.

9. ἐπιστύφοντος. Aldina ἐπιστΙφοντος, errore operarum. Vind. A. ΑΠΟστύφοντος. Fortasse adcuratius, sed mutare nolui, quum Berglerus notionem huc quadrantem expoſuerit, quum v. in Commentario.

10. ἔλεγε δὲ Ἀράτου τινὸς εἶναι. Antea sic: ἔλεγε γὰρ ἄρα τοῦτο τινὸς εἶναι. Quod nunc reposui,

debetur ingenio *Bergleri*, qui paullo post adductum hemistichium Arati esse animaduertit. Dum autem, sic pergit Bergl. dicit τινὸς *cuiusdam*, quasi *nescio cuius*, in eo decorum obseruat, vt piscator illiteratus ignoret nobilissimum poëtam, itaque nec totum locum recitare potest. — Etiamsi vero vulgata non admodum incommodum sensum, si τοῦτο ad στιχίδιον referas, efficiat, longe tamen melior est lectio Bergleri, cuius nescio εὐστοχίαν, an modestiam admirer magis. Ego quidem ingenue fateor, me mihi temperaturum non fuisse, quin vnice veram, quaeque Arati versu 300. etiam nunc exstante comprobetur, lectionem in textum recepissem. Cod. Vindob. A. in Arato quidem non suffragatur, suppeditat tamen τὸ δὲ, quod Berglerus pro γὰρ substituerat. Possis etiam cum Gloss. Eichstad. legere Ἀράτου τοῦτο τινός.

13. γύναι. Cod. Vind. A. praemittit ὦ quod bis additur Vocativo eidem Ep. 8.

16. μηδὲν μέγα. Cod. Vind A. μηδὲν ἄλλο μέγα. Alii Codices si adiicerent, lubens recepissem, nec tamen necessarium est.

20. ἀδεᾶ. liber Vindob. A. ἡδέα. vitiose.

## COMMENTARIVS.

1. Χρηστὸν ἡ γῆ. Pittacus apud Laërtium (Lib. I. c. 4. p. 80. ed. Longol.: πιστὸν ἡ γῆ, ἄπιστον ἡ θάλασσα. *Bergler.*

1. ἡ βῶλος. Agrum intelligit vt Ep. sequenti [et III, 35.] Ita Synesius Ep. 38. τὴν πατρῴαν βῶλον — διαδεξάμενος. *Bergler.*

2. ἀνεισιδώραν. Scholiastes Aristophanis ad Aues v. 972. vbi *Pandoram* interpretatur τὴν γῆν, dicit Terram ζείδωρον quoque adpellari et ἀνησιδώραν. Eustathius etiam p. 1057. lin. 47. τὴν γῆν — δότειραν καὶ ἀνησιδώραν καὶ ζείδωρον. Ceres etiam, quae eadem est cum Terra, vtique ex mente eius, qui Δήμητρα eam primus vocauit, dicitur ἀνησιδώρα apud Plut. Sympos. IX. Quaest. 14. Re-

ſtituenda videtur haec vox apud eumdem de Fortuna Rom. ſub initium, vbi ὀνησιδώραν editum. Adluditur autem ibi etiam ad Terram. *Bergler.* — Recte locum noſtrum de hac voce claſſicum, qui originem ſimul indicet, adpellat Steinbrychel in Muſeo Turicenſi (1782.) T. I. p. 191. Heſychius: Ἀνησιδώρα. ἡ γῆ. διὰ τοὺς καρποὺς ἀνιέναι, vbi Alberti hanc notam adiecit: Dicitur etiam ἀνησίδανος. v. Etymol. M. h. v. Plut. Sympoſ. VIII. 14. init. Δημήτης ἀνησιδώρα. Sic et in Pauſan. Att. I, 31. vbi Sylburgius pro ἀνησιδώρας legendum opinatur Ὀνησιδώραν. Idem Heſychius v. Παυδώρα. ἡ γῆ, ὅτι τὰ πρὸς τὸ ζῆν πάντα δωρεῖται. ἀφ' οὗ καὶ Ζείδωρος καὶ Ἀνησιδώρα. Heſychium exſcripſit, vti ad h. l. obſeruat Alberti, Scholiaſtes ad Ariſtophanis Aues l. l. Pro ἀνεισιδώρα (inuenitur etiam ἀναξιδώρα. Gloſſ. Eichſtad.) legi maluit Ὀνησιδώρα Io. Fr. Gronouius, cuius notae adſcripſit If. Voſſius: *Profecto videtur Graece neſciſſe* (!) Nihil certe mutandum, ait Alberti, quod et Weſſeling ad Diodor. Sic. p. 225. monuit. cf. etiam quae ex Bibl. Riccardiana attulit Clar. Ilgenius ad Homeri Hymnos p. 532.

2. Ἀθηναῖοι. Non quod propria Athenienſium ſit haec vox, ſed quia in Attica primum creduntur *editae* fruges, *dona terrae* adeoque ei conueniat. Sic Euſtathius ad Iliad. Z. v. 548. vbi ζείδωρος ἄρουρα, adnotat ex vetuſtiſſimis, quos habebat, Scholiaſtis, vocem ζείδωρος proprie de Attica, de qua Homerus ibi loquitur, dici, quia ibi primum ζειὰ, frumenti genus, prouenit, δῶρον ſcilicet illius regionis: κύριον ἐπὶ Ἀττικῆς τὸ ζείδωρος etc. vbi male impreſſum Ἀττικοῖς. De frumento in Attica primum invento plurimi veterum teſtantur. Sed legi meretur Iſocrates in Paneg (p. 20. edit. Mori I.) et *ſextus* Lucretii liber initio. *Bergler.*

5. πείρᾳ μαθών. plura exempla vide apud Abreſchium Lection. Ariſtaenet. p. 272. W.

6. ἤκουσα ἑνός. Εἷς pro τὶς quidam. Dinarchus: ἠδικήθην δὲ ὑφ' ἑνὸς ἀνθρώπου πονηροῦ. Lucianus in

Demonacte (T. V. Bip p. 249.:) ἕνα γοῦν ἰδὼν κυνικὸν, τρίβωνα μὲν καὶ πήραν ἔχοντα. etc. *Bergler.*

7. ποικίλῃ. Scil. στοᾷ. res nota. Stoicum autem audiuerat disserentem. *Varia* dicitur haec porticus a variis picturis, de quibus Pausanias Lib. I. c. 15. Lucianus in Bis accusato T. VII. Bip. p. 74. vbi Stoa per prosopopoeiam introducta compellatur: ἡ κατάγραφος, ἡ τὰ ποικίλα, *tu, quae tota picturis referta es, quae variam vestem habes.* Subaudiendum ibi ἔχουσα, vel simile, de quo alias. *Bergler.*

7. ἀνυποδήτου καὶ ἐνεόχρωτος. Coniungit haec duo, colorem faciei pedumque nuditatem et Aristophanes in Nubibus v. 103. de Socrate et eius sociis: τοὺς ἀλαζόνας, τοὺς ὠχριῶντας, τοὺς ἀνυποδήτους λέγεις. Et Theocritus Idyll. XIV. v. 6. itidem Philosophum describens: Τοιοῦτος πρώην τις ἀφίκετο Πυθαγοριστὰς Ὠχρὸς κἀνυπόδατος *talis nuper quidam venit Pythagorista Pallidus et discalceatus.* De ἀνυποδησία siue ἀνυποδεσία [per η solum rectum. v. Wesseling ad Diod. Sic. I, cap. 80. et Reitzium ad Luciani Asinum T. VI. Bip. p. 480.] veterum, praesertim Philosophorum seueriorum multa dici possunt. Eleganter Amipsias apud Laërtium (Lib. 2. c. 5.) Philosophos dicit *damno futorum exortos* τουτὶ τὸ κακὸν τῶν σκυτοτόμων κατ' ἐπήρειαν γεγένηται. Festiue et Aristippus in Epistola, quae est inter Socraticas (p. 29. ed. Allatianae.) ad Simonem sutorem philosophantem, qui ei luxum exprobrauerat, *Nescis*, inquit, *me calceis vtentem magno emolumento esse arti tuae, Antisthenem autem detrimento, qui discalceatus incedit, aliisque, vt id faciant, suadet.* Ἐνεόχρως autem est *mortui colorem habens.* [Hesychius: ἐνεροί, νεκροὶ, ὑποχθόνιοι.] qualis inprimis Chaerephon, Socratis sodalis. In Nubibus Aristophanis quidam se in disciplinam Socratis daturus, quaerit, si diligenter studeat, cuinam discipulorum similis sit futurus: cumque audiuisset Chaerephonti, *Heu mihi*, inquit, *semimortuus ero. Bergler.* — I. A. Ernesti in Obseruatt. Philol. criticis (Lipsi. 1795.) in

Ariſtoph. Nubes v. 103. ἀνυποδήτους ait non omnino discalceatos eſſe, ſed qui non vtantur calceis cauis, quae proprie ſint ὑποδήματα, quibus elegantiores vtebantur, cum ſeueriores *ſoleis* et prouocat ad Tertullianum de pallio p. 386. qui tamen non in vniuerſum hoc ſtatuit, ſed Cynicos, ne ſolcatos quidem, ſed vere nudipedes, neſtate ſaltem, inceſſiſſe contendit.

9. ἐπιστύφοντος. Proprie ἐπιστύφω eſt *adſtringo*; [ſic Dionyſ. Halicarn. Rhetor. p. 1070. Reisk. ἐπιστύφειν τὴν ἀκοήν.] metaphorice *coërceo*, *caſtigo*, quae ſignificatio H. Stephano videtur fuiſſe ignota. Vtitur ſic Clemens Alex. IX. Paed. p. 21. Ed. Viet. οἱ δὲ πρὸς ὠφέλειαν ἐπιστύφοντες εἰ καὶ παραυτίκα λυπηροὶ, ἀλλ' εἰς τὸν ἔπειτα εὐεργετοῦσιν αἰῶνα. *Qui vtilitatis cauſa caſtigant, etſi in praeſenti ſunt moleſti, at in futurum tempus proſunt.* Idem p. 23. ὁ Ἀπόστολος ἐπιστύφει τὰς ἐκκλησίας. *Bergler.*

10. σοφοῦ τὰ μετέωρα. Alias ita vocantur, qui res phyſicas, ortum mundi, caelorum etc. ſcrutarentur philoſophi, vti omnes ante Socratem, qui philoſophiam primus in terram deduxit. Hoc loco Aſtronomi, vti infra Ep. 10. W.

11. ὅσον ἀπομνημονεύσαντα — εἰπεῖν. Ὅσον ſic cum Infinitiuo ſubintell. ἐστὶ conſtructum ſaepius occurrit. v. Aelian. V. H. l, 4. ὅσον ἁρπάσαι. Lucian. Hermot. init. ὅσον τεκμήρασθαι. vide omnino Vigerum edit. Zeun. 1777. p. 130. et Reitzium ad Luciani pro lapſu inter ſalutandum T. VI. Bipont. p. 595. W.

12. ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον αἰὶ ἐρύκει. Aratus v. 300. Plutarchus περὶ ποιήσεως Ὁμήρου indicat hoc Arateum eſſe metaphraſin Homerici hemiſtichii Il. O. v. 628. — τυτθὸν ὑπ' ἐκ θανάτοιο φέρονται, *Paullulum a morte remoti feruntur* nautae, vti et Euſtathius ad illum locum. (Arati verſus eſt etiam ap. Longinum Sect. 10. p. 70. Mori.) Clarius autem Aratus quam Homerus; nam indicat, quid id ſit, quod mortem ſeiungat a nauigantibus. Sed adhuc pro-

pius Anacharsis, qui etiam interuallum metitus est, quatuor digitorum id esse adserens, quanta nempe sit crassities asserum, ex quibus nauis compacta, vt praeter Eustathium et Diogenes Laërtius. (Lib. I, c. 8.) Euripides etiam alicubi tale quid dixerat de temeritate nauigantium, quem castigat Dio Chrysost. Or. 64. (T. II. p. 331. Reisk.) eius, vt videtur, verba repetens: οὔτε τριδάκτυλον αὐτοὺς σώζει ξύλον πεύκινον, *neque salus eorum commissa est trium digitorum ligno piceae. Bergler.*

15. ἐπὶ παιδίοις ζῶντες. Vt infra Ep. 11. φεύγειν ἐπὶ τέκνοις καὶ γυναιξίν. Aelianus V. H. VI, 10. κατελείφθη δὲ ὁ Περικλῆς ἐπὶ τοῖς νόθοις. Etiam de morientibus: ἐτελεύτα δὲ ἐπὶ παιδὶ γνησίῳ μὲν, ἀπαιδεύτῳ δὲ, Philostratus in vita Pollucis in fine. In his omnibus ἐπὶ non facile redditur aequiualente praepositione Latina. Lucianus in Dialogo Zenophantis et Callidemidae (T. II. Bipont. p. 147.) vbi alter istorum, qui senis cuiusdam hereditatem ambierat, dicit ἐκεῖνον αὐτὸν ἀεὶ ἐθεράπευον ὑπισχνούμενος ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξεσθαι, i. e. *illum ipsum senem semper colebam: id mihi pollicens, fore, vt me viuo moriatur*, siue *superstite me*, non vt interpres, *meo bono*, quod Graeca secum non ferunt. *Bergler.* — cf. Hemsterhusium ad Luciani l. l. T. II. p. 435. Irmiscum ad Herodiani III, 15. T. II. p. 776. et IV, 2. p. 807. et Wernsdorfium ad Himerium Praef. p. 42.

17. τάδε ἔξομεν. scil. παρέχειν ex antec. repetas. W.

18. τρικυμίας. v. Aristaenet. I, 10. Venuste τὸ τρίτον κῦμα Plutarchus de sera num. vindicta p. 9. qui e Platone sumsit de Rep. μόγις μοι τὼ δύω κύματε ἐκφυγόντι, νῦν τὸ μεγίστον καὶ χαλεπώτατον τῆν τρικυμίας ἐπάγεις, obseruante ibi Cel. Wyttenbachio p. 22.

19. ἀσφαλῆ βίον — ἀσπάσασθαι. Sic infra Lib. III. Ep. 16. τὸν ἐν ἡσυχίᾳ βίον ἀσπάζου.

## Epistola IV.

### Κύμωθος Τριτωνίδι.

Ὅσον ἡ θάλαττα τῆς γῆς διαλλάττει, τοσοῦτον καὶ οἱ ταύτης ἡμεῖς ἐργάται τῶν κατὰ πόλεις ἢ κώμας οἰκούντων διαφέρομεν. Οἱ μὲν γὰρ ἢ μένοντες εἴσω πυλῶν τὰ δημοτικὰ διαπράττουσιν, ἢ γεωργίᾳ προσανέχοντες τὴν ἐκ τῆς βώλου πρὸς διατροφὴν ἀνεμένουσιν ἐπικαρπίαν· ἡμῖν δὲ, οἷς ὁ βίος ἐν ὕδατι, θάνατος ἡ γῆ, καθάπερ τοῖς ἰχθύσιν ἥκιστα δυναμένοις ἀναπνεῖν τὸν ἀέρα. Τί δὴ οὖν παθοῦσα, ὦ γύναι, τὴν ἀκτὴν ἀπολιποῦσα καὶ τὰ νήματα τοῦ λίνου, ἄστυδε θαμίζεις, Ὡσχοφόρια καὶ Λήναια ταῖς πλουσίαις Ἀθηναίων συνεορτάζουσα; Οὐκ ἔστι τοῦτο σωφρονεῖν, οὐδὲ ἀγαθὰ διανοεῖσθαι· οὐχ' οὕτω δέ σε ὁ πατὴρ ἐκ τῆς Αἰγίνης, οὗ τεχθῆναί σε καὶ τραφῆναι συνέβη, μυεῖσθαι ὑπ' ἐμοὶ γάμῳ παρέδωκεν. Εἰ τὴν πόλιν ἀσπάζῃ, χαῖρε καὶ ἄπιθι· εἰς τὸν ἄνδρα, εἰ τὰ ἐκ θαλάττης ἀγαπᾷς, ἐπάνιθι, τὸ λῷον ἑλομένη. Λήθη δέ σοι ἔστω μακρὰ τῶν κατ' ἄστυ τούτων ἀπατηλῶν θεαμάτων.

## ADNOTATIO CRITICA.

Tit. Codex Vind. A. Κύμοθος Τριτωνίδη. Prius fortasse rectius, si tamen per δ scribas: alterum falso, femina enim est, ad quam epistola datur.

4. διαπράττουσιν, recepi ex libro Vind. A. Vulgatum διαπράττονται.

5. προσανέχοντες. Huic locum dedi pro προσέχοντες, suadente non Vindobonensi solum primo, sed Doruiliano etiam Codice, quamquam et vulgata recte habet. Praeterea vero Doruilius ad Charit. p. 642. in Codice suo γεωμορίαν reperiri testatur, quod, quia sensum non mutat, adoptare nolui.

6. ὁ βίος. Articulum addit Cod. Vind. A.

9. τί δὴ οὖν. Idem liber τί οὖν δή. fortasse melius.

9. ἀκτήν. Lennep ad Phalaridem p. 218. mauult ἄκατον, cuius mentio, sicut τῶν νημάτων τοῦ λίνου inprimis piscatoris ingenio adcommodatum sit. Ingeniosa satis emendatio, quam laudare quidem, nec tamen recipere fas sit.

16. εἰ τὴν πόλιν — ἐπάνιθι. Ed. Aldina ita: εἰ δὲ τὴν πόλιν ἀσπάζῃ, χαῖρε καὶ ἄπιθι εἰς τὸν ἄνδρα· εἰ δὲ τὰ ἐκ θαλάττης ἀγαπᾷς, ἐπάνιθι, quae se invicem destruunt. Clariss. Perizonius in quadam ad me epistola sic distinguit et emendat: εἰ τὴν πόλιν ἀσπάζῃ, χαῖρε καὶ ἄπιθι. ΕΙ ΔΕ τὸν ἄνδρα, ΕΙΤΑ τὰ ἐκ τῆς θαλάττης ἀγαπᾷς, ἐπάνιθι. *Si vrbem amas, vale et abi; si virum etc. redi.* Quae emendatio omnino merebatur in textum recipi, nisi sola distinctione sic satis iuuari locus videretur. Haec *Berglerus*, qui tamen plane nullum interciſum, nec post ἄνδρα, nec post ἀγαπᾷς ponere operas iusserat.

Cod. Vind. A. sic dispungit: Χαῖρε καὶ ἄπιθι εἰς τὸν ἄνδρα. εἰ τὰ ἐκ θαλάττης ἀγαπᾷς, ἐπάνιθι. Casp. Barthius in Aduersariis: εἰ τὴν πόλιν ἀσπάζῃ, χαῖρε καὶ ἄπιθι, εἰ τὸν ἄνδρα, ἴθι. εἰ καὶ ἐκ θαλάττης ἀγαπᾷς, ἐπάνιθι. *Abresch* Lectt. Aristaenet. p. 253. εἰ τὴν πόλιν ἀσπάζῃ, χαῖρε καὶ ἄπιθι. εἰ τὸν ἄνδρα, εἰ τὰ ἐκ θαλάττης, ἐπάνιθι. *Lennep* ad Phalar. Epp. p. 332. εἰ τ. π. ἀσπάζῃ, χαῖρε καὶ ἄπιθι. εἰ τὸν ἄνδρα, εἰς τὰ ἐκ θαλάττης ἀγαθὰ ἐπάνιθι, additque, τὰ ἐκ θαλάττης ἀγαθὰ dictum esse, vti τὰ ἐκ θαλάττης τρυφήματα apud Nostrum I, 12. et II. 3. τὰ τῆς γῆς ἀγαθά. — *Io. Bern. Koelerus* Emendatt. in Dionis

Chryſoſt. Oratt. Tarſicas p. 18. εἰ δὲ τὸν ἄνδρα, καὶ τὰ ἐκ θαλ. Has medelas omnes, quippe a Graece doctiſſimis profectas, adhiberi poſſe quis neget? At vero, quum, ſi interpungas, vti Berglerus iubet, interpungas nihil, quod genio Graecae linguae aduerſetur, reperiatur, facillimusque emergat ſenſus, primas deferre Berglero meo non dubitaui. Praeterquam enim, quod Cenſor Lipſienſis Menzius Act. Erud. 1715. p. 221. et, qui multo plus apud me valet, Hemſterhuſius ad Luciani Somnium T. I. Bip. p. 168. et Doruilius ad Charit. p. 444. Lipſ. Bergleri non ſine laude meminerint, ipſe Noſter praepoſitionem εἰς, vel ὡς loco πρὸς ſaepius vſurpauit. v. Commentarium.

## COMMENTARIVS.

(cum hac noſtra Epiſtola cf. infra Lib. III. Ep. 11.)

2. ἐργάται (θαλάσσης.) Sic πόντου ἀροτρευτὴρ in carmine Antiphili Anthol. Brunk. T. II. p. 180. Iacobs T. II. p. 165. cuius et vide Emendatt. in Epigrammata Anthol. Graecae p. 33. cf. etiam Weſſeling Obſeruatt. p. 53. et Lennepii Etymol. v. ἔργον. p. 285. W.

4. μένοντες εἴσω. Voce ἔνδον in hac re vtitur Dio Chryſoſt. de Tyrannide (T. I. Reisk. p. 200. et alibi) μᾶλλον δὲ τῶν ἔνδον μενόντων, καὶ μηδέποτε μήτε ψύχους μήτε καύματος πειρωμένων ὑγίαινε. Et fortaſſe reprehenderet hic Alciphronem Phrynichus, qui ſic praecipit: εἴσω δὲ διατρίβω οὐκ ἐρεῖς, ἀλλ' ἔνδον διατρίβω. ſed ipſe reprehendendus; rectiſſime enim dicitur, praeſertim cum caſu Genitiuo. Euripides in Heraclidis v. 468. vbi de virtutibus mulierum — εἴσω δ' ἥσυχον μένειν δόμων. Sed et ſine Genitivo apud Athenaeum VIII. p. 360. in cantilena quadam: ἦ τὰν γυναῖκα τὰν εἴσω καθημέναν. *Bergler.*

6. ἐπικαρπίαν v. Lib. III. Ep. 70. Heſychius: ἐπικαρπία. καρποφορία. W.

7. οἷς ὁ βίος ἐν ὕδατι. Vita et victus piscatori ex mari Ἐξ ἁλὸς, ᾧ ζώει, τὰ δὲ δίκτυα κείνῳ ἄροτρα. Theocritus apud Athenaeum VII. p 284. *Bergler.*

11. Ὠσχοφόρια. Festum Athenis, in quo palmites cum vuis in pompa gestabantur, de quo Meursius, quantum satis, in Graeca feriata p. 220. Affine δενδροφορίαι apud Strabonem Lib. IX. p. 717. *Bergler.* — Hesychius: ὠσχοφόρια. παῖδες εὐγενεῖς ἡβῶντες καταλέγονται οἱ φέροντες τὰς ὤσχας (v. infra III, 1. ὠσχοφόρος) εἰς τὸ τῆς Σκιράδος Ἀθηνᾶς ἱερόν. εἰσὶ δὲ κλήματα ἔχοντα βότρυς.

11. Λήναια. Bacchi festum, de quo itidem Meursius. Ceterum in eamdem sententiam Hippolochus apud Athenaeum IV. in Epist. ad Lynceum p. 130: σὺ δὲ μόνον ἐν Ἀθήναις μένων σεαυτὸν εὐδαιμονίζεις — Λήναια καὶ Χύτρους θεωρῶν. *Bergler.* — De Lenaeis vide infra ad Lib. II, Ep. 3.

12. συνεορτάζουσα. Aliter, quam haec mulier, animata Sostrata apud Terentium in Hecyra Act. IV. Sc. 2. v. 16. quam rus abiturientem, ne sua praesentia quibusdam molesta sit, retrahere conatur filius: *Tum tuas amicas te et cognatas desere et* festos dies *mea causa nolo. Bergler.*

15. μυεῖσθαι γάμῳ. Sic Dianam — γάμων ἀμύητον ἐοῦσαν dicit Oppianus Hal. I. v. 34. *Bergler.* — cf. inprimis Ge. d'Arnaud Lectiones Graecas p. 180. et Schneiderum ad Anacreontem p. 121.

17. εἰς τὸν ἄνδρα — ἐπάνιθι. Synesius Ep. 109. ἦλθον εἰς σέ. Isaeus de Apollod. hered. ἐλθὼν εἰς τὴν ἐμὴν μητέρα. *Bergler.* Sic saepius εἰς pro *ad* apud Nostrum Lib. III, 36. εἰς ἡμᾶς. — III, 46. εἰς τὸν πανδοκέα. — III, 54. εἰς ἐμαυτὸν συνελεξάμην. it. Ep. sequ. ex Codice Vind. A. Apud Lucianum Somnio T. VI. p. 314. est εἰς Πυθαγόραν.

17. λήθη δέ σοι ἔστω — τῶν κατ' ἄστυ. Contrarium suadet filius matri nimis rusticanae infra Lib. III, 39. *Bergler.*

## Epistola V.

### Ναυβάτης Ῥοδίῳ.

Οἶει μόνος πλουτεῖν, ὅτι τοὺς παρ' ἐμοὶ θητεύοντας δελεάζων ἄγεις ὡς σεαυτὸν περιουσίᾳ μισθωμάτων, καὶ εἰκότως. Σοὶ μὲν γὰρ ὁ βόλος ἤνεγκε πρώην χρυσοῦ κόμματα Δαρεικοῦ τῆς ἐπὶ Σαλαμῖνι ναυμαχίας ἴσως λείψανα, καταδύσης οἶμαι νηὸς Περσικῆς αὐτοῖς ἀνδράσι καὶ αὐτοῖς χρήμασιν, ὅτε ἐπὶ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων ζὸ Θεμιστοκλῆς ὁ τοῦ Νεοκλέους ἤρατο τὸ μέγα κατὰ τῶν Μήδων τρόπαιον· ἐγὼ δὲ ἀγαπῶ τὴν τῶν ἀναγκαίων εὐπορίαν ἐκ τῆς καθημερινῆς ἐργασίας τῶν χειρῶν πορίζόμενος. Ἀλλ' εἰ πλουτεῖς, σὺν δικαίῳ πλούτει· γινέσθω δέ σοι ὁ πλοῦτος μὴ κακίας ἀλλὰ καλοκἀγαθίας ὑπηρέτης.

## ADNOTATIO CRITICA.

1. θητεύοντας. Saliuam, fateor, suauius mouit haec vox, quam Cel. *Herelius* in Actis literar. Klotzianis T. III. p. 90. in locum τοῦ θηρεύοντος subſtituit, motus inprimis ſimili Noſtri loco Lib. III. Ep. 21. vbi itidem de mercede conductis. Nil verius, ideinque in mentem venit Gloſſatori Eichſtadino.

3. βόλος. Cod. Vind. A. βώλος. male.

8. Θεμιστοκλῆς. Articulum addidi iuſſu Dornilii ad Charit. p. 473. — Νεοκλέους. Cod. Vind. A. Νικοκλέους. falſo.

9. Μήδων. Τῶν addidi ex Cod. Vind A. cuius neceſſitatem ipſe Berglerus, ſi notam, vbi adeſt, conferas, perſpexiſſe credendus eſt. Aldina tamen etiam ignorat.

## COMMENTARIVS.

2. περιουσία μισθωμάτων, καὶ εἰκότως. Possit videri in memoria habuisse hoc Demosthenis contra Leocharem (T. II. p. 1081. 15.) οὗτοι δὲ παρασκευῇ καὶ τοῖς ἀναλώμασι ἰσχυριζόμενοι διατετελέκασιν· εἰκότως οἶμαι· ἐκ γὰρ τῶν ἀλλοτρίων ῥᾳδίως ἀναλίσκουσι. *Bergler.*

3. ὁ βόλος ἤνεγκε. Quemadmodum Milesiis illis, qui emto a piscatoribus iactu, aureum tripodem in eo inuenerunt, de quo multi. συνέβη χρυσοῦν τρίποδα ἐν τῷ βόλῳ εὑρεθῆναι. Porphyrius apud Cyrillum contra Iulianum. Hi quidem iactus fuerunt supra et praeter spem ac vota; inferius autem Ep. 17. commemoratur alius plane contrarius. *Bergler.*

4. χρυσοῦ κόμματα Δαρεικοῦ. De auro purissimo. Iul. Pollux Lib. VII. Segm. 98. p. 757. ἄπεφθος χρυσὸς, ἀκριβὴς, εἰλικρινὴς, ἀκήρατος, ἀκραιφνὴς, Δαρεικός. Ex tali auro Darius monetam percussit. Herodotus Lib. IV. Sect. 166. Δαρεῖος χρυσίον καθαρώτατον ἀπεψήσας ἐς τὸ δυνατώτατον, νόμισμα ἐκόψατο. Vnde Δαρεικοὶ στατῆρες, quorum crebrior mentio. *Bergler.*

5. ναυμαχίας ἴσως λείψανα. Sic Aminocles quidam Magnesius inuenit vasa aurea et argentea plurima, quae post naufragium, quod Xerxiana classis non multo ante Salaminium praelium passa est ad Sepiada promontorium Magnesiae, fluctus maris eiecerant, teste Herodoto Lib. VII. 190. vide et infra Ep. 9. *Bergler.*

8. τὸ μέγα κατὰ τῶν Μήδων τρόπαιον. Cicero I. Tusc. c. 46. *Non possum autem dicere* (post mortem) — *carere gloria Themistoclem — bellicae virtutis; ante enim Salaminiam ipsam Neptunus obruet, quam Salaminii tropaei memoriam.* *Bergler.*

9. ἀγαπῶ τὴν τῶν ἀναγκαίων — ἐκποριζόμενος. Xenophon in Oeconom. (XI, 10. p. 60. Bach) πολλοὶ δ' ἀγαπῶσιν, ἢ δύνανται τὰ ἑαυτοῖς ἀρκοῦντα πορίζε-

σθαι. Demosthenes contra Timocr. οὐκ ἀγαπῶσιν ἐκ πενήτων πλούσιοι ἀπὸ τῆς πόλεως γενόμενοι; ἀλλὰ καὶ προπηλακίζουσι τὸ πλῆθος. *Bergler.* — Ἀγαπᾶν. *contentum esse* Participio iunctum est etiam infra Ep. 38. et Lib. III. Ep. 61. sequente εἰ Lib. III. Ep. 44.

12. σὺν δικαίῳ. Sic circumscribunt Graeci Aduerbia. Vide v. c. Xenoph. Cyrop. VIII, 2. 11.

12. γινέσθω δέ σοι ὁ πλοῦτος etc. Ex Isocrate ad Demonicum sub initium: πλοῦτος δὲ κακίας μᾶλλον ἢ καλοκἀγαθίας ὑπηρέτης ἐστὶν etc. In hanc sententiam et Demosthenes Olynth. I. (Vol. I. p. 16. 1. Reisk.) τὸ γὰρ εὖ πράττειν — παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίγνεται. *Bergler.*

---

## Epistola VI.

### Πανόπη Εὐθυβόλῳ.

Ἠγάγου με, ὦ Εὐθύβολε, οὐκ ἀπερριμμένην γυναῖκα, οὐδὲ μίαν τῶν ἀσήμων, ἀλλ' ἐξ ἀγαθοῦ μὲν πατρὸς, ἀγαθῆς δὲ μητρὸς γεγονυῖαν. Σωσθένης ὁ Στειριεὺς ἦν μοι πατὴρ, καὶ Δαμοφύλη μήτηρ, οἵ με ἐγγυητὴν ἐπίκληρον ἐπὶ παίδων ἀρότῳ γνησίων συνῆψάν σοι γάμῳ. Σὺ δὲ ῥάδιος ὢν τῷ ὀφθαλμῷ, καὶ πρὸς πᾶσαν ἡδονὴν ἀφροδισίων κεχυμένος, ἀτιμάσας ἐμὲ καὶ τὰ κοινὰ παιδία, Γαλήνην καὶ Θαλασσίωνα, ἐρᾷς τῆς Ἑρμιονίτιδος μετοίκου, ἣν ἐπὶ κακῷ τῶν ἐρώντων ὁ Πειραιεὺς ἐδέξατο. Κωμάζουσι γὰρ εἰς αὐτὴν ἡ πρὸς θάλασσαν νεολαία, καὶ ἄλλος ἄλλο δῶρον ἀποφέρει· ἡ δὲ εἰσδέχεται, καὶ ἀναλοῖ Χαρύβ-

δεως δίκην. Σὺ δὲ ὑπερβαίνων τὰς ἁλιευτικὰς δωροφορίας, μαινίδας μὲν ἢ τρίγλας οὔτε φέρεις, οὔτε θέλεις διδόναι· ἀλλ' ὡς ἀφιλικέστερος καὶ γυναικὶ πάλαι συνὼν καὶ παιδίων οὐ μάλα νηπίων πατήρ, παραγκωνίσασθαι τοὺς ἀντεραστὰς βουλόμενος, κεκρυφάλους Μιλησίους, καὶ Σικελικὸν ἱμάτιον, καὶ ἐπ' αὐτῷ χρυσίον εἰσπέμπεις. Ἧ οὖν πέπαυσο τῆς ἀγερωχίας καὶ τοῦ λάγνος εἶναι καὶ θηλυμανὴς ἀπόσχου, ἢ ἴσθι με παρὰ τὸν πατέρα οἰχησομένην· ὃς οὐδ' ἐμὲ περιόψεται, καὶ σὲ γράψεται παρὰ τοῖς δικασταῖς κακώσεως.

## ADNOTATIO CRITICA.

Tit. Εὐθυβόλῳ. Hoc, vtpote piscatori melius conueniens, et quod vxor hac epistola nil minus, quam mariti bonum animum laudat, pro Εὐθυβούλῳ reposui, addicentibus et Vind. A. et Dorviliano Codd. v. ad Charitonem p. 511.

1. ἠγάγου. Quod liber Vind. A. praefert ἠγάμου haud vnam ob causam deterius vulgato.

4. Δαμοφύλη. Idem liber Δαμοφίλη.

6. ἀρότῳ γνησίων. Antea contextum contorta saltem obsidebat lectio: ἐπὶ παίδων ἀραρότων γνησίων. — Emendo, inquit Berglerus, ἐπὶ παίδων ἀρότῳ γνησίων. Eadem iisdem verbis Lucianus in Timone, vbi vide doctissimum Hemsterhusium. [Is nempe iam anno huius seculi octauo Luciani Colloquia selecta etc. ediderat, postea vero in maiori Luciani editione Reitziana, vtor autem Bipontina, T. I. p. 372. plenius de hac formula egit loquendi, nec sine laude dimisit Berglerum, cuius felicem emendationem corroborari confirmat duobus Codd. Heidelbergensibus, quorum collationem a Neueleto factam sibi ad manus fuisse testatur.

W.] Ceterum, pergit Berglerus, hic ἄρρητος sanctior, quam qui proprie sic dicitur. Plutarchus in Coniugialibus Athenienses dicit tres arationes sacras celebrare, τρεῖς ἀρότους ἱεροὺς ἄγειν, sed τούτων πάντων, inquit, ἱερώτατός ἐστιν ὁ γαμήλιος σπόρος καὶ ἄρρητος ἐπὶ παίδων τεκνώσει. Hactenus *Berglerus*.

Vti vero Lucianum sine dubio Alciphron, sic hunc imitatus est Aristaenetus Lib. I. Ep. 19. p. 49. edit. Abresch. Est etiam apud Charitonem Lib. III. c. 2. p. 57. edit. Lipsi. vbi vide Doruilium p. 345. et Vann. Crit. p. 609. s.

7. ῥάδιος τῷ ὀφθαλμῷ. Vir doctus (Arnaldus) in Misc. Obseruatt. Vol. IV. p. 447. legit ῥαδινόν, lubricum, mobilem, mollem. Hesych. ῥαδινόν, λεπτόν, ἰσχνόν, εὐκίνητον, ἀπαλόν, εὐδιάσειστον. Adfert deinde Aeolicam formam βραδινάν, (Ἀφροδίτην) quae est in carmine Sapphus apud Hephaest. p. 34. Theocrit. Idyll. XVII, 37. Apollon. Rhod. III, 106. inprimis autem ad Alciphronem facere existimat Aeschylum Prometh. v. 396. Δακρυσίστακτον δ' ἀπ' ὄσσων ῥαδινῶν λειβόμενα ῥέος. — Docte omnia et recte, quae tamen tantum apud me non valuerunt, vt locum τῷ ῥαδινῷ in texto concederem. Vtriusque enim vocis eadem est origo, et ῥαδινὸς Poëtis magis in vsu fuit. Berglerus in nota exponit, quasi qui *oculos emissitios* habeat, nec possit *irretortis* spectare formosas, — fortasse, vt sensum quemdam praegnantiorem, qualem sibi contextus postulare videretur, voci adderet. Sufficit, quod interpres ante Berglerum habet: *leuis et inconstans*, quo et ipso, quod ῥαδινῷ soli inesse putabat Arnaldus, continetur.

9. Γαλήνην καὶ Θαλασσίωνα. Sic veriorem sine dubio lectionem ex Vind. A. Alciphroni reddidi. Vulgata Γαλήνης τῆς Θαλασσίωνος habet quidem, quo se tueatur, aptius tamen communium liberorum nomina, eaque e piscatoribus parentibus prognatis conuenientissima in memoriam mariti reuocare visa est Panope, quam genealogiam pellicis curare.

10. ἐρώντων. Nolui mu-

tare, quamquam, quod Cod. Vind. A. offert, ἐρώτων, magis placere confiteor, ideo, quod non solum eiusmodi abstracta, quae vocant, Graecis elegantioribus vsu venire solent, sed etiam, quia vox ista h. l. maius mihi pondus, plusque indignationis habere videbatur. Panopen nempe fingebam hoc voluisse: Non solos, quos amore irretiuit, infelices reddit turpis mulierecula sed concordiam omnino plurium coniugiorum conturbat. Alciphronem tamen haec in animo habuisse, praestare nolim, ideoque inuito fortasse elegantiam obtrudere dubitaui.

11. εἰς αὐτήν. Εἰς pro πρὸς, rarius quippe, quoniam suffragantes inueni Codices, et Vindob. A. et Dorvilianum v. ad Chariton. p. 444. Lipſ. reposui. Vide notata ad Ep. 4. Accedit, quod ingratus bis se in eodem commate excipientis voculae πρὸς concursus euitatur.

12. πρὸς θάλασσαν. Vienn. A. θαλάττης.

20. ἢ οὖν πέπαυσο. Οὖν non habet Vind. A. abesse tamen vix potest.

21. λάγνος. Idem liber λάγνης. Vtrumque recte.

## COMMENTARIVS.

1. οὐκ ἀπερῤῥιμμένην. Henr. Stephanus in Thesauro hunc locum et alia huc facientia adducit. Alio verbo idem dicit Isocrates in Panathen. sub initium, vbi de se ipso: μετεσχηκὼς — τοῦ μὴ τῶν καταβεβλημένων εἶς εἶναι μηδὲ τῶν κατημελημένων. Bergler. Ἀπερῤῥιμμένος vilis exstat etiam apud Dion. Halicarn. Antt. Lib. IX. c. 10. p. 1763. Reisk. apud Himerium Or. XIII, 2. et Ecloga III, 11. vbi Wernsdorfius nec Berglerum neglexit.

4. Στειριεύς. Hesychius Στειριεῖς. δῆμος Φυλῆς τῆς Πανδιονίδος. Steph. Byzant. v. Στείρια, vbi Berkelius Nostri Στειριεὺς adducit. Plura vide ap. Meursium de populis Atticae p. m. 123. W.

5. ἐγγυητὴν ἐπίκληρον. Demosthenes contra Neaeram: υἱὸν ἐξ ἀστῆς γυναικὸς καὶ ἐγγυητῆς κατὰ νόμον.

*Bergler.* Occurrit etiam infra Lib. III. Ep. 27. inuerſe tamen ἐπίκληρον ἐγγυητήν. De voce ἐπίκληρος v. Valkenarium ad Ammonium p. 190. Hemſterhuſium ad Heſych. T. I. p. 1197. et ad Thomam Mag. p. 146. it. Ruhnkenium ad v. Πατρονομούμενοι p. 209. ed. ſec.

7. πρὸς πᾶσαν ἡδονὴν κεχυμένος. Iul. Pollux Lib. VI. Segm. 188. vbi Synonyma huius generis: εἰς ἡδονὰς ἐκκεχυμένος. *Bergler.*

9. τῆς Ἑρμιονίτιδος μετοίκου. Infra Ep. 13. τῶν μετοίκων θυγάτριον τῶν ἐξ Ἑρμιόνης — εἰς Πειραιᾶ φθαρέντων. *Bergler.* — Purpura Hermionitis eſt Lib. III. Ep. 46. De μετοίκοις Heſychius: οἱ ἐνοικοῦντες ξένοι ἐν τῇ πόλει, καὶ τελοῦντες ἀνὰ δραχμὰς δώδεκα τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰς τὸ δημόσιον, et diligentiſſime, vti omnia, expoſuit praeſtantiſſ. Wolfius Prolegg. ad Demoſthenis Leptineam p. LXVII. ſſ.

11. ὁ Πειραιεύς. In Piraeeo frequentia meretricum. Demetrius Phalereus (p. 94. ed. Schneideri) ex Theopompo Hiſt. τὰς ἐν τῷ Πειραιεῖ αὐλητρίδας, καὶ τὰ πορνεῖα. Ariſtophanes in Pace v. 164. ἐν Πειραιεῖ παρὰ ταῖς πόρναις. Vnde et Timarchum adhuc puerum dicit Aeſchines in Piraeeo in tonſtrina ſediſſe quaeſtum corpore facientem ſub praetextu quaſi artem tonſoriam diſceret in Or. contra eumdem. *Bergler.*

13. ἡ νεολαία. Heſychius Νεολαίᾳ. νέων ἄθροισμα, νεότης. Vide de hac voce Doruilium ad Chariton. p. 208. et 211. ed. Lipſ. et quos laudat Wernsdorfius ad Himerium p. 799.

13. Χαρύβδεως δίκην. Anaxilas Comicus apud Athenaeum XIII. p. 558. in fragmento longiuſculo comparat meretrices cum monſtris illis poëticis, Chimaera, Charybdi, Scylla aliisque, vi nocendi eas potiores eſſe dicens, vbi inter alia: Ἡ δὲ Φρύνη τὴν Χάρυβδιν οὐχὶ πόρρῳ ποιεῖ; *Phryne autem Charybdin nonne longe ſuperat?* De hac Phryne Noſter infra. Male autem vertit Dalecampius illum verſum. Indicatur autem rapacitas; ita Cleonem Ariſtopha-

nes Χάρυβδιν ἁρπαγῆς vocat. *Bergler.* v. etiam Dionem Cassium Lib. XLV. c. 28. et Ciceronis Philippica II. c. 27.

15. μαινίδας ἢ τρίγλας οὔτε φέρεις. Verebatur sine dubio quosuis pisces offerre; ne scilicet artis suae vilitatem talibus donis in memoriam reuocaret amicae. Cur ergo hos potissimum pisces nominat vxor? Nimirum, vt puto, quia meretrici parum conueniunt, quoniam Deae virgini sacri sunt, nempe Dianae, teste Melanthio apud Athenaeum VII. p. 325. Praeterea mali ominis euitandi causa, quod praesertim huic amatori iam seniori maxime timendum. Rem certe omnibus talibus abominandam de trigla praedicat Plato Comicus his versibus:

Τρίγλη δ' οὐκ ἐθέλει νεύρων ἐπιήρανος εἶναι·
Παρθένου Ἀρτέμιδος γὰρ ἔφυ, καὶ στύματα μισεῖ.

ibidem apud Athenaeum, vbi iam recte vertit Dalecamp. non vt Lib. I. p. 5. vbi itidem occurrunt. *Bergler.* Μαινὶς est apud Aristophanem Ran. v. 1016. Lucianum in Somnio T. VI. Bip. p. 324. Quo nomine nunc veniat iste piscis, vide copiose disputantem Cel. Schneiderum ad Aeliani Hist. Animal. Lib. XII, c. 28.

16. ἀφηλικέστερος. Lucianus in Pseudologista T. VIII. Bip. p. 71. ὅστις γέρων ὢν καὶ ἀφῆλιξ τὰ τοιαῦτα ἀγνοεῖ. *Bergler.* Idem Lucianus ibidem p. 69. ἔξωρον pro *Sene.* Ipsa vox ἀφῆλιξ, vti apud Nostrum III, 33. iterum, sic apud Dionem Cassium saepius occurrit, vide et Piersonum ad Moerida p. 83.

18. παραγκωνίσασθαι. Lucianus de Calumn. Bip. T. VIII. p. 41. πρῶτος αὐτὸς ἕκαστος εἶναι βουλόμενος παρωθεῖται καὶ παραγκωνίζεται τὸν πλησίον. Heliodorus Lib. VII. p. 321. διωθεῖτο καὶ παρηγκωνίζετο. *Bergler.*

19. κεκρυφάλους Μιλησίους. Forte, qui sunt contexti διὰ κρόκης Μιλησίας, de qua in cantilena puellarum ludentium

Ἔρια μαρύομαι καὶ κρόκην Μιλησίαν.

apud Pollucem Lib. IX. Segm. 125. dicitur autem κεκρύφαλος quasi κροκύφαντος, vt volunt quidam Grammatici. Alias Milesia lana notissima, nec non vestes Milesiae tamquam pretiosae memorantur passim. *Bergler.* — Ἔρια Μιλήσια habet Aristophanes Lysistr. v. 732. Στρώματα Μιλήσια ap. eumdem Ranis v. 549. vbi vide Berglerum. cf. etiam Forsterum de byssо p. 92. Ceterum κεκρύφαλοι erant in mundo muliebri. v. Misc. Obseruatt. T. V. p. 89. ex Euripide. Thom. Magistrum p. 412. e Plutarchi Sympos. Est etiam apud Dionys. Halicarn. Antt. Rom. Lib. VII. c. 9. κομᾶν τοὺς ἄῤῥενας, ὥσπερ τὰς παρθένους ἐκέλευσεν, ξανθιζομένους καὶ βοστρυχιζομένους, καὶ κεκρυφάλοις τὰς πλοκαμίδας ἀναδοῦντας.

19. Σικελικὸν ἱμάτιον. Siciliae καλὰ enumerat Philemon apud Athenaeum Lib. XIV. p. 658. (ed. Clerici p. 330.) nempe caseos, columbas, vestes varias, ἱμάτια ποικίλα Σικελικά. Iul. Pollux Lib. VII. Segm. 77. καὶ Σαρδωνικὸς δὲ χιτών τις ἐκαλεῖτο καὶ Σικελικός. In vltima epistolarum Platonicarum, de qua dubitatur, an illius sit, memorantur χιτώνια Σικελικὰ λινᾶ, sed contradistinguuntur amorginis et pretiosis. *Bergler.*

24. κακώσεως. Si vxor iniuriam passa accusaret maritum, ea actio dicebatur κακώσεως. Ita Polemonem dicit Antigonus Carystius apud Laërtium (Lib. 4. c. 3.) φυγεῖν δίκην κακώσεως ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ὡς μειρακίοις συνόντα. Et apud Lucianum in Bis accusato T. VII. Bip. p. 89. est iudicium figuratum, in quo Rhetorica vxor Luciani accusat eum, quod Dialogum amet tamquam παιδικὰ sua. Vbi inter alia: πῶς οὖν οὐκ ἀχάριστος οὗτος καὶ ἔνοχος τοῖς περὶ κακώσεως νόμοις, ὃς τὴν νόμῳ γαμετὴν — οὕτως ἀτίμως ἀπέλιπε. — *Bergler.* Vide inprimis Harpocrationem p. m. 95. et Valesii not. p. 101. it. Interpretes ad Luciani l. l.

## Epistola VII.

### Θάλασσος Ποντίῳ.

Ἔπεμψά σοι ψήτταν καὶ σανδάλιον καὶ κεστρέα καὶ κήρυκας πέντε καὶ τριάκοντα· σὺ δέ μοι τῶν ἐρετμῶν δύο πέμψον, ἐπειδὴ τάμὰ κατεάγετο. Ἀντίδοσις γὰρ ἡ παρὰ φίλων εἰς φίλους· ὁ γὰρ προχείρως καὶ θαρσαλέως αἰτῶν, εὔδηλός ἐστιν ὡς ἅπαντα κοινὰ τὰ πρὸς τοὺς φίλους καὶ τὰ τῶν φίλων ἔχειν ἡγούμενος.

## ADNOTATIO CRITICA.

1. ψήτταν. Bergl. ψίτταν, ſcribi tamen et per η in penultima fatetur. Ita vero eſt, variantque libri in ſcriptura, quorum tamen plurima pars ſecundum τὸ η pronuntiant. Vide interpretes ad Luciani ver. hiſt. T. IV. Bipont. p. 564. et Schol. ad eiusdem Piſcat. T. III. p. 168. Nihil tamen certi in voce, cuius etymon ignoratur. Praeſtantiſſimus Ruhnkenius, quum ad Timaeum p. 278. ed. ſec. variare dixiſſet libros, et vtriusque ſcripturae dediſſet exempla, Cod. regium Pariſ. in hoc Alciphronis loco τὸ η praeferre teſtatur. Hunc igitur ſecutus ſum.

3. κατεάγετο. Notanda haec formatio, alias κατεαγὼς et κατεάγη vſitatum. Similiter, cum ἀνέῳγε dicatur pro ἀνεῴχθη, apud Platonem occurrit ἀνέῳγετο in Phaedone, non ita longe a principio. Sed ibi in *Imperfecto*, quod hic non habet locum. *Bergler.*

4. ἡ παρὰ φίλων. *Subiectum*, vt loquuntur, in hac enuntiatione deeſt. Videtur eſſe debere δόσις, vt ſit: ἡ παρὰ φίλων εἰς φίλους δόσις ἐστὶν ἀντίδοσις. *Donatio ab amicis ad amicos facta, eſt permutatio.* Nimirum, qui amico dat, ſimul acquirit, praeſertim ſi ſupponantur κοι-

νὰ τὰ τῶν φίλων. Dio Chryſoſt. III. de Regno (T. I. p. 135. Reisk.) ὁ τοῖς φίλοις χαριζόμενος ἥδεται δίδους, ἅμα δὲ ὡς (mallem ὡς ἅμα καὶ) αὐτὸς κτώμενος. Καὶ γὰρ δὴ παλαιός ἐστιν ὁ λόγος ὁ κοινὰ ἀποφαίνων τὰ τῶν φίλων. *Bergler.* At vero nihil mendi ſubeſſe putat Wopkenſius Lection Tullian. p. 31. Recte: nihil enim hac tali Syneſi frequentius. Supplet Gloſſator Eichſtad. εὐεργεσίαν ex Ep. 10.

## COMMENTARIVS.

1. ψήτταν. De hoc piſce v. Oppianum Halieut. v. 105. et ibi Rittershuſium. *Bergler.*

1. σανδάλιον. Reſpondet Latinum *Solea*, piſcis planus. Matron in Parodia apud Athenaeum IV. p. 126. Σάνδαλα δ' αὖ παρέθηκαν. *Bergler.*

1. κεστρέα. v. Oppianum Hal. v. 111. et ibi notata. *Bergler.* Adde Cel. Becmannum ad Antigonum Caryſt. p. 152. qui, quod adpellationem horum piſcium hodiernam cum certa fide referri non poſſe pronuntiat, id in multis aliis locum habere contendit.

2. κήρυκας. Gloſſae: *Murex*, κήρυκες, πορφύρια apud Athenaeum Lib. III. p. 86. dicuntur ſimilia eſſe κήρυκες, πορφύραι, κόγχοι, Plinio κήρυξ, buccinum. *Bergler.*

---

## Epistola VIII.

### Εὐκόλυμβος Γλαύκῃ.

Οἱ τὴν γνώμην ἀμφίβολοι τὴν παρὰ τῶν εὐνοούντων κρίσιν ἐκδέχονται. Κἀγὼ τὰ πολλὰ ταῖς αὔραις διαλαλήσας, (οὐδὲ γὰρ οὐδὲν πρὸς σὲ ἐθάρρουν, ὦ γύναι,) νῦν ἐξαγορεύω, καὶ δέομαι τὸ

λῶον εὑρημένην συμβουλεῦσαι. Ἄκουε δὲ ὡς ἔχει, καὶ πρὸς ὅ, τι σε δεῖ τὴν γνώμην ἐξενεγκεῖν. Τὰ ἡμέτερα, ὡς οἶσθα, παντελῶς ἐστιν ἄπορα, καὶ βίος κομιδῇ στενός· τρέφει γὰρ οὐδὲν ἡ θάλασσα. Ὁ λέμβος οὖν οὗτος, ὃν ὁρᾷς, ὁ κωπήρης, τοῖς πολλοῖς ἐρέταις κατηρτυμένος, Κωρύκιον τὸ σκάφος, λῃσταὶ δὲ θαλάσσης τὸ ἐν αὐτῷ σύστημα. Οὗτοί με κοινωνὸν ἐθέλουσι λαβεῖν τοῦ τολμήματος, πόρους ἐκ πόρων εὐμεγέθεις ὑπισχνούμενοι. Πρὸς μὲν οὖν τὸν χρυσὸν, ὃν ἐπαγγέλλονται, καὶ τὴν ἐσθῆτα κέχηνα· ἀνδροφόνος δὲ οὐχ ὑπομένω γενέσθαι, οὐδὲ μιᾶναι λύθρῳ τὰς χεῖρας, ἃς ἡ θάλαττα ἐκ παιδὸς εἰς δεῦρο καθαρὰς ἀδικημάτων ἐφύλαξε· μένειν δὲ πενίᾳ συζῶντα χαλεπὸν καὶ οὐ φορητόν. Τούτων σὺ τὴν αἵρεσιν ταλαντεύῃ· ὅπου γὰρ ἂν ῥέψῃς, ὦ γύναι, ἅπαξ, ἐκεῖ σε ἀκολουθήσω· ἀποκόπτειν γὰρ εἴωθε γνώμης ἡ τῶν φίλων συμβουλὴ τὸ ἀμφίβολον.

## ADNOTATIO CRITICA.

1. εὐνοούντων. Male Vind. A. ἐννοούντων, nam illud longe suauius blanditur vxori, quam in consilium vocat maritus.

3. αὔραις. Hanc, quae immerito exsulauerat, vocem iure postliminii gaudere fas esse putaui. Iam suo tempore *Berglerus*, etsi non in contextum, tamen in versionem receperat. Mallem, inquit, αὔραις pro ὥραις, vti et Cl. Perizonium coniicere intellexi ex eius ad me literis. Perquam similiter Synesius Ep. 55. πολλὰ τοῖς ἀνέμοις, — διείλεγμαι. Sic

nutrix Medeae apud Euripidem in Med. v. 57. dicit se velle proloqui Caelo atque Terrae miserias Medeae, γῇ τε κοὐρανῷ λέξαι. Vbi Scholiastes: οὐρανὸν λέγει τὸν ἀέρα, mox: μεμίμηται τοὺς ἐν μεγάλαις δυστυχίαις ἐξεταζομένους, οὗτοι γὰρ σιωπᾶν τὰς συμφορὰς μὴ δυνάμενοι, καὶ λέγειν ἀνθρώποις φοβούμενοι, οὐρανῷ ἢ ἡλίῳ ἢ γῇ, ἢ θεοῖς ἄλλοις διηγοῦνται. [de hoc Euripidis loco v. Hemsterhus. ad Luciani Timon. T. I. Bip. p. 345.]

Hactenus igitur Berglerus, cuius coniectura probabilis visa est *Doruilio* ad Charit. p. 299. qui et laudat Misc. Obseruatt. T. I. p. 229. et *Lennepium* ad Coluthum v. 378. — Calculum addunt etiam *Abreschius* ad Aristaenetum p. 49. Glossat. Eichstad. et *Herelius* in versione Theotisca. — De permutatis αὔρᾳσις et ὦρσις v. etiam *Schraderum* Emendatt. Praef. p. IX. — Et, quod maximum est, Codex Vind. A. cui tot egregias lectiones debemus, et h. l. laudem suam tuetur, aperte *enim praefert* αὔρᾳσις.

3. οὐδὲ γὰρ οὐδέν. Gloss. Euchst. οὐ γὰρ οὐδέ. fortasse rectius.

6. ὅ, τι σε δεῖ τήν. Cod. Vind. A. inuertit: ὅ, τι δεῖ σε τὴν, quod non placet, ob sonorum eorumdem concursum.

8. τρέφει. Arnaldus in Misc. Obseruatt. Vol. IV. p. 448. nescire se ait, an mare dici possit οὐδὲν τρέφειν pro οὐδὲν πρὸς τροφὴν παρέχειν, ideoque mauult φέρει. Nil tamen opus esse existimem, quum οὐδὲν per *non* explicari possit.

9. λέμβος οὖν οὗτος. Voculam οὗτος inseruit Cod. Doruilianus, nec abest a Vindob. A.

10. κατηρτυμένος. Vienn. A. habet κατηρτημένος, quod etsi damnandum non est, vulgatam tamen retinere malui. v. Alberti ad Hesychium v. καταρτύσαι. et supra ad Ep. 1.

11. τὸ σκάφος. Modo laudatus Arnaldus l. l. supplere vult ἐστὶ, voculam contra δὲ post λῃσταὶ expungere. Neutrius tamen necessitatem video.

12. ἐν αὐτῷ. Bergleriana αὐτῇ, sed nota subiecta sua-

det αὐτῷ, nisi ad αὐτῇ subintelligere velis νηΐ. Quod quum duriusculum videretur, illud recepi.

17. λύθρῳ. *Bergler.* I. ta scripsi audacter pro λίθῳ, quod habent editiones ambae, et versio pristina fideliter exprimit. — Quae ad adstruendam huius vocis vim ex aliis attulit Berglerus, v. in Commentario. Hesychius: λύθρον. ἰχὼρ αἵματος τὸ ἀπὸ φόνου. cf. Etymolog. M. Suidam et Schol. ad Homeri Od. XX. 503.

22. γνώμης — τὸ ἀμφίβολον. Vulgata γνώμην ἀμφίβολον (sine τό.) Dorviliani Codicis lectio est, quam dedimus, eaque Graecae linguae vsui adcommodatissima. Dorvilianum adiuuat in vtroque Vindob. Codex.

## COMMENTARIVS.

1. ἀμφίβολοι. Sic ἀμφιβάλλειν, *incertum, dubium esse* infra Ep. 37. prope finem. W.

5. εὑρημένην. Actiue, vt praeter alios saepe Demosthenes, praesertim in Or. aduersus Leptinem, vbi εὑρημένοι τιμάς — (p. 64.) εὑρημένοι ὠρεάς. p. 80. — εὑρημένοι ἀτέλειαν. p. 78. *Bergler.* cf. Thom. Mag. p. 394. Reitzium ad Luciani Ver. Hist. T. IV. Bip. p. 563. et Iensium ad eiusd. Tyrannicidam T. eod. p. 595. et Wolfium ad Leptineam p. 216.

7. τὰ ἡμέτερα παντελῶς ἐστιν ἄπορα, Isaeus de heredit. Hagniae: τὰ μὲν ἐκείνου παντάπασιν ἄπορα διεξιόντα· περὶ δ' ἐμὲ πλοῦτόν τινα τῷ λόγῳ παρασκευάσαντα. Lucianus in Somnio s. de Vita sub initium (T. I. Bip. p. 4. et ibi Hemsterhus. p. 168.) τὰ δὲ ἡμέτερα μικρά τε εἶναι καὶ ταχεῖάν τινα ἐπικουρίαν ἀπαιτεῖν. *Bergler.*

8. ὁ βίος κομιδῇ στενός. Demosth. Olynth. I. Vol. I. p. 15. 23. ἐὰν δὲ τούτων ἀποστερηθῇ τῶν χρημάτων, εἰς στενὸν κομιδῇ τὰ τῆς τροφῆς τοῖς ξένοις αὐτῷ καταστήσεται. *Bergler.* Plura vide ap. Hemsterhusium ad Thom. Mag. p. 94. b.

11. Κωρύκιον. Ita dictum a Κώρυκος, qui est mons

Asiae minoris, cuius adcolae Κωρυκαῖοι, quorum latrocinia prouerbio nota. *Bergler.*

13. πόρους ἐκ πόρων. Aeschines de falsa legat. πόλεμον ἐκ πολέμου πολιτευόμενοι, *aliud ex alio bellum*, vel *aliud post aliud*. Demosthenes de Corona: ἵνα μὴ λόγον ἐκ λόγου λέγων, τοῦ παρόντος ἐμαυτὸν ἐκκρούσω. Achilles Tatius Lib. II. p. 77. ed. Salmas. ὡς δὲ περιέπλεκον λόγους ἐκ λόγων. *Bergler.*

16. μιᾶναι λύθρῳ τὰς χεῖρας. Sic loquuntur de homicidis: Lucianus Tyrannic. (T. IV. Bip. p. 324.) αἵματος καὶ λύθρου ἐμπεπλησμένον. Phocylides p. 2. — μὴ θ' αἵματι χεῖρα μιαίνειν. Quod alias μιᾶναι φόνῳ τὰς χεῖρας, vt apud Lucianum in Pseudom. T. V. Bip. p. 115. qui locus huic similis: Gubernator nauis, cui mandatum fuerat Lucianum in mare praecipitare, ait ad eum: ἀνεπίληπτον βίον καὶ ὅσιον προβεβιωκὼς, οὐκ ἂν βουλοίμην — μιᾶναι φόνῳ τὰς χεῖρας. Heliodor. Lib. I. p. 23. μηδὲ φόνῳ πατρῴῳ χεῖρα μιάνῃς. *Bergler.* De λύθρῳ vide etiam Interpretes ad Callimachi Hymnum in Lauacrum Palladis v. 7. et Spanhem. in Commentar. p. 611. edit. Erneft.

17. ὡς ἡ θάλαττα καθαρὰς etc. Iidem homicidae dicuntur et μὴ καθαρὰς τὰς χεῖρας ἔχοντες, vt apud Demosthenem contra Timocratem Vol. I. p. 719. 23. Reisk. quod Vlpianus exponit οἱ ἀνδροφόνοι, et μὴ καθαροὶ τὰς χεῖρας, vt apud Antiphonem de caede Herodis semel iterumque. Herodotus de Adrasto Phryge, qui fratem interfecerat, οὐ καθαρὸς χεῖρας ὤν. Lib. I. sect. 35. Dum autem dicit, mare sibi manus puras seruasse, in eo adludit ad prouerbium, quo dicitur *mare abluere omnia mala*, quod Euripidis senario effertur: Θάλασσα κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακά. Eodem adludit Synesius Ep. 57. inter medium et finem, vbi alios quosdam Episcopos dicit ciuilia negotia attingere posse salua sanctitate: se autem, si idem faciat, labem sibi contracturum, adeoque elutione opus habiturum, πηγῶν καὶ θαλάσσης δεήσομαι. *Bergler.*

17. εἰς δεῦρο καθαρὰς ἐφύλαξε. Heliodorus Lib. I. p. 49. εἰς δεῦρο διετέλεσα καθαρὰν ἐμαυτὴν ἀπὸ σῆς ἐμιλίας φυλάττουσα. Demosthenes de falsa legat. μέχει τοῦ δεῦρο ἀπὸ τῆς πρώτης πρεσβείας. *Bergler.*

19. συζῶντα πενίᾳ. Simile est infra Ep. 20. τῷ λοιμῷ συνοικίζειν. W.

20. τὴν αἵρεσιν ταλαντεύῃ. Locum hunc exponit et illustrat Guil. Budaeus in Commentar. Gr. et inde H. Stephanus. *Bergler.*

---

## Epistola IX.

### Αἰγιαλεὺς Στρουθίωνι.

Βάλλ' ἐς μακαρίαν. ὡς ἐναντίως ἡμῖν, καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν ἐπὶ τὰ Μανδραβούλου χωρεῖ τὰ πράγματα. Τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ λεπτῶν κερμάτων ἀποδίδοσθαι καὶ ὠνεῖσθαι τὰ ἐπιτήδεια, λιμηρὰν φέρει τὴν παραμυθίαν. Ὥρα οὖν γε συμπράττοντα ἡμῖν, ὦ Στρουθίων, τὴν παρ' ἡμῶν ἐξ ὧν ἂν ἡ θάλαττα πορίζῃ, παραμυθίαν ἐκδέχεσθαι. Βούλομαι δὲ πρὸς ἕνα τῶν λακκοπλούτων διὰ σοῦ προξένου ἢ πρὸς Ἐρασικλέα τὸν Σφήττιον, ἢ πρὸς Φιλόστρατον τὸν Χολαργέα οἰκείως ἔχειν, ὡς αὐτὸς ἐπὶ Φερνείων κομίζειν αὐτῷ τοὺς ἰχθύας· πάντως γὰρ πρὸς τῇ καταβολῇ τἀργυρίου ἔσται παρ' αὐτῷ τις διὰ σοῦ παραμυθία ἢ Διονυσίων ἢ Ἀπατουρίων τελουμένων. Καὶ ἄλλως ἐκ τῆς πικρᾶς τῶν ἀγορανόμων ἐξελοῦνται ἡμᾶς χειρὸς, οἳ καθεκάστην ἐπὶ τῷ σφετέρῳ κέρ-

δει κερδαίνειν, εἰς τοὺς ἀπράγμονας ἐμφορῦσιν ὕβρεις. Πολλοῦ δὲ δύνασθαι τοὺς παρασίτους ὑμᾶς παρὰ τοῖς νέοις καὶ πλουσίοις οὐ λόγος ἀλλ' ἔργον ἔδειξεν.

## ADNOTATIO CRITICA.

1. Βάλλ'. Cod. Vind. A. βάλ'.

2. Μανδραβούλου. Edd. Μανδροβόλου, quod correximus. *Bergler.* — Recte, nam nomen viri desinit vbique in βουλος, non βολος, rectius adhuc, si et alterum ο eiecisset, nam meliores libri in scriptoribus, apud quos hoc prouerbium occurrit, habent ΜανδρΑΒ., quamquam non desint, qui per Ο scribant. Ego, Codice meo Vind. fretus, A praetuli.

5. ὥρα οὖν γε. Ita editiones, sed legendum potius σε pro γε. *Bergler.*

7, παραμυθίαν ἐκδέχεσθαι. Erat, vbi mallem legere παραμοιβήν, vel αὐταμοιβήν, praesertim quum παραμυθία praeterea bis hac epistola occurrat.

9. Σφήττιον. Athenis δημόται Φρίττιοι, (nam hoc editiones praeferunt) vt puto, fuerunt nulli, sed Σφήττιοι fuerunt, quod nomen hic vt proxime accedens reponendum. *Bergler.* Scite coniecisti, Berglere, et habes adsentientem Cod. Vind. A. qui tamen ΣΦΙττιον scribit. v. Meursium de populis Att. h. v.

10. Φερνείων. Alias scribitur per I in penultima. Ammonius de simil. et differ. Φερνὴ μὲν ὁ προίξ· Φέρνιον δὲ ἁλιευτικὸν σπυρίδιον. Eustathius p. 742. lin. 59. ex Lexico quodam Rhetorico: Φερνὴ, δωρεὰ γυναικὶ διδομένη· Φέρνια δὲ ἰχθύων σπυρίδες, qui subiungit Menandri locum: (p. 12. edit. Clerici) ὁ προσιὼν γέρων ἁλιεύς, παρ' οὗ τὸ Φέρνιον τρίτην ταύτην ἡμέραν ἐπριάμεθα. Sic *Berglerus.* — Sine ε scribi etiam iubent Valkenarius ad Ammonium h. v. p. 145. et Hemsterhusius ad Hesych. v. ἀστυπολεῖ, qui etiam φέρμια inue-

niri testatur, quod et ipsum non falsum, quanquam *Φέρνια* vsitatius, vtrumque enim nomen *ἀπὸ τοῦ Φέρειν* a *ferendo* ductum, aeque ac *Φόρμος*. Codex Vind. A. *Φορείων*.

12. *διὰ σοῦ*. (*παραμυθία*) Voculas *διὰ σοῦ* hucusque non desideratas ex Cod. Vind. A. reuocaui, idque eo lubentius, quoniam non rotundior tantum oratio iisdem effici, sed cum sequentibus etiam, et fine praesertim epistolae melius cohaerere visa est. Tibi, tibi inquam, mi parasite, acceptum referam inprimis, si Bacchanalium Apaturiorumue diebus festis ex ditiorum dapibus aliquot micae ad me perueniant. Eidem Codici debetur etiam *τὸ ἢ* ante *Διονυσίων*.

15. *οἵ καθεκ*. Οἵ sic recte Vind. A. Bergleriana *οἱ*. falso: non enim articulo hic locus est, sed pronomini, quod pertinet ad *ἐμφοροῦσιν*.

17. *παρασίτους ὑμᾶς*. Recte Berglerus *ὑμᾶς*, quamquam et Aldina et Vind. A. habeant *ἡμᾶς*, quod h. l. nihili est.

## COMMENTARIVS.

*Στρουθίωνι*. Parasiti nomen ex historia vel Comoedia noua petitum. Lucianus in Fugitiuis T. VIII. Bip p. 321. *κολακείας ἕνεκα τὸν Γναθωνίδην ἢ Στρουθίαν ὑπερβαλέσθαι δυνάμενοι*. *Bergler*. Vide et finem epistolae.

1. *Βάλλ' ἐς μακαρίαν*. Prouerbium satis notum, quo interitum alicui imprecantur. *Μακάρων νῆσοι* insulae sunt beatorum defunctorum: et *Μακαρία χωρίον ἐν ᾅδου*, vt est apud Scholiastem Aristophanis in Equites v. 1148. vnde *μακαρίται*, defuncti, Latine *beati*, minus adposite, nam Graecum est quasi *gentile*, *a loco*, quasi dicas *Beatitanus*. Est autem hoc *εὐφημότερον*, quam *ἐς κόρακας*. (Ep. 17.) idem tamen valet. *Bergler*. — cf. et Lib. III. Ep. 32. et praeter Kuesterum ad Suidam, Interpretes ad Hesychium et Thomam Magistrum v. *ἐς κόρακας*, inprimis Cel. Ruhnkenium ad Timaeum p. 59. ed. secundae.

2. Μανδραβούλου. Lucianus de Mercede conducto (T. III. Bip. p. 241. et not. p. 538.) ἡ παροιμία φησὶν ἐπὶ Μανδραβούλου χωρεῖ τὸ πρᾶγμα, καθ' ἑκάστην ὡς εἰπεῖν ἡμέραν ἀποσμικρυνόμενον. Nempe vsurpatur prouerbium, quando res paullatim deteriores fiunt, vt donaria Mandrabuli, qui, cum thesaurum inuenisset, Diis dedicauit primo arietem aureum, deinde argenteum, postea aereum minorem, postremo nihil. Scholiast. Luciani. Vide et Suidam in ἐπὶ τὰ Μανδ. Fuit autem Speusippi olim dialogus Μανδραβούλος inscriptus, teste Laërtio Lib. 4, c. 1. Cleophontem etiam ἐν Μανδραβούλῳ citat Aristoteles in fine libri I. de sophisticis elenchis. *Bergler.*

3. λεπτῶν κερμάτων. Iulius Pollux Lib. IX. Segm. 92. νομισμάτιον λεπτὸν, quale dicit esse chalcos. *Bergler.*

8. τῶν λακκοπλούτων. Comico ioco proprie ita vocati, qui erant ex familia Calliae Athenienſis. Hic enim ditissimus euasit sub aduentum Xerxis (itidem vt Aminocles, de quo ad Ep. 5.) inuento ingenti auri pondere, quod Persae in puteum (εἰς λάκκον) demerserant. Vide Plutarchum in Aristide non ita longe a principio, et Hesychium, nec non Suidam in hac voce. *Bergler.* Occurrit vox λακκόπλουτος etiam Lib. III. Ep. 7. λάκκος et λάκος augere significationem, et vocabula, quibus praemittuntur, pro Superlatiuis adhiberi, probat Berglerus noster ad Aristophanis Acharnenses v. 664. Vide etiam Apostolium Paroem. Cent. XI. 74. p. 322, vbi praeter Themistium Alciphron quoque laudatur, et God. Olearii, (vel, si quis alius est) Notas ad Suidam p. 254.

10. Χολαργέα. Attici Χολαργεῖς satis noti. Demosthenes contra Androtionem Vol. I. p. 605. 25. Reisk. memorat Ἀρχίαν τὸν Χολαργέα. Vbi Wolfius, cum alicubi scriptum inuenisset Σχολαργέα, adnotat: *Alii* Χολαργία, *vtrumque malum cognomen, siue* παρὰ τὴν σχολὴν, *siue* παρὰ τὴν χολὴν καὶ ἀργίαν. Satis imperite. Meminit autem Demosthenes et Πολυαράτου τοῦ Χολαργέως Orat. II. contra Bocotum Vol. II. p. 1009. 25. Reisk.

qui etiam Εὔνικον τὸν Χολαργέα semel iterumque nominat in Orat. contra Eubulidem. ib. p. 1312. et 1320. Aristophanes in Acharnensibus v. 855. Λυσίστρατος Χολαργέων ὄνειδος. *Bergler.* Meursius de populis Atticae p. 147.

10. αὐτὸς — νομίζειν. Nominatiuus cum Infinitiuo more Graecis solemni, quod tironum gratia vti plura dictum esto. W.

13. Ἀπατουρίων. Festum Athenis in memoriam victoriae cuiusdam per strategema obtentae. Inde ἀπὸ τῆς ἀπάτης, *de fallacia* dictum. Vide Polyaenum Lib. I. c. 19. vbi in Notis aliorum etiam auctorum loca congesta. *Bergler.* — v. etiam Lib. III. Ep. 39. et 46. vbi tertia huius festi dies Cureotis. Plura si fortasse velis, adeas Corsini Fast. Atticos T. I. p. 306. Potteri Archaeolog. ex versione Rambachii T. I. p. 803. cet.

14. ἀγορανόμων. Qui sunt rerum venalium curatores. Lysias in Or. contra Frumentarios: ἐπὶ μὲν τοῖς ἄλλοις ὠνίοις ἅπασι τοὺς ἀγορανόμους φύλακας κατεστήσατε· ἐπὶ δὲ ταύτῃ μόνῃ τῇ τέχνῃ χωρὶς σιτοφύλακας ἀποκληροῦτε. Vnde adparet, hos a quibusdam non recte *Annonae praefectos* dici Latine; non tantum, quia Graecum latius patet, vt H. Stephanus monet, sed quia rei frumentariae sunt alii peculiares praefecti. *Bergler.* v. Potteri Archaeol. Rambach. T. I. p. 172.

14. ἐξελοῦνται. Fut. 2. rarius occurrens, ἐξειλόμην frequens. *Bergler.*

16. κερδαίνειν. De Infinitiuo sic absolute posito, ita vt subintelligendum sit ὡς, εἰς, vel διὰ v. Reitzium ad Luciani Saturnalia T. IX. Bip. p. 331. Melius tamen abesset. W.

16. ἀπράγμονας. *Quietos, simplices.* Itaque Demosthenes iungit ἀκάκους καὶ ἀπράγμονας in Orat. contra Euergum in fine. (Vol. II. p. 1164. 13.) item ἄνθρωπον et οὐ φιλόνεικον Or. II. contra Boeotum. (ibid. p. 1018. 1.) quemadmodum ex contrario Aristophanes in Pace v. 191.

συκοφάντην et eum, qui non est ἐραστὴς πραγμάτων, qui alias φιλοπράγμων et πολυπράγμων, et πολλὰ πράσσων. *Bergler.* Addit Gloss. Eichst. Aristoph. Plutum, vbi v. 923. ἀργὸς ζῆν — βίον προβατίου.

17. πολλοῦ δὲ δύνασθαι. Πολλοῦ pro Aduerbio, vt Aristophanes in Nubibus v. 912. Θρασὺς εἶ πολλοῦ. Suidas: Πολλοῦ, ἀντὶ τοῦ Πάνυ. Θρασὺς εἶ πολλοῦ. *Bergler.*

18. οὐ λόγος, ἀλλ' ἔργον ἔδειξεν. Euripides apud Athenaeum Lib. XIII. p. 599. Τεκμήριον δὲ μὴ λόγῳ μόνον μάθῃς, Ἔργῳ δὲ δείξω τὸ σθένος. Saepe autem occurrit haec oppositio, vt Lat. *non verbo, sed re.* Herodotus Lib. V. Sect. 24. τοῦτο δὲ οὐ λόγοισι, ἀλλ' ἔργοισι οἶδα μαθών. Demosthenes pro Corona (Vol. I. p. 255. 7.) ἡλίκα ταῦτα ὠφέλησεν ἅπαντας οὐκ ἔτ' ἐκ λόγου δεῖ μαθεῖν ὑμᾶς, ἀλλ ἔργῳ πεπείρασθε, quod ita dixit Aristophanes in Nubibus v. 610. Ὠφελοῦσ' ὑμᾶς ἅπαντας οὐ λόγοις, ἀλλ' ἐμφανῶς. Antiphanes Comicus apud Athenaeum p. 238. Parasito loquente: — τῶν φίλων γὰρ ὢν φίλος Ἔργοισι χρήστὸς οὐ λόγοις ἔφυν μόνον. Demosthenes de falsa legat. (Vol. I. p. 406. 23.) ὃ τοίνυν μέγιστον ἁπάντων, καὶ οὐ λόγος ἀλλ' ἔργον ἤδη, quod et in Midiana sic: ὃ δ' ἦν δεινότατον, καὶ οὐ λόγος, ἀλλ' ἔργον ἤδη. Idem contra Leptinem. τῷ μὲν ἔργῳ et τῷ δὲ ῥήματι. In Orat. autem contra Aristocratem λόγοις ἀληθειαν adponit: ὄψεσθε γὰρ οὐ λόγους οὐδὲ αἰτίας, ἀλλὰ ἀληθειαν οὖσαν ὧν λέγω, vti et Orat. in Onetorem: οὐκ ἔχει ταῦτα ἀληθείαν πιστὴν — ἀλλὰ λόγοι ταῦτ' εἰσί. *Bergler.*

## Epistola X.

### Κέφαλος Ποντίῳ.

Τὴν μὲν θάλατταν, ὡς ὁρᾷς, Φρίκη κατέχει, καὶ τὸν οὐρανὸν ὑποβέβηκεν ἀχλὺς, καὶ πάντα πανταχόθεν συννέφελα, καὶ οἱ ἄνεμοι πρὸς ἀλλήλους ἀρασσόμενοι ὅσον οὔπω κυκήσειν τὸ πέλαγος ἐπαγγέλλονται. Ἀλλὰ καὶ οἱ δελφῖνες ἀνασκιρτῶντες καὶ τῆς θαλάττης ἀνοιδουμένης λείως ἐφαλλόμενοι, χειμῶνα καὶ τάραχον ἐπιόντα μηνύουσι. Ταύρου δέ φασιν ἐπιτολὴν κατ' οὐρανὸν οἱ τὰ μετέωρα δεινοὶ τανῦν ἑστάναι. Πολλάκις οὖν σώζονται ὑπ' ἀσφαλείας προμηθούμενοι φυλάξασθαι τὸν κίνδυνον· εἰσὶ δὲ, οἱ παραδόντες ἑαυτοὺς ἅπαξ τῷ πελάγει, ὑπ' ἀμηχανίας τῇ τύχῃ τοὺς οἴακας ἐπιτρέψαντες φέρεσθαι. Ὅθεν ἀκούομεν τοὺς μὲν κατὰ τὸ Μαλέου ἀκρωτήριον, τοὺς δὲ κατὰ τὸν Σικελικὸν πορθμὸν, ἄλλους δὲ εἰς τὸ Λυκιακὸν πέλαγος ῥύμῃ φερομένους ἐποκέλλειν ἢ καταδύεσθαι. Ἔστι δὲ οὐδὲν τούτων πρὸς χειμῶνα καὶ κίνδυνον ὁ Καφηρεὺς ἐπιεικέστερος. Ἀναμείναντες οὖν ἀπολῦξαι τὸ κλυδώνιον καὶ καθαρὰν αἰθρίαν γενέσθαι ἀέρι, νοστήσομεν ἄχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ Καφηρέως τῶν ἀκτῶν· ἴν' εἴ που τι τῶν ἐκ ναυαγίας ἀποπτυσθὲν εὑρεθείη σῶμα, τοῦτο περιστείλαντες ταφῇ καλύψωμεν. Οὐ γὰρ ἄμισθον τὸ εὖ ποιεῖν, κἂν μὴ παραχρῆμα τῆς εὐεργεσίας ἡ ἀντίδοσις φαίνηται. Τρέφει δὲ οὐδὲν ἧττον τοὺς ἀνθρώπους

πρὸς τοῖς ἐλπιζομένοις ἀγαθοῖς, καὶ διαχεῖ τὴν καρδίαν τὸ συνειδός· καὶ μάλισθ' ὅταν εἰς τοὺς ὁμοφύλους οὐκ ἔτ' ὄντας τὴν εὐποιίαν καταβάλ-ȝολωνται.

## ADNOTATIO CRITICA.

Ind. Κέφαλος Arnaldus in Misc. Obseruatt. Vol. IV. p. 449. Κρύφαλον, nomen vitae generi conuenientius malit. Gloss. Eichst. sic: Hoc nomen nihil ad rem marinam. An Κέπφαλος, qui pisces, [immo vero aues. Germ. *Möwen.*] alias λάρους dictos capit, qua de venatione Schol. Aristoph. Plut. v. 913. Κέφαλος quidem est piscis, *mugilis*, Schol. Aristoph. ad Vesp. p. 488. sed nec hoc me movet.

4. πέλαγος. Cod. Vind. A. nil nisi ordinem mutat. τὸ πέλαγος κυκήσειν.

8. ταυῦν ἑστάναι. Lib. Vind. A. συνεστάναι, sine ταυῦν.

10. προμηθούμενοι. In Codice suo repertum, multo elegantius, quam quod antea legebatur, προθυμούμενοι, pronuntiat Doruilius, nec aliter Cod. Vind. A. Itaque recepi.

12. ὑπ' ἀμηχανίας. mallem ὑπ' ἀμηχανίαις. *Bergler.*

13. ἐπιτρέψαντες φέρεσθαι. Berglerus ita: Pro ἐπιτρέψαντες, et paullo ante pro εἰσὶ δὲ οἱ nuper in editione Veneta quorumdam opusculorum Graecorum, inter quae haec etiam, et aliae quaedam Alciphronis epistolae, editum εἰσὶ δὲ οἳ et ἐπιτρέπουσι, vt totus locus ita habeat: εἰσὶ δὲ, οἳ παραδόντες ἑαυτοὺς ἅπαξ τῷ πελάγει, ὑπ' ἀμηχανίας τῇ τύχῃ τοὺς οἴακας ἐπιτρέπουσι, hoc sensu: *Sunt autem, qui vbi semel se pelago commiserunt, deinde rebus desperatis fortunae gubernacula mandent.* Haec autem aduersantur menti Alciphronis: disuadet is nauigationem imminente tempestate hoc argumento, quia, qui in tempestate nauigent, in magnis angustiis et periculis

versentur, dum ipsi nauem regere non valentes fortunae eam committere cogantur. Quod si quis contrarium vellet suadere, diceret vt mutatio textus prae se fert. Nauigandum esse non obstante tempestate, quia, si nauem ipsi regere non valeant, fortunae eam relinquere possint regendam, ad exemplum scilicet aliorum; nam esse, qui id faciant. Hactenus *Berglerus.*

Contra disputat *Ge. Arnaldus* Misc. Obseruatt. Vol. IV. p. 449. Non recte existimasse scribit Berglerum, nauigationem imminente tempestate hic disuadere Alciphronem, sed piscatorem tota epistola id agere, vt alterum piscatorem Pontium inducat ad naufragorum cadauera, si quae forte in litus Caphareum eiecta inuenerint, secum communi opera sepelienda. Incipit a tempestate praesente, deinde ait, quosdam homines cautos euitare pericula, alios, temere se pelago committentes, mox ad incitas redactos fortunae salutis suae curam demandare, et hinc oriri crebra illa naufragia. Quae quum omnino Alciphronis mens esse videatur, sic eius verba, secutus Venetam a Berglero memoratam editionem constituit: εἰσὶ δὲ οἱ παραδόντες ἑαυτοὺς ΑΦΡΑΣΤΩΣ πελάγει, ΕΙΘ' ὑπ' ἀμηχανίας τῇ τύχῃ τοὺς οἴακας ἐπιτρέ-ΠΟΥΣΙ φέρεσθαι. Illud enim ἄπαξ, quod in textu vulgato reperiatur, nullum locum hic obtinere posse, [quidni vero? W.] τὸ εἶΘ' autem, quod inseruerit, absorptum fuisse ab vltima syllaba vocabuli πελάγει et a sequenti ὑπό. Iam vero omnia esse in procliui, et locum antea intricatissimum intellectu facilem.

De ἐπιτρέπουσι facile consenserim, vt duorum Participiorum concursum euites, in reliquis audacior iusto emendatio ista videtur, et, si nil nisi cadauerum eiectorum *humatio* consilium piscatori fuisset, non video, quomodo recte procedat argumentatio: Alii sunt cauti, alii temerarii in nauigando, ergo sepulturam naufragorum ne negligamus. Equidem pietatem illam in cadaueribus humandis per totam epistolam regnare non crediderim,

immo vero, vt fit, in epistolis scribendis modo ad hoc, modo ad illud transgredimur, vti quodque in mentem venit. Interpositae vero illae sententiae minus offendent, si sumseris, epistolam nostram respondere ad aliam a Pontio missam, qua Cephalum (vel Cryphalum) ad secum enauigandum inuitauerat vel prouocauerat. Ad haec igitur hic rescribit, iam non esse tempus ob indubia tempestatis instantis signa. Alea plenam esse rem istam, nam, etsi fieri saepe possit, vt cautiores in ipso periculo ita sibi consulant, vt seruentur, multo tamen frequentius, qui se semel fluctibus commiserint, inopes consilii fortunae sese totos, velaque ventis tradere debere.

Simulac vero tempestas praeterierit, paratum se promtumque fore ad opus nauticum cum Pontio porro partiendum, eiectosque fortasse in hac ventorum rabie, praesertim ad Capharea, naufragos terrae mandandos. Haec nimirum iusta si quis naufragis faciat, nisi aliam, recti tamen conscium mentem habere mercedem. Ceterum Cod. Vind. A. nil mutat. W.

14. Μαλέου. Dicitur Μαλέα et Μαλέας it. Μαλεῖαι plural. per ει. *Bergler.* cf. Interpretes ad Luciani Navigium T. VIII. Bipont. p. 503.

17. ἐποκέλλειν. Quod prius textum obsederat ἐπωκείλειν sine dubio vitiosum. Berkelius ad Stephanum in Καφηρεὺς hunc locum citans obiter emendat ἐποκέλλειν, quod forte et alii alicui in mentem venisset: vel etiam ἐποκεῖλαι. Sic Berglerus. Cod. Vind. A. habet ἐποκείλειν.

20. ἀέρι νοστήσομεν. Emendo περινοστήσομεν. *Bergler.* Acute, retinere tamen ἀέρι simul possis, sic: γενέσθαι ἀέρι, περινοστήσομεν.

22. ἀποπτυσθέν. Cod. Vind. A. exhibet τῶν ναυαγίων ἀποπτύσσων. male.

26. ἀνθρώπους. Idem Cod. sic ανινους, in quo si ἀνθρωπίνους in mente habuit librarius, eos nempe, qui nihil a se humani alienum esse putent, parum abest, quin vulgatae ἀνθρώπους

hanc praeferendam lectionem censeam. Accedit, quod haec talis vox melius conueniat sequenti ὁμοφύλους, *eiusdem originis*, vti recte vertit Arnaldus in Misc. Obs. l. l. p. 449. Hoc vero scribendi compendium in aliis etiam manu exaratis Codicibus occurrere didici ex Valkenario ad Eurip. Phoeniss. p. 512.

## COMMENTARIVS.

(cf. omnino Ep. 1.)

1. Φρίκη. Idem quod Φρίξ. Φρίκα. Eustathius dicit esse προοίμιον κύματος. p. 665. lin. 4. *Bergler.* — Hesychius: Φρίκα. λεπτοκυμία, ἡ ἀρχὴ τοῦ κύματος. it. v. Φρίξ. ἡ ἐπιπολῆς ἀνωμαλία τοῦ κύματος. ἢ ἐπιπολάζων τῷ κύματι ἀφρὸς, ὅταν ἄρχηται ἄνεμος πνεῖν.

4. ὅσον οὔπω. *Tantum non, iam, mox, iamiam.* Heliodorus VII. p. 314. τὸν ἐν ὀφθαλμοῖς καὶ ὅσον οὔπω προσδοκώμενον κίνδυνον. quod et sic effert VIII. p. 386. τὴν τιμωρίαν ὅσον οὐδέπω προσδοκῶσα, alibi etiam saepe vsurpat ὅσον οὐδέπω, inter alia Lib. III. p. 139. ἥκειν αὐτοὺς ὅσον οὐδέπω καὶ φανήσεσθαι. quod Achilles Tatius sic: ἀφίξονται δὲ ὅσον οὐδέπω πρὸς τούτοις ἕτεροι δυσχίλιοι. Euripides Hecuba v. 144. Ἥξει δ' Ὀδυσσεὺς ὅσον οὐκ ἤδη. *Bergler.*

4. κυκήσειν τὸ πέλαγος. Homerus Odyss. M. v. 238. de Charybdi, quae nihil aliud quam freti Siculi vorticosus gurges, πᾶσ' ἀναμορμύρεσκε κυκωμένη. Vnde et Synesius Ep. 4. vbi tempestatem alteram describit, ἔπειτα ἠκόσμει τὰ πνεύματα, καὶ ἡ θάλασσα κυκεὼν ἐγεγόνει, paullo audaciore metaphora, cum κυκεὼν potio quaedam sit a mixtura plurium dicta. *Bergler.*

4. ἐπαγγέλλονται. Eustathius in re simili, ὅτε πολλὰ (νέφη) συνταθέντα ἐπαγγέλλονται ταραχὴν ἀέρος. p. 471. lin. 36. *Bergler.*

5. δελφῖνες ἀνασκιρτῶντες — καὶ ἐφαλλόμενοι. Sic de alio quodam pisce Plutarchus in Quaest. natural. p. 916. ἡ δὲ τευθὶς ἐξάλλεται φεύγουσα τὸ ψύχος καὶ τὴν ἐν βάθει ταραχὴν τῆς θαλάττης, id quod signum esse dicit magnae tempestatis, quemadmodum et polypum, si in terram excurrat, vbi inter alia: σημεῖόν ἐστι πνεύματος ὅσον οὔπω παρόντος, vt Noster paullo ante loquebatur. *Bergler.*

6. θαλάττης ἀνοιδουμένης. Aratus: Διοσ. v. 177. p. 98. ed. Paris. 1559.) Σῆμα δέ τοι ἀνέμοιο καὶ οἰδαίνουσα θάλασσα Γιγνέσθω. — Virgil. Georg. I. v. 356. *Continuo ventis surgentibus, aut freta ponti Incipiunt agitata tumescere*, etc. *Bergler.* cf. supra Ep. 1.

8. ταύρου δέ φασιν ἐπιτλήν. In Tauri capite sunt Hyades, quae *cum oriuntur et occidunt, tempestates, pluvias, largosque imbres cient*, vt ait Tiro, Ciceronis libertus apud Gellium Lib. XIII. c. 9. Inter ἀνατολὴν et ἐπιτολὴν est aliquando discrimen, sed non raro promiscue vsurpantur. *Bergler.*

9. οἱ τὰ μετέωρα δεινοί. v. supra ad Ep. 3.

10. ὑπ' ἀσφαλείας. Dum scilicet nauigant, quando ἀσφαλὲς ἐνθαλαττεύειν, vt loquitur Longus Pastor. Lib. II. (p. 41. Villoiſ.) *Bergler.*

13. τῇ τύχῃ τοὺς οἴακας ἐπιτρέψαντες. Heliodorus Lib. I. p. 45. τοῦ κυβερνήτου πρὸς τὸ ὑπερβάλλον κακὸν ἐνδόντος — καὶ τῇ τύχῃ κυβερνᾶν ἐπιτρέψαντος. Anaxandrides Comicus apud Athenaeum VI. p. 263. — τὸν γὰρ οἴακα στρέφει Δαίμων ἑκάστῳ, vbi δαίμων *fortuna:* nam paullo ante τύχη δὲ πάντα μεταφέρει. *Bergler.* — Plura e re nautica translata in secunda fortuna amant Graeci, v. c. Plato de Legibus VII. p. 896. πάντα ἡμῖν κατ' ὀρθὸν πλεῖ. Lennepio citante ad Phalar. p. 87. Meleager IV. 1. 2. iungit οἴακα et πηδάλιον de quo discrimine vide ibi quos laudat Cl. Manso p. 100. iungit etiam Himerius Or. VII. §. 15. p. 536. Wernsdorf. Huc pertinet etiam notus ille δεύτερος πλοῦς.

13. *Φέρεσθαι.* Homerus Odyss. H. v. 343. — *σχεδίην ἀνέμοισι Φέρεσθαι Κάλλιπε.* *Bergler.* cf. Dorvilium ad Charitonem p. 365.

14. *τοὺς μὲν κατὰ τὸ Μαλέου — τοὺς δὲ κατὰ τὸν Σικελικὸν πορθμόν.* Strabo Lib. VIII. p. 580. *ἦν δὲ, ὥσπερ ὁ πορθμὸς οὐκ εὔπλους ὁ κατὰ τὴν Σικελίαν τοπαλαιὸν, οὕτω καὶ τὰ πελάγη, καὶ μάλιστα τὸ ὑπὲρ τῶν Μαλεῶν, διὰ τὰς ἀντιπνοίας, ἀφ' οὗ καὶ παροιμιάζονται*

*Μαλέαν δὲ κάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε.*

Apud Maleam Laconicae promontorium plurimi leguntur in diuersa acti: et quis nescit Scyllam atque Charybdin? *Bergler.*

16. *τὸ Λυκιακὸν πέλαγος.* Strabo XIV. p. 979. *ὁ παράπλους ἅπας ὁ Λυκιακὸς — τραχὺς καὶ χαλεπός.*

18. *ὁ Καφηρεύς.* Euboeae promontorium vel inde infame, quod Graecorum a Troia redeuntium classis ibi graviter adflicta, de quo exstat et Epigramma in Antho) Lib. I. c. 55. (ed Iacobs T. II. p. 148. *Οὐλόμεναι νήεσσι Καφάρειδες, αἵ ποτε νόστον Ὠλέσαθ' Ἑλλήνων καὶ στόλον Ἰλιόθεν.*) *Bergler.*

22. *ἀποπτυσθέν.* Metaphorice pro *ἐκβρασθέν.* Clemens Alexandrinus in Protreptico, de Melicerta loquens: *Ἰσθμοῖ δὲ σκύβαλον προσέπτυσεν ἐλεεινὸν ἡ θάλασσα, in Isthmum cadauer miserandum exspuit mare.* Oppianus Halieut. Lib. V. v. 596. — *τὰ δ' ἠόσιν ἔπτυσαν αὐταῖς Κύματα.* *Bergler.*

23. *ταφῇ καλύψωμεν.* Magna erat religio veterum, praesertim Athenienſium circa sepeliendos mortuos. Notum ex Tragoedia Euripidis, quae *ἱκέτιδες* inscribitur, et iis, qui in laudem Athenarum declamarunt, vt non dubitarint pro Argiuorum ducibus, qui ad Thebas ceciderant, sepeliendis bellum suscipere. Notum etiam, vt multo post interfecerint suos ipsorum duces, qui apud Arginusas pugnauerant, quod eos, qui ceciderant, insepultos reliquissent,

licet victoriam reportassent maxime tunc opportunam et necessariam, vtpote in statu rei publicae adflictissimo, cum etiam τὴν ἀναίρεσιν impediuisset tempestas. Legem Atticam memorat Aelianus Var. Hist. Lib. V. c. 14. νόμος καὶ οὗτος Ἀττικός· ὃς ἂν ἀτάφῳ περιτύχῃ σώματι ἀνθρώπου, πάντως ἐπιβάλλειν αὐτῷ γῆν. *Bergler.*

27. τοῖς ἐλπιζομένοις ἀγαθοῖς. Bona quae sperant, sunt, si quid pretiosi adhaereret mortuo: nam id salua conscientia detrahere poterant, in mercedem scilicet sepulturae. Quin etiam, qui in naufragii periculo versabantur, data opera sibi adplicabant, si quid haberent auri, vt hac mercede ostensa sepultores inuenirent, cuius rei exemplum in Synesii Epistola IV. vbi inter alia: πάλαι καταδεδειγμένον τοῦτο ποιεῖν· νοῦν δὲ ἔχει τοιοῦτον· Φέρειν δεῖ τιμὴν ἐντάφιον τὸν ἐκ ναυαγίου νεκρόν. ὁ γὰρ προστυχὼν καὶ κερδάνας, νόμους Ἀδραστείας αἰδέσεται, μὴ οὐχὶ μικρόν τι μέρος ἀποδόσασθαι τῷ χαρισομένῳ τὸ πολλαπλάσιον. *Bergler.*

27. διαχεῖ τὴν καρδίαν. Athenaeus Lib. V. sub init. ὁ οἶνος παραθερμαίνων τὴν ψυχὴν καὶ διαχέων. *Bergler.* Sic Ep. 12. τ' ἀργύριον διέχει. W. Glossator Eichstadianus adscripsit haec: Hesych. Γεγάλημαι. διακέχυμαι. Schol. Aeschyli p. 10. γελώντων καὶ διακεχυμένων, qui locus adprime huc facit. Sumitur quoque malo sensu, *contristare.* Notatu digna, quae habet Scholiastes Apollon. Rhod. III. 1020. Haec ille.

28. τὸ συνειδός. *conscientia.* Heliodorus VI. p. 332. ἐπὶ χρησταῖς δὲ καὶ αὐτὸς ταῖς μελλούσαις ἐλπίσι μετὰ ἀγαθοῦ τοῦ συνειδότος χωριζοίμην. Idem Lib. VIII. p. 409. τὸ συνειδὸς τῆς ψυχῆς ἔλεγχος ἐγίνετο. Aelianus Var. Hist. Lib. XIV. c. 28. ὠνείδισέ τις τῷ ῥήτορι Πυθέᾳ ὅτι κακός ἐστιν· ὁ δὲ οὐκ ἠρνήσατο· τὸ γὰρ συνειδὸς οὐκ ἐπέτρεπεν αὐτῷ. *Bergler.*

29. τοὺς ὁμοφύλους. Hic non sunt *gentiles*, vti interpres vertit, sed hominis eiusdem generis et naturae. Arnald. Misc. Obs. T. IV. p. 449.

29. οὐκ ἔτ' ὄντας. Mortuos. Aelianus Var. Hiſt. Lib. XII. c. 46. καὶ ἀπῄει ὡς οὐκ ἔτι τὸν ἵππον ὄντα αὐτοῦ ἀπολιπών. *Bergler.* Per alium Euphemiſmum παρὰ τοὺς πολλοὺς ἰέναι. Lib. III. Ep. 7. οἱ κάτω ibidem. W.

29. τὴν εὐποιΐαν. Hanc vocem non admodum probari dicit Iulius Pollux Lib. V. Segm. 140. Sed vtitur ea et Lucianus in Imagg. [T. VI. Bip. §. 21. p. 24. vbi v. inprimis Reitzium p. 397.] vbi haec egregia ſententia: ὁπόσοι τῷ μέγα δύνασθαι μὴ πρὸς ὑπεροψίαν, ἀλλὰ πρὸς εὐποιΐαν ἐχρήσαντο, οὗτοι ἄξιοι μάλιστα τῶν παρὰ τῆς τύχης δοθέντων ἀγαθῶν ὤφθησαν. Occurrit autem et alibi apud eumdem. *Bergler.* Eſt omnino ſerioris Graecitatis vox, quod recte obſeruauit Coberus ad Chionis Epp. Praef. p. VII. Exſtat etiam in N. T. Hebr. XIII, 16. ad quem locum v. Rhoer Ferias Dauentr. p. 14. cf. et Noſtrum infra Lib. III. Ep. 8.

29. καταβάλλονται. Demoſthenes de Rhodiorum libertate (Vol. I. 193. 22. Reisk.) μεγάλην εὐεργεσίαν καταθέσθαι πρὸς αὐτόν. Noſter infra Ep. 12. τὸν μισθὸν κατεβάλετο. *Bergler.* — it. ſupra Ep. 9. καταβολὴ τ' ἀργυρίου.

---

## Epistola XI.

### Θυννατος Σκοπέλῳ.

Ἀκήκοας ἀκουσμάτων βαρυτάτων, ὦ Σκόπελε; Στόλον Ἀθηναῖοι διανοοῦνται πέμπειν εἰς τὴν ὑπερορίαν, ναυμαχεῖν ἐθέλοντες. Καὶ ἤδη μὲν ἡ πάραλος καὶ ἡ Σαλαμινία αἱ μάλιστα ταχυναυτοῦσαι πρόδρομοι λύουσι τῶν νεῶν τὰ πρυ- 5

μυήσια, τοὺς μαστῆρας, οἳ μέλλουσιν ἐπαγγέλλειν, παρ' οὗ καὶ ὅτε δεῖ ἀπιέναι πολεμήσοντας, ἐνθέμεναι. Χρεία ταῖς λοιπαῖς ναυσὶ τὸ στρατιωτικὸν τάγμα δεχομέναις ἐρετῶν πλειόνων καὶ οὐχ' ἥκιστα ἐμπείρων ἀνέμοις καὶ κύμασιν ἀπομάχεσθαι. Τί οὖν, ὦ βέλτιστε δρῶμεν, Φεύγομεν ἢ μένομεν; Ἀνδρολογοῦσι δ' ἐκ Πειραιῶς καὶ Φαληρόθεν καὶ Σουνίου καὶ μέχρι τῶν αὐτῷ Γεραιστῷ προσοίκων ὁρίων τοὺς τῆς θαλάττης ἐργάτας. Πῶς δὲ καὶ ἡμεῖς, οἳ μηδὲ τὴν ἀγορὰν εἰδότες, ὑπομείναιμεν παρατάττεσθαι, καὶ ὁπλομάχοις ἀνδράσιν ὑπηρετεῖσθαι; Δυοῖν δὲ ὄντοιν χαλεποῖν, τοῦ τε Φεύγειν ἐπὶ τέκνοις καὶ γυναιξί, τοῦ τε μέλλειν ξίφεσιν ὁμοῦ καὶ θαλάττῃ παραδιδόναι τὸ σῶμα, τοῦ μένειν ὄντος ἀλυσιτελοῦς, τὸ Φεύγειν ἐφάνη λυσιτελέστερον.

## ADNOTATIO CRITICA.

7. παρ' οὗ. Gloss. Eichst. πᾶσιν, οὗ καὶ ὅτε.

11. Φεύγομεν ἢ μένομεν. Valkenarius ad Euripidis Hippolytum p. 247. Sic scripserat Alciphron: τί οὖν, ὦ βέλτιστε, δρῶμεν, ΦεύγΩμεν ἢ μένΩμεν, vbi vulgata: ΦεύγΟμεν ἢ μένΟμεν decepit virum doctum (Reitzium) in Luciani T. II. p. 217. (Bip. T. V. p. 397.) qui Φεύγομεν pro Φεύξομεν positum esse autumat. Vtriusque autem Enallages, et Indicatiui pro Subiunctiuo, et Praesentis pro Futuro exempla quum satis obuia sint, v. Berglerum ad Aristoph. Nubes v. 694. Valkenarium, cuius plurimum apud me valet auctoritas, audire h. l. non sustinui. Latini etiam sic solent: Ouid. Metam. Lib.

IV. v. 336. Desinis? an fugio, tecumque, ait, ista relinquo?

12. Πειραιῶς. Thomas Magister: Πειραιῶς Ἀττικόν. Πειραιέως κοινόν. *Bergler.* v. tamen ibi Interpretes.

13. τῶν αὐτῷ Γεραιστῷ. Vulgata τῶν ἐν Γεραιστῷ. Illud, haud dubie adcuratius recepi e Cod. Vind. A. Quaeri fortasse etiam possit, anne vox ὁρίων melius absit.

15. οἱ μηδὲ τὴν ἀγορὰν εἰδότες. Vulgata: Εἰ μὴ δὲ, quod retinuit quidem in contexto Berglerus, in adnotatione tamen ita: Si nihil aliud hic corruptum, lego οἱ μηδὲ, hoc sensu: Quomodo nos, qui nec forum scimus, aut tumultus forenses ferre didicimus, in acie et praeliis staremus? In οἱ consentit cum Berglero Arnaldus Misc. Observv. T. IV. p. 450. nihil tamen causae esse, cur praeterea locum laborare suspicemur, quod et ego crediderim. Ceterum τὸ οἱ μηδὲ firmat etiam Vind. A.

## COMMENTARIVS.

3. εἰς τὴν ὑπερορίαν. Demosthenes contra Leocharem: ἀποδημίας τινὸς εἰς τὴν ὑπερορίαν συμβάσης. Iul. Pollux Lib. I. Segm. 177. ἐρεῖς δὲ ἐκδήμους πολέμους καὶ ἀποδήμους, καὶ ὑπερορίους, τοὺς ἐν ὑπερορίᾳ, διαποντίους. *Bergler.*

4. ἡ πάραλος καὶ ἡ Σαλαμινία — ταχυναυτοῦσαι. Scholiastes Aristophanis ad Aues v. 1204. vbi πάραλος ἡ Σαλαμινία, adnotat: αὗται ἱεραὶ τριήρεις δημόσιαι ἐπὶ τὰς τῆς πόλεως χρείας πεμπόμεναι, καὶ ταχυναυτοῦσαι. — Ταχυναυτοῦσαι τριήρεις apud Diodorum XIII. p. 141. et alibi. ταχυναυτοῦν σκάφος Lucianus in Amoribus (T. V. Bip. §. 6. p. 262.) Talis apud Rhodios nauis περίπλους de qua Arrianus de exped. Alex. p. 94. Gronov. *Bergler.* Photii Lex. Ms. Πάραλος. ἱερὰ τριήρης, ὥσπερ Σαλαμινία. ἦσαν δὲ καὶ ἄλλαι τριήρεις β. Ἀντιγόνης καὶ Δημητριάς. ἔστι δὲ καὶ Ἀμμωνίας. Idem

Photius: Παράλιον. ἡρῷον Παράλου τινὸς ἥρωος, ἀφ' οὗ τάχα καὶ ἡ πάραλος ναῦς.

5. τὰ πρυμνήσια. Schol. Hom. Il. A. 436. Πρυμνήσια τὰ ἀπόγεια σχοινία, οἷς ἐκ τῆς πρύμνης προσδεσμεῖται ἡ ναῦς πρὸς τῇ γῇ.

6. μαστῆρας. Vsus est hac voce Carcinus Tragicus de Cerere Proserpinam raptam quaerente loquens apud Diodorum V. 289. πόθῳ δὲ μητέρ' ἠφανισμένης κόρης Μαστῆρ' ἐπελθεῖν πᾶσαν ἐν κύκλῳ χώραν. Et Parthenius in Eroticis I. de rapta et quaesita Io loquens, vbi aliam vocem idem valentem adiungit: ὁ πατὴρ αὐτῆς Ἴναχος μαστῆράς τε καὶ ἐρευνητὰς καθῆκεν. Scholiastes Apollonii Rhodii ad Lib. IV. p. 1003. μαστῆρες interpretatur per ζητηταί. Apud Athenienses tam μαστῆρες quam ζητηταὶ magistratus quidam Harpocrationi et Suidae. *Bergler.*— Hesychius Μαστῆρες. ζητοῦντες, ἐρευνῶντες, vbi et vide Photii Lex. Ms. Hanc vocem restituit Eratosthenis Ge. Koenius ad Gregor. Corinth. p. 94. ex eo Koppiers Observ. Philol. p. 124. qui praeter Berglerum adfert Sophoclis Oed. in Col. v. 743. Euripidis Bacch. v. 983. Lycophronis Cassandram v. 1023.

12. ἀνδρολογοῦσιν. *Sie werben* [mel. *preſſen.*] Hesychius: Ἀνδρολογεῖ. στρατολογεῖ. Etiam de alia collectione virorum, apud Lucianum in Toxari (T. VI. Bip. §. 58. p. 124. et 473.) circa finem: νεανίσκοι μονομαχεῖν ἐπὶ μισθῷ ἀνδρολογηθέντες. *Bergler.*

13. Γεραιστῷ. Est portus et promontorium Euboeae. Vide praeter alios Luciani Iouem Tragoed. §. 25. T. VI. Bip. p. 252. et ibi Scholiasten, et Reitzium p. 536. Adde, si lubet, Callimachi Hymn. in Delum, et ibi Schol. notas et Commentar. Spanhemii p. 510. 512. Ern. W.

15. οἱ μηδὲ τὴν ἀγορὰν εἰδότες. Terentius Andria Act. IV. Sc. 5. v. 5. 6. *Dii voſtram fidem! Quid turbae eſt apud forum? quid illic hominum litigant?* ſed in con-

flictu hoſtili maiora pericula: itaque ſaepe, qui ἐν ἀγορᾷ ſunt λέοντες, ἐν μάχῃ fiunt ἀλώπεκες. Vt autem hi piſcatores dicuntur οὐκ εἰδότες τὴν ἀγοράν, ſic apud Platonem in Theaeteto (T. II. Bip. p. 115.) philoſophantes εἰς ἀγορὰν οὐκ ἴσασι τὴν ὁδὸν, οὐδ' ὅπου δικαστήριον etc. Coniungit autem res bellicas et forenſes Homerus etiam Il. I. v. 440. vbi Phoenix dicit Achillem ſibi traditum eſſe adhuc Νήπιον, οὔπω εἰδόθ' ὁμοίου πολέμοιο, Οὐδ' ἀγορέων— *Bergler.* Arnaldus in Miſc. Obſeruatt. T. IV. p. 450. confert cum Noſtro Paulum ICtum in l. 25. §. 1. π. de probat. *Agricultor et forenſium rerum expers*, et Dionem Chryſoſt. Or. IV. de regno (T. I. p. 177. Reisk.) στρατοπέδου τε καὶ πολέμου καὶ ἀγορᾶς ἀθεάτῳ τὸ παράπαν.

16. ὑπηρετεῖσθαι. Hoc verbum actiue in terminatione paſſiua non ita ſaepe occurrit. Apud Heliodorum tamen aliquoties Lib. I. p. 25. δουλεύειν ὁ ἄρχων ἐφαίνετο, καὶ ὑπηρετεῖσθαι ὁ κρατῶν τοῖς ἑαλωκόσιν ἠρεῖτο. *Seruire is, qui imperabat, videbatur, et victor miniſtrare captis in animum inducebat.* et Lib. VII. p. 393. δουλείαν τὴν ἐσχάτην καὶ ἀτιμωτάτην ὑπηρετησόμενος. et p. 397. ὑπηρετησόμενος ταῖς τραπέζαις. et Lib. IX. p. 471. τῶν δή τις ὑπηρετουμένων εὐνοῦχος. *Bergler.*

18. ἐπὶ τέκνοις καὶ γυναιξί. v. ſupra ad Ep. 3. Ceterum cum hoc noſtro loco comparat alium Ariſtaeneti Lib I, Ep. 13. Abreſch in Lect. Ariſtaen. p. 91. χαλεπὴ μὲν αἴτησις· δύο δὲ κακῶν εἰς αἵρεσιν προκειμένων τὸ μέτριον αἱρετέον.

## Epistola XII.

### Ναυσίβιος Πρυμναΐῳ.

Ἠγνόουν, ὅσον εἰσὶ τρυφερὰ καὶ ἁβρόβια τῶν Ἀθήνησι πλουσίων τὰ μειράκια. Ἔναγχος δὲ Παμφίλου μετὰ τῶν συνηλικιωτῶν μισθουμένου τὸ σκαφείδιον, ὡς ἂν ἔχῃ γαληνιῶντος τοῦ πελάγους περιπλεῖν ἅμα καὶ συμμετέχειν ἡμῖν τῆς ἄγρας τῶν ἰχθύων, ἔγνων, ἡλίκα αὐτοῖς ἐκ γῆς καὶ θαλάττης πορίζεται τρυφήματα. Οὐ γὰρ ἀνεχόμενος τῶν ξύλων τῆς ἁλιάδος, ἐπί τε ταπήτων τινῶν ξενικῶν καὶ ἐφεστρίδων κατακλινείς, (οὐ γὰρ οἷός τε ἔφασκεν εἶναι κεῖσθαι, ὡς οἱ λοιποί, ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων, τὴν σανίδα οἶμαι νομίζων λίθου τραχυτέραν,) ἤτει παρ' ἡμῶν σκιὰν αὐτῷ μηχανήσασθαι, τὴν τοῦ ἱστίου σινδόνα ὑπερπετάσαντας, ὡς οὐδαμῶς οἷός τε ὢν φέρειν τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας. Ἡμῖν δὲ οὐ μόνον τοῖς ταύτην ποιουμένοις τὴν ἐργασίαν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἁπαξαπλῶς, ὅσοις μὴ περιουσία πλούτου πρόσεστι, σπουδάζεται, ἔστιν οὗ δυναμένοις τῇ εἰλῇ θέρεσθαι· ἐν ἴσῳ γὰρ κρυμὸς καὶ θάλαττα. Φερομένων δὲ ἅμα οὐ μόνος οὐδὲ μετὰ μόνων τῶν ἑταίρων ὁ Πάμφιλος, ἀλλὰ καὶ γυναίων αὐτῷ περιττῶν τὴν ὥραν πλῆθος συνείπετο, μουσουργοὶ πᾶσαι. (ἡ μὲν γὰρ ἐκαλεῖτο Κρουμάτιον, καὶ ἦν αὐλητρίς· ἡ δὲ Ἐρατώ, καὶ ψαλτήριον μετεχειρίζετο· ἄλλη δὲ Εὐεπής, αὕτη δὲ κύμβαλα ἐπεκρότει.) Ἐγένετο οὖν μοι μουσικῆς ἡ ἄκατος πλέα, καὶ

ἦν ᾠδικὸν τὸ πέλαγος, καὶ πᾶν θυμηδίας ἀνάμεστον. Πλὴν ἐμέ γε ταῦτα οὐκ ἔτερπεν, οὐδὲ γὰρ οὐκ ὀλίγοι τῶν ὁμοβίων καὶ μάλιστα ὁ πικρὸς Γλαυκίας Τελχῖνος ἦν μοι βασκαίνων βαρύτερος. 30 Ἐπεὶ δὲ τὸν μισθὸν πολὺν κατεβάλετο, ταργύριόν με διέχει, καὶ νῦν ἐκείνου τοὺς ἐπιθαλαττίους ἀγαπῶ κώμους, καὶ τοιοῦτον δεύτερον ἐπιστῆναί μοι ποθῶ δαπανηρὸν καὶ πολυτελῆ νεανίσκον. 31

## ADNOTATIO CRITICA.

4. σκαφείδιον. Cod Vind. A. σκαφίδιον. Sed nec iſte Codex, nec ex quo vulgata deſcripta eſt, ſibi conſtant. v. ſupra Ep. 1.

6. ἐκ γῆς καὶ θαλάττης. Vulgata ἐκ τῆς θαλάττης, quod errori tamen operarum imputandum eſſe cenſeo, ideo quod in nota ſubiecta nihil monuit Berglerus, in verſione tamen recte habet *terra marique*. Non ignoro quidem, virum hunc, vti Graece doctiſſimum, ita et modeſtiſſimum, quae meliora ſibi viderentur, in verſione quidem, nec tamen in contextu poſuiſſe, quod et in Herodiano factum teſtatur Leisnerus Proluſ. in Herodianum etc. v. Praef. edit. Irmiſci p. XXXVIII. ſed quum Aldina habeat ἐκ γῆς καὶ, verum eſſe, quod antea dixi, exiſtimo, operas in eo erraſſe. Cod etiam Vindob. A. haud aliter legit.

8. ἐπί τε ταπήτων. Pro ἔς τε, quod antea textum foedauerat, ipſe Berglerus ἐπὶ vel ἐπί τε reponendum coniecerat, additis his: Contrario modo erratum in editione Graeco-Latina Ep. 3. δι' ὧν ἐπὶ ζῆν, vbi Aldina recte: δι' ὧν ἐστὶ ζῆν. — Reitzio ad Luciani Amores T V. Bipont. p. 598. vulgata videtur exponi poſſe ellipſi τῷ τινὰς, verum, quia τινῶν ſequatur, durius hoc ipſe fatetur fore. — Magis placet coniectura, quam amiciſſimus Kaltwaſſer, Gotha-

nus, editioni, cuius nunc dominus est, ab alio possessore olim adscriptam mecum communicauit εἷς γε, *quidam*. Certe εἰς et εἷς apud Nostrum etiam Lib. I. Ep. 34. permutatas inuenies.

9. οἷός τε. Cod Vind. A. voculam τε ignorat; nec desideres, quamquam post eidem οἷος adhaereat. (it. Ep. 13.) Secus est in sequenti praepositione ἐπὶ (τῶν καταστρωμάτων iunctae) quam librarii incuria omiserat, quae tamen abesse non potest.

18. ἔστιν οὓ — καὶ θάλαττα. Grauius adeo peccatum omissionis perpetrauit libri Vind. A. descriptor, quem nescio quo oculos mentemque euagari passus sit, verborum enim ἔστιν οὓ δυναμένοις τῇ εἴλῃ θέρεσθαι, ἐν ἴσῳ γὰρ κρυμὸς καὶ θάλαττα ne literula quidem adparet. — Nec audiendus est librarius Cod. Doruiliani, qui pro δυναμένοις praefert δυναμένων. v. tamen Doruilium ad Charit. p. 468. qui vulgatam pluribus tuetur exemplis. — Quod vero ad εἴλην attinet, Aldina non adspirat. Vide, quae ad Ep. 2. adnotauimus.

22. μουσουργοὶ πᾶσαι. Arnaldus in Misc. Obseruatt. T. IV. p. 450. magnam, inquit, a me gratiam inibit, quicumque haec verba, vt nunc leguntur, explicauerit. Fateor, qua ratione cohaereant, me non intelligere. Sensum aliquem exsculpere poteris, si inducas voces ἀλλὰ καὶ, et parenthesi includas illas οὐ μόνος — Πάμφιλος. *Mulierum quae simul vehebantur, (non solus erat, neque cum solis sociis Pamphilus) praestanti forma eum turba comitabatur, omnes musicae operam dantes.* — *Abreschius* ad Aristaenetum p. 219. hyperbaton esse existimat, vocesque ἅμα et συνείπετο alieno loco positas, hunc igitur proponit structurae ordinem: φερομένων δὲ (ἡμῶν) οὐ μόνος ὁ Π. μετὰ μόνων τῶν ἑταίρων συνείπετο: ἀλλὰ καὶ ἅμα (τούτοις) πλῆθος, vel sic: οὐ μόνος ἅμα ἡμῖν εἵπετο ὁ Π. — ἀλλὰ καὶ σὺν (τούτοις) πλῆθος etc. Dura profecto, nimisque violenta, si quid video, emendandi ratio. Ad Arnaldum vero quod attinet, nescio an a Manibus eius, eruditisque

etiam nunc viuentibus gratiam initurus sim, qui, vti leguntur, omnia explicare sustineam. Vtrumque, et Arnaldum et Abreschium videtur decepisse versio editionis Berglerianae: *cum veherentur*. Ego vero, cui, quod viri illi putant, non Genitiuus absolutus, sed simplex atque consuetus hoc loco placet magis, ita interpreter: *In iis vero, qui naui vna veherentur* (non mulieres tantum, quod Arnaldus volebat, sed omnes) *non Pamphilus solus fuit, solique eius sodales, sed etiam mulierculae* etc. ita, vt nil nisi verbum Substantiuum ἦν vel inserendum (optime post μόνος) vel, quo nihil vsitatius, subintelligendum sit. Haud aliter sensisse videtur Cel. Herelius. Possis etiam τὸ οὐδὲ delere, sic: *Φερομένων δὲ ἅμα οὐ μόνος (ἦν) μετὰ μόνων*. Sed nil opus est.

27. ἀνάμεστον. pro ἀνάπλεων, quod τὸ πλέα et τὸ ἀνάπλεων tam exiguo interuallo adhibita non placuisse forte Alciphroni putauerat scriba Codicis Doruiliani, licet tales repetitiones vocabulorum occurrant passim, exhibet iste Codex. Quod cur non reciperetur? ait Dorvilius ad Chariton. p. 434. Recepi ergo.

30. Γλαυκίας. Piscatori aptius, quam quod antea legebatur, Λαυκίας. Haec tam facilis emendatio debetur Berglero, eamque iuuat Cod. Vindob. A.

## COMMENTARIVS.

1. τρυφερὰ καὶ ἀβρόβια etc. Thucydides Lib. I. c. 6. vbi de antiquissimo statu Graeciae et horridiore cultu, vt is postea mollior factus fuerit, loquitur: πρῶτοι δὲ Ἀθηναῖοι τόν τε σίδηρον κατέθεντο, καὶ ἀνειμένῃ τῇ διαίτῃ ἐς τὸ τρυφερώτερον μετέστησαν· καὶ οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῖς τῶν εὐδαιμόνων διὰ τὸ ἁβροδίαιτον, οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ χιτῶνάς τε λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες, καὶ etc. *Primi Athenienses et arma deposuerunt*, (quae antea moris erat *semper* gestare,) *et cum licentiore cultu ac victu ad luxum inclinarunt: nec diu est, cum*

*seniores ex diuitibus apud ipsos propter delicatiorem cultum tunicas lineas gestare desierunt.* Haec est Ἰωνικὴ ἀγωγή, quae postea legibus Solonis nonnihil castigata; apud Athenienſium colonos, Ionas peculiariter dictos, manſit et creuit, nec Athenis non reuixit, praeſertim poſt Perſica tempora, cum imperium maris obtinerent. *Bergler.*

2. ἔναγχος. Platoniani Sympoſii initio paruo intervallo ſe excipiunt πρώην — ἔναγχος — νεωστὶ — πάλαι. Du Soul ad Lucianum, quomodo hiſtoria ſit conſcribenda §. 14. T. IV. Bipont. p. 489. ἔναγχος recentius aliquid notare, quam πρώην obſeruat. Timaeus: Ἔναγχος. ἐν τῷ ἔγγιστα παρελθόντι χρόνῳ. vbi v. Ruhnkenium.

7. ἐκ θαλάττης τρυφήματα. Xenophon de reditibus Athenienſium ſub initium: ὥσπερ δὲ ἡ γῆ, οὕτω καὶ ἡ περὶ τὴν χώραν θάλαττα παμφορωτάτη. Praeter illa, quae eis domi naſcebantur, omnigena, nihil non, etiam ad luxum, aliunde importabatur, praeſertim cum eſſent θαλασσοκράτορες. Xenophon de republica Athenienſium: διὰ τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης πρῶτον μὲν τρόπους εὐωχιῶν ἐξεῦρον, ἐπιμισγόμενοι ἀλλήλοις· ὅ, τι ἐν Σικελίᾳ ἡδὺ, ἢ ἐν Ἰταλίᾳ, ἢ ἐν Κύπρῳ, ἢ ἐν Αἰγύπτῳ, ἢ ἐν Λυδίᾳ, ἢ ἐν τῷ Πόντῳ, ἢ ἀλλοθί που· ταῦτα πάντα εἰς ἓν ἤθροισται, διὰ τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης· ἔπειτα etc. vt taceam nauigationes mercatorum, quas plurimum ad eam rem contuliſſe facile cogitari poteſt. *Bergler.*

8. τῆς ἁλιάδος. Strabo II. p. 159. τὸ ἀκρόπρωρον τῆς ἁλιάδος. Plutarchus in Solone, vbi hunc dicit talibus nauigiis vtentem noctu Salaminem cepiſſe: ἀναχθέντα συχναῖς ἁλιάσι, καὶ τριακοντόρου συμπαραπλεούσης. Cum autem *a piſcatoribus*, qui eis vtebantur, *nomen habeant*, oportuit non magnas fuiſſe, ſatis tamen magnae memorantur apud Athenaeum Lib. V. p. 208. nempe χίλια καὶ πεντακόσια (τάλαντα) βαστάζουσαι ἁλιάδες. Ceterum in Hippocraticis epiſtolis in ea, quae eſt Nona, mentio eſt nauis, cui Ἁλιὰς ἐπιγραφή, ſed huius inſcriptionis et nominis alia ratio: nempe ἀπὸ τοῦ ἁλίου *a ſole*, qui

erat etiam eius ἐπίσημον siue signum, vt patet ibidem ex Epistola XII. sub initium: qui locus pessime habitus in editione nupera eius epistolae cum Epicteto, vt monitum in Actis Eruditor. anno 1711. in versione tamen bene redditur. Erat autem ea nauis Rhodiaca, vnde causa inscriptionis et signi adparet; quia Rhodii praecipuo cultu venerabantur Solem, vt ei etiam Colossum illum, πολυθρύλλητον dedicarent. Vnde et ipsam Rhodum ἡλιάδα dicit Lucianus in Amoribus §. 7. (T. V. Bip. p. 264.) *Bergler.*

8. ταπήτων τινῶν ξενικῶν. Per peregrinos tapetes forte Carthaginienses intelligit; Hermippus apud Athenaeum Lib. I. p. 27. vbi recenset, quid quaeque ferat regio vel vrbs:

Καρχηδών· δαπίδας καὶ ποικίλα προσκεφάλαια.

aut Aegyptios; Synesius Ep. 61. Δάπιδα μεγάλην τῶν Αἰγυπτίων. Dicitur autem τάπης, τάπις, δάπης, δάπις. *Bergler.*

10. οὐ γὰρ οἷός τε ἔφασκεν εἶναι κεῖσθαι — ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων. Adolescens iste Athenienſis simillimus est Alcibiadi, qualem eum describit Plutarchus in eius vita, vbi inter alia, quae hic etiam facit, eum dicit solitum in tabulatis nauium incisuras facere, intensisque funibus stragula iniicere iisque incubare, non asseribus, ἐκτομὰς καταστρωμάτων ἐν τοῖς τριήρεσιν, ὅπως μαλακώτερον ἐγκαθεύδοι κειρίαις ἀλλὰ μὴ σανίσι τῶν στρωμάτων ἐπιβαλλομένων. Sed tenerrimae cutis oportet fuisse Smindyridem illum Sybaritam, qui cum in foliis rosarum dormiuisset, experrectus dixit pustulas sibi fecisse cubile illud. Aelian. Var. Hist. Lib. IX. c. 24. *Bergler.* — Hesychius: Καταστρώματα. τῆς νεὼς μέρος, ἐν ᾧ ἑστῶτες ναυμαχοῦσιν. Glossae: καταστρώματα, *transtra*, fori. Alberti.

14. οὐδαμῶς οἷός τε ὢν φέρειν τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας. Hoc sic dicit Heliodor. VIII. p. 431. τῆς τε ἡλιακῆς ἀκτῖνος τὸν φλογμὸν — οὐκέτ' ἀνεχόμενοι. *Bergler.* Apud Lucianum Pseudomanti §. 34. T. V. Bip. p. 96. est ἡλιὰς ἀκτίς. vbi v. Reitzium p. 412.

18. ἔστιν οὗ. Pro ἔστιν ὅπου, vt ἔστιν ὅτε, vel ἔσθ' ὅτε. *Bergler.*

18. τῇ εἴλῃ θέρεσθαι. Lucianus Lexiphane §. 2. Bip. T. V. p. 177.) πρὸς τὴν εἴλην θέρεσθαι. Idem eſt apud Ariſtophanem in Eccleſ. v. 64. ἐχλιαινόμην ἑστῶσα πρὸς τὸν ἥλιον. Apud Lucianum in Rhetorum praeceptore §. 17. (T. VII. Bip. p. 236.) ἡλίῳ θέρεσθαι et εἰληθερεῖσθαι idem, niſi quod poſterius pro inſolentiori habet. *Bergler.* v. ſupra ad Ep. 2. et infra ad Lib. III. 42.

19. ἐν ἴσῳ γὰρ κρυμὸς καὶ θάλαττα. Oppianus Halieut. I. v. 38. de piſcatoribus: Ἀλλ' αἰεὶ κρυερῷ τε καὶ ἄσχετα μαργαίνοντι Ὕδατι συμφορέοντι. — *Sed ſemper cum gelida et indomitum furente vnda circumaguntur. Bergler.* De ἐν ἴσῳ vide Hemſterhuſ. ad Luciani Iudicium Vocal. T. I. Bip. p. 299.

21. γυναίων — πλῆθος συνείπετο, μουσουργοὶ πᾶσαι. Sic Lucianus in Amoribus §. 10. (T. V. Bip. p. 267.) Χαρικλεῖ γε μὴν πολὺς ὀρχηστρίδων καὶ μουσουργῶν χορὸς εἵπετο. et Aelianus Var. Hiſt. Lib. VII. c. 2. de Stratone, vbi plura cum his conuenientia: ἀλλαὶ πολλαὶ μὲν παρῆσαν γυναικῶν, μουσουργοὶ, καὶ αὐλητρίδες, καὶ ἑταῖραι κάλλει διαπρέπουσαι. *Bergler.* Γύναιον ſic contemtim eſt infra Lib. III. Ep. 60. et 63. ap. Ariſtaenetum Lib. I. Ep. 4. p. 12. Abreſch. Μουσουργοὶ infra Lib. III. Ep. 55. vbi v. Berglerum et Ep. 65. cf. Wielandum, Germaniae decus, ad Lucianum Vol. I. p. 119.

23. ἐκαλεῖτο Κρουμάτιον, καὶ αὐλητρὶς ἦν. Sic Dorionem tibicinem Machon Comicus apud Athenaeum Lib. VIII. p. 337. vocat κρουματοποιόν. Sed eumdem mox ibidem Lynceus Samius dicit αὐλητήν. Monitum autem ab Henr. Stephano ex Plutarchi Sympoſ. II. Quaeſt. 4. κρούματα proprie eſſe *lyras*, ſed per translationem etiam de *tibia* dici, quemadmodum ab ἡρμόσθαι τὴν λύραν, dicitur ἡρμόσθαι τὸν αὐλὸν, quia lyra antiquior. *Bergler.* quem laudat Reitzius ad Lucianum de ſaltatione T. V. Bipont. p. 444.

24. ἡ δὲ Ἐρατώ, καὶ ψαλτήριον μετεχειρίζετο. Hoc inſtrumentum iſti tribuit, forte quia credebat Eratonem Muſam pſalterii inuentricem fuiſſe. Alia autem aliis Muſis adſcribuntur, et variant auctores. Scholiaſtes Luciani ad Imagines Eratoni cymbalum, pſalterium autem Terpſichorae tribuit, vti quidem Clericus locum recte conſtituit. *Bergler.*

25. κύμβαλα ἐπεκρότει. Lucianus Pſeudomanti §. 9. (T. V. Bip. p. 73. et not p. 396.) κυμβάλοις κροτοῦντα, vnde apud Athenaeum Lib. IV. p. 64. ἀκρότητα κύμβαλα, *male ſonantia vel pulſata.* Etiam alio verbo vtitur Lucianus de pulſatione Cymbali in Dial. Ven. et Cupid. XII. (T. II. Bip. p. 37.) ὁ δὲ ἐπιβομβεῖ τῷ τυμπάνῳ, ἢ ἐπικτυπεῖ τῷ κυμβάλῳ. *Bergler.*

27. τῆς θυμηδίας ἀνάμεστον. Apud Athenaeum XI. p. 462. συμπόσιον πλῆρες ὂν πάσης θυμηδίας. A θυμηδία eſt θυμηδεῖν, quod verbum non occurrit in H. Stephani Theſauro. Vtitur eo Heliodorus Lib. X. p. 476. ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῇ τοῦ Ὑδάσπου θυμηδούντων. *Bergler.* Θυμηδία eſt apud Noſtrum Lib. III. 49. extr. et III, 55. Dionem Caſſium 47, 1. Lucianum Abdic. §. 5. T. V. Bip. p. 8. Cronoſolone §. 13. T. IX. p. 16. Ariſtaenetum I, 26. p. 63.

30. Τελχῖνος ἦν μοι βασκαίνων βαρύτερος. Proverbio inuidi et maledici Telchines dicuntur. Euſtathius p. 772. lin. 3. cum, quae de Telchinibus tradantur, retuliſſet, ſubiungit: ἡ δὲ παροιμία τοὺς φθονεροὺς καὶ ψογερούς Τελχῖνας, ὡς ἐκ τῶν εἰρημένων (ſecundum ea quae dicta ſunt) καλεῖ. Vnde et Syneſius Ep. 154. ſuos cenſores et carptores Τελχῖνας vocat. Fuerunt autem opifices, ferrum praecipue et aes tractantes. Habitarunt initio in Creta, deinde in Cypro, vnde in Rhodum migrarunt. Vide Strabonem Lib. XIV. p. 966. Diodorum Sic. Lib. V. p. 326. 327. nec non Stobaeum Tit. de Inuidia. Diodorus inter alia dicit eos fuiſſe ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῶν τεχνῶν φθονερούς. Strabo βασκάνους καὶ γόητας. Apud Stobaeum Nicolaus Damaſcenus ita: βάσκανοί τε σφόδρα

ἦσαν καὶ φθονεροί. *Bergler.* — Hesychius: Τελχῖνες. βάσκανοι. γόητες. φθονεροί. vbi Alberti Withofii Orationem de Telchinibus Duisburgi 1737. 4. laudat. v. et Callimachi H. in Delum v. 31. et ibi praeter alios Interpretes inprimis Spanhemium Commentar. p. 404. et quem ibidem laudat Ernesti, Burmannum ad Ouidii Metam. VII, 365.

32. διέχει. v. supra Ep. 10. διαχεῖ τὴν καρδίαν. *Bergler.*

---

## Epistola XIII.

### Αὐχένιος Ἁρμενίῳ.

Εἰ μέν τι δύνασαι συμπράττειν, καὶ δῆτα λέγε πρός με, οὐ πρὸς ἑτέρους ἔκπυστα ποιῶν τἀμά· εἰ δὲ μηδὲν οἷός τε ὠφελεῖν, γενοῦ μοι τανῦν Ἀρεοπαγίτου στεγανώτερος. Ἐγὼ δὲ ὅπη ποτὲ τἀμά σοι διηγήσομαι· ἔρως με οὐκ ἐᾷ παρεμπεσὼν ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ κυβερνᾶσθαι, ἀλλὰ τὸ νῆφον ἐν ἐμοὶ συνεχῶς ὑπὸ τοῦ πάθους βυθίζεται. Πόθεν γάρ ποτε εἰς ἁλιέα δύστηνον ἀγαπητῶς τὴν ἀναγκαίαν ἐκπορίζοντα διατροφὴν ἔρως ἐνέσκηψε, καὶ ἐντακεὶς οὐκ ἀνίησιν, ἀλλ' ἴσα τοῖς πλουσίοις καὶ ὡρικοῖς νεανίσκοις φλέγομαι· καὶ ὁ ποτὲ γελῶν τοὺς ἐκ τρυφῆς πάθει δουλεύοντας, ὅλος εἰμὶ τοῦ πάθους, γαμησείω νῦν, καὶ τὸν Ὑμέναιον ἐκφαντάζομαι, τὸν παῖδα τῆς Τερψιχόρης. Ἔστι δὲ ἡ παῖς, ἧς ἐρῶ, τὸ τῶν μετοίκων θυγάτριον τῶν ἐξ Ἑρμιόνης οὐκ οἶδ' ὅπως εἰς Πειραιᾶ φθαρέντων. Ἄλλην μὲν οὖν δοῦναι προῖκα οὐκ

ἔχω, ἐμαυτὸν δὲ δείξας, οἷός εἰμι θαλαττουργός, εἰ μὴ μαίνοιτο ὁ ταύτης πατὴρ, οἶμαι παρέξειν ἐπιτήδειον νυμφίον. 20

## ADNOTATIO CRITICA.

2. τἀμά. Cod. Vind. τὰ ἐμά.

3. Ἀρεοπαγίτου. Cod. idem ἈρεοπαγΙτου. Vulgata Ἀρειοπαγίτου. Dedi formam magis vſitatam, eam etiam ob cauſam, vt ſibi conſtaret Noſter, apud quem Lib. III, Ep. 43. eſt Ἀρεοπαγιτῶν.

5. διηγήσομαι. Berglerus interpretatur: *Ego vero vtcumque ſtatum meum tibi narrabo*, in nota tamen ita: Si legatur διηγήσΩμαι, vertendum: *ſed me, vt aliquo modo mea tibi narrem, amoris impetus non ſinit* etc. Nil intereſt, vtrum ſequaris, poſterius tamen ideo in mentem veniſſe videtur Berglero, quod libri poſt διηγήσομαι non punxerint, ſed inciderint.

10. ἴσα. Editiones ὅσας, quod repetiit quidem Berglerus, hac tamen addita animadverſione: Vndecumque illud ὅσας ortum ſit, non valet. Pro eo ἴσα erit aptiſſimum, quod ſignificat *aeque*, *perinde*, [ap. ipſum Noſtrum Lib. III. 44.] Plura a Berglero adlata exempla vide in Commentario. — Codex Vind. A. exhibet ὅσα. Iam vero me non fugit, ὅσα ſaepe vſurpari pro ὡς, ὥσπερ (v. Zeune ad Vigerum p. m. 129.) ſed tum non τοῖς πλουσίοις καὶ ὡρικοῖς ſed οἱ πλούσιοι etc. locum habere poſſint. Gloſſ. Eichſt. coniicit ἴσως.

13. ὅλος εἰμί. Cod. Vind. A. ἄλως. nec hoc male. v. Ienſium ad Luciani Hermot. T. IV. Bip. p. 365. et Reitzium ad eiusdem Dial. meretric. T. VIII. p. 527. Illud tamen retinui, quod praeter locum noſtrum bis occurrat, v. Lib. III. Ep. 11. et 12. — Ibid. γαμησείω, pro quo liber Vind. habet γαμησείων, haud male, ſi cum antecedentibus iungas; ſed tum ἐκφαντάζομαι etiam mutandum eſſet in ἐκφανταζόμενος.

14. τὸν παῖδα. Quod

antea deturpauerat textum, τὴν, non in notis tantum vituperare Berglerus, sed obelo transfigere debebat: non enim, quae sunt ipsius Bergleri verba, Terpsichorae filiam ducere cupit, sed Hermionitidem illam, de quo proximis verbis. Τὸν παῖδα autem τῆς Τερψιχόρης dicit ipsum Hymenaeum, qui illius Musae filius perhibetur. Proclus in Chrestomathia apud Photium p. 524. Ὑμέναιον δὲ ἐν γάμοις ᾄδεσθαί φασι κατὰ πόθον καὶ ζήτησιν Ὑμεναίου τοῦ Τερψιχόρας, ὃν φασι γήμαντα ἀφανῆ γενέσθαι. *Hymenaeum autem in nuptiis cantari aiunt ob desideratum et quaesitum Hymenaeum, Terpsichorae filium, quem ducta vxore ferunt disparuisse.*

15. ἧς ἐρῶ. Et hic modestiae sed nimiae laudem aucupari potius, quam exterminare voluit Berglerus lectionem, quae nihili esset. Quid enim, quaeso, sibi vult vulgatum olim εἰς ἔρωτα? Audacior, quod laudo, in simili fere loco fuit Lib. III. Ep. 51. vbi denuo nostri loci meminit. Coniecturam Bergleri felicissimam firmat acumen *Gisb. Koenii*, cuius praematuram mortem etiamnunc dolemus, quotquot criticae adcuratioris amorem profitemur, in Animadv. ad Gregor. Corinthium de Dialectis p. 70. qui tamen ad scripturam accedit proprius, inserto τὸ ita: ἔστι δὲ ἡ παῖς, ΗΣ ΕΡΩ, ΤΟ τῶν etc. Consentit Gloss. Eichstad. nisi quod pro τὸ malit του, i. e. τινός. Koenius tamen placet magis, Sic igitur, vna literula mutata, munda omnia et pura sunt. Si cui tamen, de quo valde dubito, magis placeat, a Reisk. in Misc. Lips. nouis T. V. p. 728 proposita emendatio ἔστι δ' ἡ παῖς Ἀστερόπη, non inuideo. Ἀστερώπη etiam in mentem venit Gloss. Eichstad. nisi e Reiskio sumserit.

19. μαίνοιτο. Defendi potest ista vox eo, quod nautae piscatoresque de vrbanitate, verborumque delectu non admodum soliciti solent esse. Vernacula igitur nostra verti quaeat: *Wenn der Vater nicht ein Narr, nicht toll ist*, vel, quod Herelio placuit: *Wenn der Vater nicht im äusserſten Grade wunderlich ist.* Sed longe

aptius ſubſtitui verbum poſſit ἀναίνοιτο, eoque probabilius, quod, qui Alciphronem ſaepius legerit, facile meminerit loci paralleli Lib. III. Ep. 37. vbi et γαμησείειν et ἀναίνεσθαι iunguntur. Ante plures annos hoc obſeruaveram, idem tamen non praeteriiſſe Pierſonum Veriſimil. p. 94. poſtea temporis animaduerti.

## COMMENTARIVS.

2. ἔκπυστα. v. Abreſch Lection. Ariſtaenet. p. 130.

4. Ἀρεοπαγίτου στεγανώτερος. Prouerbium Erasmo non indictum. Occurrit apud Diogenianum in Ἀγέλαστος πέτρα. Centuria I. *Bergler.* — Suidas ex Aeliano adfert: στεγανωτάτους εἶναι τοὺς βουλευτὰς, καὶ φυλάττειν τὰ τῆς σκέψεως ἀπόῤῥητα. vide et Arnaldum Lectt. Graecas p. 123. Abreſch ad Ariſtaenet. p. 131. et Wernsdorfium ad Himerium p. 793.

5. ἔρως με οὐκ ἐᾷ παρεμπεσὼν ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ κυβερνᾶσθαι. Procopius Epiſt. XV. ἐμοὶ γὰρ ὁ σὸς πόθος ὅλῳ ῥεύματι προσβαλὼν, εἶλε τὸν λογισμὸν ὑφ' αὑτόν. καὶ δεινῶς ἠπόρουν, καὶ οὐκ εἶχον ὅ, τι καὶ γένωμαι. — Παρεμπεσών. Ach. Tatius p. 33. ὅλος γάρ μοι προσέπεσεν ὁ ἔρως. *Bergler.*

7. τὸ νῆφον. Galenus I. Ὑγιεινῶν. τὸ λογιζόμενον τῆς ψυχῆς, τὸ νῆφον. *Bergler.* — cf. et Dorvilium ad Chariton. p. 462. ed. Lipſ.

7. ὑπὸ τοῦ πάθους βυδίζεται. De alio adfectu, ſimili verbo vtitur Achilles Tatius Lib. II. p. 127. ἡ δὲ ὀργὴ περιυλακτοῦσα τὴν καρδίαν ἐπικλύζει τὸν λογισμὸν τῷ τῆς μανίας ἀφρῷ. *Iracundia circumlatrans cor obruit rationem ſpuma inſaniae.* Eodem autem verbo ſic Heliodorus Lib. II. p. 118. ἡμεῖς νωθέστεροι συνιέναι τὸ δέον, πλείονι κλύδωνι κακῶν βεβυθισμένοι. *Nos ſegniores ad intelligenda neceſſaria, maiore fluctu aerumnarum obruti.* Vbi itidem conſilium petitur. *Bergler.* — Alias pro βυδίζεσθαι paullo recentiores ſcriptores vſurpant βαπ-

τίζεσθαι v. Doruilium ad Charit. p. 307. cf. et Iac. de Rhoer ad Ep. Paulinam I. Timoth. VI, 9. αἵτινες (ἐπιθυμίαι) βυθίζουσι τοὺς ἀνθρώπους etc. in Feriis Dauentrienſ. p. 216.

8. ἀγαπητῶς — ἐκπορίζονται διατροφήν. *Vix, aegre, ita vt praeclare mecum agi putem, ſi modicum inveniam.* Demoſthenes de Corona (Vol. I, 403. 23. Reisk.) vbi Aeſchinem dicit hiſtrionem agendo victitaſſe, ἐπὶ τῷ τριταγωνιστεῖν, ἀγαπητῶς παρατρεφόμενον. Lyſias Μαντιθέῳ δοκιμ. δεινὸν γὰρ ἦν, ἀγαπητῶς ὀλίγῳ πρότερον σεσωσμένους ἐφ' ἕτερον κίνδυνον ἰέναι. Heliodorus Lib. I. p. 86. ἀγαπητῶς γὰρ ἂν καὶ οὕτως ἀντισχεῖν πρὸς τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων. *Bergler.* Apud Noſtrum iterum eſt Lib. III. Ep. 25. it. ἀγαπητὸν eodem ſenſu Lib. I. Ep. 23. Adfert Gloſſator Eichſtad. ex Ariſtide I. 516. διεσώθημεν ἀγαπητῶς καὶ μόλις, nec inepte de hac voce diſſeruit Reitzius ad Luciani Amores T. V. Bip. p. 582.

9. ἔρως ἐνέσκηψεν. Aſpaſia apud Athenaeum Lib. V. p. 219.

Τίπτε δεδάκρυσαι φίλε Σώκρατες; ἦ σ' ἀνακινεῖ
Στέρνοις ἐνναίων σκηπτὸς πόθος — —

*Quid fles, care Socrates, numquid te commouet pectori inhabitans, quaſi fulmine illiſus amor?*

10. ἔρως ἐντακείς. Aelianus Var. Hiſt. Lib. XII. c. 1. de iuniore Aſpaſia, δεινὴ γὰρ ἡ εἰς Κῦρον εὔνοια ἐντακεῖσα τῇ Ἀσπασίᾳ δυσέκνιπτον ὥσπερ μάλιστα τὸ φίλτρον ἐνείργαστο αὐτῇ. *Bergler.*

10. οὐκ ἀνίησιν. Heliodor. Lib. VIII. p. 410. ὁ μὲν ἔρως οὐκ ἀνίησιν, ἀλλ' ἐπιτείνει πλέων. *Bergler.*

10. ἴσα τοῖς πλουσίοις. Heliodorus Lib. III. p. 196. τοὺς δὲ ὑποδεξάμενος ἄγε συνεμπόρους ἴσα τε παισὶ ποιούμενος, καὶ παράπεμπε. Lib. V. p. 299. ὄμνυμι — ἢ μὴν αὐτόν τε σὲ ὡς ἀδελφὸν, παῖδάς τε σοὺς ἴσα καὶ παισὶν ὁρᾶν τοῖς ἐμοῖς et p. 318. τὸν μὲν ἴσα καὶ νεκρῷ προκείμενον. Idem alibi non cum Datiuo. Ariſtaenetus Lib. I. Ep. 17. p. 43. μηδὲ ἴσα θηρίοις τιθασσευομένης

τῆς φύσεως, *neque tantum manſuefcente natura, quantum manſuefcit natura ferarum.* Sic ὅμοια vſurpat Herodotus Lib. VII. c. 41. ἀνὴρ δόκιμος ὁμοῖα τῷ μάλιστα, *vir ſpectatus ac probus, vt qui maxime.* Quod ad rem attinet, Noëma hic eſt prouerbialis ſententiae Antiphanis apud Athenaeum p. 28.

Ἐν πλησμονῇ γὰρ Κύπρις· ἐν δὲ τοῖς κακῶς
Πράσσουσιν οὐκ ἔνεστιν Ἀφροδίτη βροτοῖς.

*In ſatietate rerum exſiſtit Venus; in pauperibus autem miſerisque nulla eſt.* Et, ἔρωτα παύει λιμός· εἰ δὲ μή, χρόνος. in Anthol. Epigramm. Lib. I. c. 27. (ed. Iacobs. T. I. p. 118.) *Bergler.*

11. ὠρικοῖς. Sic de pruriente anu, quae indecoro comendi ſtudio vellet placere, ὠρικῶς vſus eſt Ariſtophanes in Pluto v. 964. vbi v. Scholiaſten et Hemſterhuſium. W.

12. πάθει δουλεύοντας. Heliodorus Lib. III. p. 211. ἐδεδούλωτο μὲν γὰρ ὁλοσχερῶς τῷ πάθει. *Succubuerat enim prorſus adfectui.* Quidam dixit: δουλεύειν πάθεσι χαλεπώτερον ἢ τυράννοις. Clemens Alex. Paraen. p. 17. δοῦλοι παθῶν γεγονότες. Sic τοῦ πίνειν δοῦλος apud Aelianum Var. Hiſt. Lib. II. c. 41. δοῦλος ἡδονῶν apud Athenaeum p. 436. et 531. Iſocrates ad Nicoclem: τοῦτο ἡγοῦ βασιλικώτατον εἶναι, ἐὰν μηδεμιᾷ δουλεύῃς τῶν ἡδονῶν. Sed minime praetereundus Achillis Tatii locus Lib. I. p. 25. eamdem cum Alciphrone ſententiam exhibens. Dicit enim Clitophon, ſe, antequam et ipſe amaret, ſodalem ſuum cauillis irriſiſſe, quod amori poſſet vacare, et ſeruus eſſe illius voluptatis: ἔσκωπτον οὖν αὐτὸν ἀεὶ — ὅτι — δοῦλός ἐστιν ἐρωτικῆς ἡδονῆς. *Bergler.*

13. ὅλος εἰμὶ τοῦ πάθους. Heliodorus Lib. I. p. 43. μὴ γίνου ὅλος τῆς ὀργῆς. et Lib. II. p. 96. ὅλον ὄντα πρὸς τῷ πάθει καταμαθών. ibidem p. 128. οὕτως ἄρα ὅλος τῶν φροντισμάτων ἦν, καὶ πρὸς μόνην τὴν σκέψιν ὁ νοῦς ἐσχόλαζε. Ariſtaenetus Lib. I. Ep. 13. ὅλος τῆς φύσεως γεγονώς, *a natura victus.* Editum ibi ὅλως,

minus recte, vt exempla adducta ostendunt. [Noluit tamen parere Berglero ibi Abreschius, sed ὅλως retinuit. v. Lectiones p. 80. vbi pluribus de varia τοῦ ὅλος agit constructione, cui adde Doruilium ad Chariton. p. 427.] Aristophanes in Equitibus v. 856. ὦ δαιμόνιε, μὴ τοῦ λέγοντος ἴσθι. *O bone! ne dicenti haec fis addictus*, i. e. *ne cura, quid dicat.* Frischlinus imperite, vt alia sexcenta, vertit: *Istud ne dixeris*, infelix. *Bergler.*

13. γαμησείω. Verba *desideratiua* desinunt in εἰω, a Futuro primo Act. formata. Apud Thucydidem Lib. I. (c. 51.) πολεμησείοντας. Ibidem (Lib. I. c. 135.) quod et Lib. II. c. 294. occurrit, it. Lib. IV. παραδωσείοντα. Sic praeter alia apud alios sexcenta [quod negat, immo ne viginti quidem apud veteres inueniri arbitratur Valkenarius ad Eurip. Phoeniss. p. 413.] γελασείω, cuius Henr. Stephanus in Thesauro nullum exemplum adnotauit, occurrit apud Platonem in Phaedone T. I. Bip. p. 145. οὐ πάνυ γε μὲ νῦν γελασείοντα ἐποίησας γελάσαι. vbi mox et alterius generis *desideratiuum* θανατᾶν, quod et θανατιᾶν. Tale *φονᾶν caedem cupere* apud Sophoclem in Philoct. v. 1204. φονᾷ φονᾷ νόος ἤδη. vbi Scholiastes: φονᾷ. θανατιᾷ, θανάτου ἐπιθυμεῖ. Occurrit vtrumque et apud Heliodorum non semel, et non recte vertitur Latine, praesertim illud φονᾶν. Sunt autem non omnia in ᾶν talia, sed perpauca; in εἰειν autem omnia, pauciſſimis exceptis. *Bergler.* cf. et Cel. Fischeri Animadv. ad Wellerum p. 238.

14. τὸν Ὑμέναιον ἐκφαντάζομαι. Heliodorus Lib. VII. p. 363. τὸ δὲ παρθενεῦον τοῦ ἄστεος καὶ τὸν νυμφῶνα ἤδη φανταζόμενον τὴν Χαρίκλειαν περιεῖπε. *Illa autem ciuitatis pars, quae in virginitate degebat, et thalamum sponsalem iam cogitabat, erat occupata circa Charicleam.* Praepositio ἐκ in verbo ἐκφαντάζομαι valet, vt in ἐκφροντίζω, *excogito, meditor.* Verbo φροντίζειν, quamuis cum alia praepositione vtitur in eadem re Pindarus Olympion. I. v. 111. de Pelope nuptias Hippodamiae animo voluente: ἑτοῖμον ἀνεφρόντισεν γάμον. *Bergler.*

15. τῶν μετοίκων θυγάτριον. Galene, vt videtur, Thalaſſionis filia, meretricula. Vide ſupra Epiſt. 6. *Bergler.*

16. εἰς Πειραιᾶ φθαρέντων. Φθείρεσθαι praeter notiſſimam ſignificationem habet aliam, *eundi, abeundi*, quando fere cum ſtomacho pronunciatur, et mali imprecatione, vt apud Ariſtophanem in Pluto v. 610. vbi cum Paupertatis perſona, quam in exſilium eiciiunt, dixiſſet: *aliquando me reuocabitis*, ei reſpondetur: τότε νοστήσεις· νῦν δὲ φθείρου. *tunc redibis; nunc autem i in malam rem*, vbi male Friſchlinus: iam perdaris. Sic apud Arrianum de exp. Alex. Lib. VII. p. 277. ὑπὲρ τὸν Ἰνδὸν — φθειρόμενον vertendum: *qui trans Indum vagatur ſuo malo.* Vt Ariſtophanes φθείρου, ſic Lucianus ἐκφθείρου in Dial. Meretr. XV. T. VIII. Bip. p. 270. ἐμὲ δὲ ῥαπίσας Δεινόμαχος, ἐκφθείρου φησί. *mihi autem inflictis colaphis Dinomachus, exi, inquit*, perdita. Iterum Ariſtophanes in Pace v. 71. ἐχθὲς δὲ μετὰ ταῦτ' ἐκφθαρεὶς, οὐκ οἶδ' ὅποι. vbi non male Florens Chriſtianus: *herique poſthaec neſcio quo eliminans*, nam et *eliminare* fere in deteriorem partem. Hunc autem locum Noſter in animo habuiſſe videtur. Vide et infra ad [Ep. 17. et] Ep. 34. *Bergler.* — De voce φθείρεσθαι vide et Miſc. Obſeruatt. Vol. IV. p. 451. Reitzium ad Luciani Aſinum T. VI. Bip. p. 503. Spanhemium ad Callimachi H. in Apoll. v. 113. Erneſtiumque ibidem, qui nec Bergleri fuit immemor.

18. θαλαττουργός. Xenophon in Oeconom. (p. 77. Bach.) ἀνεμνήσθην τὸ τῶν ἁλιέων, ὅτι θαλαττουργοὶ ὄντες etc. Apud Lucianum etiam in Hercule §. 1. (T. VII. Bip. p. 212. οἱ θαλαττουργοὶ ſunt *piſcatores*, non, vt Benedictus vertit, *nautae. Bergler.*

## Epistola XIV.

### Ἐγκύμων Ἁλικτύπῳ.

Ἠρόμην ἰδὼν ἐπὶ τῆς ἠϊόνος τῆς ἐν Σουνίῳ παλαιὸν καὶ τετρυχωμένον δίκτυον, ὅτου εἴη, καὶ τίνα τρόπον οὐκ ἐξογκούμενον ἀποσχισθὲν, ἤδη δὲ καὶ ὑπὸ χρόνου παλαιότητος διερρῳγὸς ἀπέκειτο. Οἱ δὲ ἔφασαν σὸν κτῆμα, γεγονέναι πρὸ τούτων τεττάρων ἐτῶν, εἶθ' ὑφάλῳ προσομιλῆσαν πέτρᾳ, κατὰ μέσον ἀποσχισθῆναι τῶν πλεγμάτων· σοῦ δὲ ἐξ ἐκείνου μήτε ἀνέσασθαι, μήτε ἀνελέσθαι βουληθέντος, μεῖναι, μηδενὸς τῶν περισικούντων ὡς ἀλλοτρίου θιγγάνειν ἐπιχειρήσαντος. Ἐγένετο οὖν οὐκ ἐκείνων μόνον, ἀλλὰ καὶ σοῦ τοῦ ποτε δεσπότου λοιπὸν ἀλλότριον. Αἰτῶ οὖν σε τὸ τῇ Φθορᾷ καὶ τῷ χρόνῳ μὴ σνό. Σὺ δ' ὁ παντελῶς ἀπωλείᾳ προσένειμας, ἥκιστα ζημιούμενος, ἕτοιμος ἔσο πρὸς τὴν δόσιν.

## ADNOTATIO CRITICA.

2. καὶ τίνα τρόπον οὐκ ἐξογκούμενον ἀποσχισθέν. Copiose satis ita Berglerus: Cum hic locus sine dubio corruptus sit, propono coniecturas, vt his vel ad antecedentia haec relatis legatur: καὶ τίνα τρόπον οὐκ ἐξακουμένου ἀποσχισθὲν, hoc sensu: quaerebam, cuius esset rete, et *quomodo non sarcientis fissum?* Menander, quem Noster in deliciis habuit, ἐξακεῖσθαί μοι δοκῶ τὸ δίκτυον apud Eustathium p. 768. lin. 50. et p. 1647. lin. 58. Heliodorus, qui toties Alciphronis ore loquitur Lib. V. p. 295. vbi itidem de reti, quod saxo latenti inhaerens

ruptum fuerat: ὁρῶ πρεσβύτην ἁλιευτικὸν πρόσθεν τῶν θυρῶν τῶν αὐτοῦ καθήμενον, καὶ δικτύου διερρωγότος βεροχίδας ἀκεόμενον. *video ſenem piſcatorem prae foribus ſuis ſedentem, et retis lacerati nexus reficientem* — vel leviori mutatione ἐξακούμενον, vt ſit: *et quomodo non ſarciretur?* paſſiue, vt adparet ex ἀκεσθεὶς, *ſanatus*. Heſychius etiam: ἀκέοντο, ἐθεραπεύοντο. Atque ſic per connexionem cum antecedentibus medebimur huic loco; vel etiam aliter cum ſequentibus, ſic: καί τινα τρόπον οὐκ ἐξογκούμενον μόνον ἀποσχισθὲν, ἤδη δὲ καὶ etc. nempe μόνον, quod propter οὐκ et poſterius καὶ neceſſarium eſt, videtur excidiſſe, vt ſaepiſſime ſolet, cum eaedem vel ſimiles ſyllabae immediate bis ponendae. Δίκτυον autem ἐξογκούμενον, etiam in Epiſtola prima, quod maiore mole piſcium incluſa laborat; quando etiam in periculum ruptionis venit, vt Petri rete. Poſſet etiam legi οὐκ ἐξ ὄγκου μόνον ἀποσχισθὲν, id eſt, διὰ τὸν ὄγκον. Particulam vero δὲ accipio pro ἀλλὰ, vt apud Platonem VI. de Legibus (T. VIII. Bipont. p. 252.) μὴ μόνον ἀφοσιώσασθαι, συντόνως δ' ἐπιμεληθῆναι, *non tantum perfunctorie agere, ſed ſtudioſe curare*. Quod ſi nec mutatione tali nec additione ſatis iuuatur locus, forte iuuabitur detractione, vel particulae οὐκ hoc modo: καί τινα τρόπον ἐξογκούμενον ἀποσχισθὲν, ἤδη δὲ καὶ etc. vel particulae καί, ſic: καί τινα τρόπον οὐκ ἐξογκούμενον ἀποσχισθὲν, ἤδη δὲ ὑπὸ χρόνου etc. quorum vtrumque etiam interrogatiue proferri et ſcribi poteſt, praeſertim ſi in fine ſententiae pro ἀπέκειτο legatur ἀποκέοιτο. *Bergler.*

Poſt Berglerum nonniſi duo mihi, qui de hoc loco agerent, obuenerunt eruditi, *Theoph. Guil. Irmiſcus* et *Io. Bern. Koelerus*. Et ille quidem ad calcem Diſſ. de ſuſpecto Ciceronis loco ex Libro I. de Officiis Lipſiae 1755. ventilatae corollaria adiecerat, in quibus aliquot Alciphronis locos propoſuerat, in verbis οὐκ ἐξογκούμενον κ. τ. λ. nihil mutandum, nec addendum μόνον exiſtimauerat.

Qua vero ratione vir mire ſedulus interpretationem, quae nihil coacti haberet, inſtituerit, non video. — Koelerus autem in Emendatt. in Dionis Chryſoſt. Oratt. Tarſicas p. 18. leui brachio confici poſſe omnia autumat, ſi pro οὐκ legas οὖν, quod mihi non perſuaſit, neſcio an aliis. Gloſſ. Eichſtad. ſequitur Berglerum in ἐξακούμενον, ita vertens: *non ſartum, poſtquam fuit ruptum, poſt rupturam.*

Mihi quidem non omnino ſine labe locus ad nos peruenisſe videtur, inter emendationes vero a Berglero propoſitas non vna ſola placet. ſed duae tresue in vnam compoſitae. Praetulerim nempe facillimam illam, minusque violentam οὐκ ἐξ ὄγκου μόνον, ἤδη δὲ καὶ — ἀποκέοιτο. Adlato vni e Platone ad defendendam particulam δὲ pro ἀλλὰ exemplo addi plura, ſi tanti eſſet, queant, poſſis tamen etiam reponere ἀλλ᾽ ἤδη καὶ, quod apud Noſtrum Ep. 23. huius libri inuenies. Accedit, quod hoc modo inſuauis duorum Participiorum ſine copula concurſus euitatur. Ceterum omnia per interrogationem indirectam ſumenda, ideoque poſt ὅτου εἴη, non, quod Berglero placuit, τελεία στιγμὴ, ſed κόμμα ponendum, τίνα (non τινὰ) τρόπον autem retinendum eſt. Sic igitur liceat interpretari: *Quaeſiui, rete cuius eſſet, et qui fieri potuerit, vt non ſolum mole olim nimia fiſſum, ſed temporis diuturnitate adeo ruptum tamdiu (ſine vllo vſu) iaceret. Ad quod reſponſum tuli* etc.

8. μήτε. Cod. Vind. A. μηκέτι.

11. ἐκείνων. Sic pro ἐνοίκων ſuadente Berglero repoſui, nam alias, inquit, dicendum οὐ τῶν ἐνοίκων, vt notum iis, qui callent indolem Graeci ſermonis. Probat etiam Gloſſ. Eichſtad.

13. καὶ poſt φθορᾷ inſerui iubente Cod. Vind. A. non ſecutus Berglerum, qui mallet τοῦ χρόνου, vt τὸ τῇ φθορᾷ τοῦ χρόνου μὴ σὸν ſit idem, quod τὸ ὑπὸ χρόνου ἐφθαρμένον μὴ σὸν, vt ſupra τὸ ὑπὸ χρόνου παλαιότητος διεῤῥωγός. Recte et hic vidit Gloſſ. Eichſtad. καὶ τῷ χρόνῳ.

14. ἀπολείᾳ. Codex Dor-

vil. ἀπωλείαν pro vulgato ἀπόλεια, partim male, partim bene, ait Doruilius ad Charit. p. 617. Idem fere valet de Cod. Vind. A., qui recte, si tamen ab Accusativo, qui hic stare non potest, discesseris, τὸ ω praefert, non suo autem loco accentum ponit.

## COMMENTARIVS.

6. ὑφάλῳ πέτρᾳ. Lucillius Epigrammate in Dolosos, quo apertam inimicitiam dicit meliorem esse, quam dolosam amicitiam, Anthol. Lib. II. c. 15. (Iacobs T. III. p. 54.)

Φασὶ δὲ καὶ νήεσσιν ἁλιπλανέεσσι χερείους
Τὰς ὑφάλους πέτρας τῶν φανερῶν σπιλάδων.

*Aiunt et nauibus in mari nauigantibus infestiores esse petras in mari latentes, quam rupes prominentes.* Tales sunt, quae χοιράδες dicuntur. Hinc coniunguntur apud Pausaniam πέτραι ὕφαλοι καὶ χοιράδες. Lib. II. c. 29. p. 178. vide mox. *Bergler.* — De voce ὕφαλος vide Intt. ad Thom. Magistrum v. σπίλαδες.

6. προσομιλῆσαν πέτρᾳ. Sic polypum petrae adhaerescentem πρὸς πέτρᾳ προσομιλεῖν Theognis in peruulgato illo dicit:

Πολύπου ὀργὴν ἴσχε πολύπλοκον, ὅς ποτὶ πέτρῃ
Τῇ προσομιλήσῃ, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη.

*Polypi mentem obtine versipellis, qui cuicumque adhaeserit petrae, talis adparet, qualis est.* De eadem re Heliodorus Lib. V. p. 295. χοιράδι πέτρᾳ τῆς προτεραίας ἐνσχεθὲν διεσπάρακται (τὸ δίκτυον.) *Saxo latente hesterno die cum inhaesisset laceratum est rete.* Quo in loco ἐνσχεθὲν lego cum Commeliniana pro ἐνεχθὲν, quod Bourdelotius exhibuit, cum φέρεσθαι et ἐνεχθῆναι τῇ πέτρᾳ non apte dicatur pro προσφέρεσθαι et pro προσενεχθῆναι, cuius significatio hic locum haberet. Eo adhuc aptius ἐνέχεσθαι et ἐνσχεθῆναι. Synesius Epist. IV. sub initium: ἐνσχεθείσης τῆς νεὼς τῷ τοῦ λιμένος ἐδάφει. *Bergler.* —

De Choeradibus si quis plura scire aueat, Arnaldi Animadversiones Criticas consulat p. 248. f.

11. ἐγένετο — σοῦ — ἀλλότριον. Quia nimirum nullam eius curam gerit, ac tamdiu abiectum sinit putrescere, et quidem in publico, extra fundum suum, itaque quasi in medio positum, fit eius, qui id suum facere vult et potest. Quemadmodum Demosthenes Philipp. I. (Vol. I. 41. 23. Reisk.) de ciuitatibus quibusdam, quae potentioribus imperium suum amplificare cupientibus expositae erant: ἀλλ' οἶδεν τοῦτο καλῶς ἐκεῖνος — ὅτι ταῦτα μέν ἐστιν ἅπαντα τὰ χωρία ἆθλα τοῦ πολέμου κείμενα ἐν μέσῳ· φύσει δ' ὑπάρχει τοῖς παροῦσι τὰ τῶν ἀπόντων, καὶ τοῖς ἐθέλουσι πονεῖν καὶ κινδυνεύειν τὰ τῶν ἀμελούντων. Ex hoc principio pleraque bella oriuntur. *Bergler.*

---

## Epistola XV.

### Ἁλίκτυπος Ἐγκύμονι.

Δυσμενὴς καὶ βάσκανος ὁ τῶν γειτόνων ὀφθαλμός, φησὶν ἡ παροιμία. Τίς γάρ σοι τῶν ἐμῶν Φροντίς; τί δὲ τὸ παρ' ἐμοῦ ῥαθυμίας ἠξιωμένον, κτῆμα σὸν εἶναι νομίζεις; εἶργε τὰς χεῖρας, μᾶλλον δὲ τὰς ἀπλήστους ἐπιθυμίας· μὴ δέ σε ἡ τῶν ἀλλοτρίων ὄρεξις ἀδίκους αἰτεῖν χάριτας ἐκβιαζέσθω.

## COMMENTARIVS.

1. Δυσμενὴς καὶ βάσκανος ὁ τῶν γειτόνων ὀφθαλμός. Alias *oculus fascinans* res magica. Virgilius: Ecl. III. v. 103. *Nescio, quis teneros oculus mihi fascinat agnos.*

De quo pluribus Plutarchus V. Sympos. Quaest. 7. vbi incipit: περὶ τῶν καταβασκαίνειν λεγομένων, καὶ βάσκανον ἔχειν ὀφθαλμὸν etc. Sed hic simpliciter de inuido tantum accipiendum. Pindarus Nem. IV. v. 64. φθονερὰ δ' ἄλλος ἀνὴρ βλέπων. *inuide autem vir alius intuens*, cuius nempe ὀφθαλμὸς πονηρός ἐστιν, vt illius in Euangelio. (Matth. XX, 15.) Inuidiam autem inter vicinos tangit idem Pindarus Olymp. I. v. 75. vbi siniſtram illam famam de Diis et Pelope, quasi eum disſectum coxerint, et de carnibus comederint, a vicinis ortam dicit. Ἔννεπε κρυφᾷ τις αὐτίκα φθονερῶν γειτόνων etc. *Dixit clam aliquis ſtatim inuidorum vicinorum. Bergler.* De vicinorum inuidia laudat locum ex alio Epiſtolographo Theophyl. Simocatta Ep. (VIII.) quae inſcribitur Δάφνων Μύρτωνι ſic enim pro Μύρωνι legi iubet Arnaldus in Miſc. Obſervv. T. IV. p. 450. Locus ipſe ibi p. 76. edit. Kimedonc. ſic ſonat: Ἀνὴρ ἐπίφθονος μέγα κακὸν· εἰ δὲ καὶ τὸ γείτων εἶναι κεκλήρωται, ἀπαραίτητον τὸ δυστύχημα, καὶ θανάτῳ μόγις παυσάμενον.

---

## Epistola XVI.

### Ἐγκύμων Ἀλικτύπῳ.

Οὐκ ᾔτησά σε ἃ ἔχεις, ἀλλ' ἃ μὴ ἔχεις. Ἐπεὶ δὲ οὐ βούλει, ἃ μὴ ἔχεις, ἕτερον ἔχειν, ἔχε ἃ μὴ ἔχεις.

Nota: Nihil in verbis harum Epiſtolarum mutant Critici Codicesue, nec Ioach. Camerarius, qui inter delectas quasdam epiſtolas Graecas Tubingae 1540. 8. editas Alciphronis ſolas 14 — 16. receperat.

## COMMENTARIVS.

1. ἃ μὴ ἔχεις. Supra: αἰτῶ σε τὸ τῇ φθορᾷ καὶ τῷ χρόνῳ μὴ σόν. *Bergler.* Ceterum lusus in verbo ἔχειν Atticista non indignus, nec respuerunt alii.

---

## Epistola XVII.

### Εὐσάγηνος Λιμεναρχῷ.

Οὐκ ἐς κόρακας φθαρήσεται ὁ σκοπιωρὸς ὁ Λέσβιος; Φρίκη σκιερὰν κατὰ μέρος τὴν θάλατταν ἰδὼν ἀνεβόησεν, ὡς πλήθους ὅλου προσιόντος θύννων ἢ πηλαμίδων. Καὶ ἡμεῖς πεισθέντες, τῇ σαγήνῃ μονονουχὶ τὸν κόλπον ὅλον περιελάβομεν· εἶτα ἀνιμώμεθα, καὶ τὸ βάρος μεῖζον ἦν ἢ κατὰ Φορτίον ἰχθύων. Ἐλπίδι οὖν καὶ τῶν πλησίον τινὰς ἐκαλοῦμεν μερίτας ἀποφαίνειν ἐπαγγελλόμενοι, εἰ συλλάβοιντο ἡμῖν καὶ συμπονήσαιεν. Τέλος μόγῳ πολλῷ δείλης ὀψίας εὐμεγέθη κάμηλον ἐξειλκύσαμεν μυδῶσαν ἤδη καὶ σκώληξιν ἐπιβρύουσαν. Τοιαῦτα θηράσας, οὐχ' ἵνα ἐπιγελάσῃς, ἐδήλωσα, ἀλλ' ἵνα μάθῃς, αἷς καὶ πόσαις μηχαναῖς ἡ τύχη με τὸν ἀτυχῆ καταγωνίζεται.

## ADNOTATIO CRITICA.

1. σκοπιωρός. Ad σκοπιοῦργος, quod editiones habent, Berglerus narrat Perizonium per epistolam sibi significasse, malle se σκοπιωρὸς legere. Rectissime omnino, pergit Berglerus. Sic enim vocat auctor generali vocabulo eum, qui proprie θυννοσκόπος, quemadmodum et

Philoſtratus Lib. I. Icon. 13. in imagine piſcatorum thynnos capientium, cuius locum etiam indicat Perizonius, ὁ μὲν σκοπιωρὸς εἰς τὴν θάλασσαν βλέπει, διαπέμπων τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὴν τοῦ ἀριθμοῦ σύλληψιν. Quomodo autem id fiat, vt numerum ſcire poſſit, clare docet Plutarchus de ſolertia animal. De eiusdem officio paullo ante ibidem Philoſtratus plura, de quo et Oppianus Halieut. III. ſub finem:

Ἐνθ' ἤτοι πρῶτον μὲν ἐπ' ὄρθιον ὕψι κολωνὸν
Ἰδρις ἐπαμβαίνει θυννοσκόπος, ὅστε κιούσας
Παντοίας ἀγέλας τεκμαίρεται, αἵ τε καὶ ὅσσαι
Πιφαύσκει δ' ἑτάροισι.

*Ibi tum primum in arduum collem alte Aſcendit peritus thynnorum ſpeculator, qui venientes Omnigenos greges oculis notat, quinam et quot ſint, Indicatque ſociis*, vbi male editum ἐπεμβαίνει; ἐπαμβαίνει eſt pro ἐπαναβαίνει.. Haec Berglerus. — Ad Perizonii coniecturam proxime accedit Cod. Vind. qui habet σκοπιουρός.

3. ἰδών. Inſerui ex Cod. Vind. A. nec poenitet inſeruiſſe.

4. πηλαμίδων. Apud Oppianum Halieut. I, v. 113. πηλαμύδας per υ, vtraque autem ſcriptio obtinet. *Bergler.* Heſychius: πηλαμὺς, διὰ τοῦ υ, ἰχθὺς ἐν πόντῳ. Nec aliter Photii Lexicon Ms. Alium ſcrupulum iniicit I. H. Maius Hiſt. de la Rep. des lettres T. XI. p. 143. cui, quum Ariſtotele hiſt. animal. VI, 17. atque Athenaeo VII, 14. teſtibus, vnus idemque piſcis gemino hocce vocabulo adpelletur, videtur alterutrum gloſſema eſſe, illudque ἢ πηλαμίδων praeter fas in textum migrauiſſe. — Quod nollem, mi bone! tibi excidiſſet. Quod ſi enim, qui Ariſtotelem ſecutus eſt, Plinius Lib. IX. c. 18. tibi in mentem veniſſet, ſcire poteras, pelamides eſſe iuniores thynnos, et qui annuum mondum tempus exceſſere. Vide de his piſcibus etiam Spanhemium de V. et P. Numiſm. T. I. p. 229. et 230. vbi et numus Byzant., in quo tres pelamides adparent. Plura vide in Commentario ad v. σαγήνη.

5. μονονουχί. Cod. Vind. μόνον οὐχὶ diuisim.

6. ἀνιμώμεθα. Vulgata ἠνιώμεθα ab ἀνιάομαι, lectionem vero vnice, nisi me omnia fallunt, veram feruavit liber Doruilianus. Passim, ait Doruilius ad Charit. p. 462. *rete, piscem, ancoram* ἀνιμήσασθαι dicimus, et repones apud Alciphronem lubentius, si ita in codice nostro scriptum cognoueris. — Fortasse Codicis Vind. scriba idem in antiquiori, quem ob oculos habuit, libro inuenit, omisso tamen μ. exhibet enim ἀνιώμεθα. Nec in hoc solo variat, sed etiam pergit: τὸ γὰρ, quum vulgatae habeant καὶ τό. Glossat. Eichstad. ἀνιᾶσθαι primum explicuit: *valde laborauimus ad sudorem et taedium vsque*, deinde vero rectius ἠνιμώμεθα Att. pro ἀνιμώμεθα.

7. ἰχθύων. Doctiss. Arnaldus in Misc. Obseruatt. T. IV. p. 450. emendat δικτύων, *et pondus maius erat, quam solet esse retium farcina.* Φορτίον ἰχθύων esset *onus, quod pisces portant.* Eodem sensu dicitur φορτίον νηὸς, καμήλου etc. — Ego vero impetrare a me non potui, vt sine libris aliquid mutarem. Quidni enim ita exponi queat: *maius erat, quam quod piscium esse solet?*

7. πλησίον. Vind. A. πλησίων.

8. μερίτας. lego μερίτας, *participes*, μεριστὰς esset *diuisores*, quasi vero aliis commissuri sint diuisionem. *Bergler.* — Cui emendationi quum faueret ipse Noster Lib. III. Ep. 46. et Thomas Mag. p. 609. μερίτης, οὐ συμμεριστὴς, honorem habui ingenio Bergleri.

## COMMENTARIVS.

1. οὐκ ἐς κόρακας φθαρήσεται. Aristophanes in Nubibus v. 788. — οὐκ ἐς κόρακας ἀποφθερεῖ Ἐπιλησμότατον καὶ σκαιότατον γερόντιον; *nonne in malam crucem ibis obliuiosissime et ineptissime senex?* Idem in Equitibus v. 888. οὐκ ἐς κόρακας ἀποφθερεῖ, βύρσης κάκιστον ὄζων, *corium pessime olens.* Sed ἐς κόρακας vbique obuium. Idem est εἰς ὄλεθρον. Sophocles Oedip. Tyrann.

v. 1156. οὐκ εἰς ὄλεθρον; οὐ σιωπήσας ἔσῃ, *non in malam rem hinc ibis? non tacebis?* Alias et εἰς φθόρον. Epicharmus apud Athenaeum Lib. II. p. 63. Κόγχον δὲ τὸν σέσιλον ἄπαγ' εἰς τὸν φθόρον. *Concham autem ſeſilon apage in malam rem.* Theognis v. 831. πάντα ταῦ' ἐν κοράκεσσι καὶ ἐν φθορᾷ — *omnia haec perierunt. Bergler.* Ἐς μακαρίαν eodem ſenſu vide ſupra Ep. 9. et ibi notam, it. Lib. III. Ep. 32. ἐς κόρακας ἐλθεῖν eſt apud Ariſtoph. Av. v. 28. — ἐκπέμψασθαι apud Ariſtaenetum Lib. II. Ep. 12. — ἔρρ' ἐς κόρακας apud Ariſtoph. Pluto v. 604. — παῦ' ἐς κόρακας apud eumdem Auibus v. 890. Acharn. 864. Sed chartae parcendum.

2. φρίκη σκιερά. Ariſtoteles Lib. de coloribus c. 1. vbi cum dixiſſet ea nigra videri, a quibus nulla fit, vel exigua lucis refractio, addit: διὸ καὶ αἱ σκιαὶ φαίνονται μέλαιναι· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ὕδωρ, ὅταν τραχυνθῇ, καθάπερ ἡ τῆς θαλάττης φρίκη. Διὰ γὰρ τὴν τῆς ἐπιφανείας τραχύτητα ὀλίγων τῶν αὐγῶν προσπιπτουσῶν, καὶ διασπωμένου τοῦ φωτὸς, τὸ σκιερὸν μέλαν φαίνεται. *Quamobrem et vmbrae videntur nigrae. Similiter et aqua quando aſperatur, ſicut horror maris. Nam dum propter ſuperficiei aſperitatem* et turbatum laeuorem, *exigua fit irradiatio, luxque diſtrahitur, videtur id, quod eſt vmbroſum, eſſe nigrum. Bergler.* Vide et Ep. 1. et 10. et quae ibi notata ſunt.

3. ὡς πλήθους ὅλου προσιόντος θύννων. qui nempe natatione ſua hunc maris horrorem ſiue vndulationem excitabant. *Bergler.*

5. σαγήνη. Heſychius: Σαγήνη. πλέγμα τι ἐκ καλάμων εἰς θήραν ἰχθύων. Photii Lex. Ms. σαγήνη πλέγμα τι ἀπὸ σχοινίων, εἰς ὑποδοχὴν ἰχθύων. Eſt et Matth. XIII, 47. σαγήνη θυννευτικὴ ap. Lucianum Epp. Saturnal. T. IX. Bip. p. 25. De captura thynnorum omnino vide Aelianum Hiſt. Anim. Lib. XV. 5. 6. 10. XIII, 16. Brodaeum Miſcellan. VI, 8. Doruilium in Siculis p. 15.

*Guys literariſche Reiſe nach Griechenland.* P. 2. p. 42 — 69. W.

5. μονονουχί. Μονονουχί, μονονοὺκ, μόνον οὐκ, μόνον οὐ paſſim, ſed praecipue apud Demoſthenem ſaepe. *Bergler.* v. et Fiſcherum ad Wellerum p. 39.

6. τὸ βάρος μεῖζον ἢ κατὰ φορτίον ἰχθύων. Ariſtoteles Meteor. I. c. 10. καθάπερ φορτίον φέρουσα πλέον — ἢ καθ' αὑτήν. *tamquam onus portans maius, quam quod ipſi conueniat.* Sophocles in Trachiniis v. 1027. τοὔργον τόδε μεῖζον ἀνήκει ἢ κατ' ἐμὰν ῥώμαν, *opus hoc maius fit, quam pro meis viribus.* In Oed. Col. v. 590. Τί γὰρ τὸ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον νοσεῖς; *quid igitur grauius pateris, quam pro humano more?* Ariſtides in Panathenaico: παυσάσθων μείζοσιν ἢ καθ' ἑαυτοὺς λόγοις ἐπιχειροῦντες, *deſinant ſermones ſuscipere difficiliores, quam quos ipſi tractare poſſint.* Heliodorus Lib. VI. p. 328. ἑστίασιν λαμπροτέραν ἢ κατὰ τὸ εἰωθὸς παρεσκεύασε. *Bergler*, cui, niſi forte ſategerit, adde Doruilium ad Charitonem p. 311. et Lennepium ad Phalar. p. 67. vbi πλέον ἢ κατά.

10. τέλος. *ad extremum, tandem.* Demoſthenes contra Phaenippum: τέλος δὲ, ἵνα μὴ μικρολογῶ, etiam alii paſſim, praeſertim Heliodorus. *Bergler.*

10. μόγῳ πολλῷ — κάμηλον ἐξειλκύσαμεν. Videtur argumentum huius epiſtolae ſumſiſſe ex Luciani Hermotimo (§. 65. T. IV. Bip. p. 35.) vbi Philoſophi, qui verum ſe inueniſſe imaginantur, poſtquam id magno ſtudio quaeſiuere, comparantur cum eiusmodi infelicibus piſcatoribus: ἀλλ' ἔτι μοι δοκοῦμεν λεληθέναι ἡμᾶς αὐτοὺς, οἰόμενοι μέν τι εὑρηκέναι βέβαιον· εὑρόντες δὲ οὐδέν. ὥσπερ οἱ ἁλιεύοντες πολλάκις καθέντες τὰ δίκτυα, καὶ βάρους τινὸς αἰσθόμενοι, ἀνέλκουσιν, ἰχθῦς παμπόλλους γε περιβεβληκέναι ἐλπίζοντες. εἶτα, ἐπειδὰν κάμωσιν ἀνασπῶντες, ἢ λίθος τις ἀναφαίνεται αὐτοῖς, ἢ κεράμιον ψάμμῳ σεσαγμένον. Oſtendemus

autem inferius, in aliis etiam quibusdam apertius id factum. *Bergler.*

---

## Epistola XVIII.

### Εὔπλοος Θαλασσέρωτι.

Ὑπερμαζᾷς ἢ μέμηνας, ἀκούω γάρ σε λυρῳδοῦ γυναικὸς ἐρᾶν, καὶ ὡς ἐκείνην φθειρόμενον, πᾶσαν τὴν ἐφήμερον ἄγραν κατατίθεσθαι. Ἀπήγγειλε γάρ μοι τοῦτο γειτόνων ὁ βέλτιστος Σωσίας. Ἔστι δὲ τῶν ἐπιεικῶς τὴν ἀλήθειαν τιμώντων, καὶ οὐκ ἄν ποτε ἐκεῖνος εἰς ψευδηγορίαν ὠλίσθησεν. Οὗτος ἐκεῖνος Σωσίας ὁ τὸν χριστὸν καὶ ἡδὺν γάρον ἑψῶν ἐκ τῶν λεπτοτέρων ἰχθύων, οὓς ἐγκολπίζεται τῇ σαγήνῃ. Πόθεν οὖν, εἰπέ μοι, μουσικῆς σοι διάτονον καὶ χρωματικὸν καὶ ἐναρμόνιον μέλος ἐστίν; ὡς αὐτὸς ἔφασκεν ἐπαγγέλλων. Ὁμοῦ γὰρ τῇ ὥρᾳ τῆς παιδίσκης ἠράσθης καὶ τοῖς κρούμασι. Πέπαυσο ἐς ταῦτα δαπανώμενος, μή σε ἀντὶ τῆς θαλάττης ἡ γῆ ναυηγὸν ἀποφήνῃ ψιλώσασα τῶν χρημάτων, καὶ γένηταί σοι τὸ τῆς ψαλτρίας καταγώγιον ὁ Καλυδώνιος κόλπος ἢ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος, καὶ Σκύλλα ἡ μουσουργὸς, οὐκ ἔχοντί σοι Κράταιϊν ἐπικαλεῖσθαι, εἰ δεύτερον ἐφορμᾷ.

### ADNOTATIO CRITICA.

1. λυρῳδοῦ. Vulgata λοιδόρου. Quamuis etiam *ma- ledicam* forte potuerit amare, — *amatorem quod amicae*

*Turpia decipiunt coecum vitia, aut etiam ipsae haec Delectant*, vt ait Horatius (Serm. I, 3. 38.) vel etiam vt Catullus (85.) *Lesbia mi dicit semper male, nec tacet vnquam De me Lesbia* — vnde se amari credebat: quia et ipse cum eam amet, eidem maledicat. Non placet tamen. Sequentia indicant hanc mulierculam tractasse musicam; itaque cum apud Athenaeum Lib. V. p. 211. haec verba legissem: ἐρασθείς τινος λυσιῳδοῦ γυναικὸς, statim de λυσιῳδοῦ pro λοιδόρου hic reponendo cogitabam, propter similitudinem loci. Dicuntur autem Λυσιῳδοὶ a Lyside quodam, vt ex Strabone colligi potest Lib. XIV. p. 959. quemadmodum Σιμῳδοὶ a Simo, et sunt scenici ac theatrales Musici. Agit de iis Athenaeus Lib. XIV. p. 620. meminit et Lib. IV. p. 182. it. VI. p. 252. meminit etiam Plutarchus in Sylla circa finem (Cap. 36. p. 271. edit. Leopold.) Metrobii Lysiodi, qui fuerit παιδικὰ Syllae. Haec coniectura etsi forte non inconueniens videri possit, tamen aliam meliorem adfero, nempe λυρῳδοῦ, quod ad λοιδόρου proxime accedit. Λυρῳδῶν meminit Plutarchus itidem in Sylla, vbi eum dicit dona inuidiosa dedisse γυναιξὶν εὐμόρφοις καὶ λυρῳδοῖς καὶ μίμοις etc. (Cap. 33. p. 264. Leop.) Hucusque Berglerus, cuius tam egregia emendatio digna visa est, cui locum concederem in contextu. Consentit etiam Reitzius ad Luciani Amores T. V. Bip. p. 598.

2. ὡς ἐκείνην. Interpres vertit: *ab illa perdi*, quasi ὡς esset pro πρὸς, vt alias, et itidem vt hoc construi possit cum Genitiuo et verbo passiuo in significatione ὑπὸ, de quo ego dubito. Itaque hic lego ὡς ἐκείνην φθειρόμενον, i. e. πρὸς ἐκείνην φθειρόμενον, quod idem est ac ἐκείνῃ προσφθειρόμενον, [Cod. Vind. A. habet ἐκείνῃ, sed sine πρός.] vt infra loquitur Ep. 34. προσφθείρεται τῇ Ἑρπυλλίδι, ea significatione verbi, vt supra Ep. 13. εἰς Πειραιᾶ φθαρέντων. Vide notas ad vtrumque locum (in Commentario.) De ὡς infra Ep. 28. vbi ἥκειν ὡς ἑαυτήν. Sic *Berglerus*. —

Vulgatam ὡς ἐκείνης si tuendam suscipias ita, vt

τὸν οἶκον vel ex fine epistolae καταγώγιον subintelligendum existimes, aduersantes tibi habebis eos, qui inanimatis rebus ὡς pro πρὸς vsurpatum addi negant. Iam vero, quum non adeo certam esse hanc opinionem, olim demonstrauerit I. A. Ernesti ad Xenoph. Mem. Lib. II. c. 7. (quem si, vt hoc obiter addam, Franco-Gallica lingua legere malis, euolue mihi Charitonis, Parif. 1763. in lucem emissi interpretem, qui teste Villoisono in Prolegg. ad Homeri Iliada p. XLVI. est Larcherius) cui addas Cel. Hindenburgium Animadvv. ad Xenophontis laudatum modo librum p. 100. et Zeunium ad Vigerum p. m. 550. s. et quos laudat Irmiscus ad Herodiani Lib. III. c. 11. — non temere quidem fortasse sumas, nihil impedire, quo minus τὸ ὡς pro πρὸς vel εἰς positum, eodem, quo istae, iure Genitiuo iungi, subintellecto οἶκον, possint, nec statuas, quod per se consideratum analogiae repugnet; attamen linguae vsum tibi non habebis fauentem. Idem sentit Reitzius ad Luciani Amores T. V. Bip. p. 598. et, quod plurimum apud me valuit, Alciphron ipse Accusatiuum addit vbique, v. I, 5. 28. III, 3. 7. 16. 51. ideoque Berglero malui obtemperare.

8. ἐψῶν. Cod. Vindob. ἔψων. vtrumque recte habet.

8. λεπτοτέρων. Idem liber λεπτομερῶν. v. supra ad Ep. 1.

11. ἔφασκεν. Idem Ms. praefert ἔφασκεΣ. Vulgata melior visa est.

13. κρούμασι. Pro γὰρ mallem ἄρα, *ergo*. Haec autem sic ordinata sunt clariora: ὁμοῦ γὰρ τῇ ὥρᾳ καὶ τοῖς κρούμασιν ἡρά-σθης τῆς παιδίσκης, *adamasti enim puellam cum forma simul et modulatione*. Ceterum ὁμοῦ cum Datiuo, vt apud Aristidem περὶ παραφθέγματος, in isto: τῷ Νείλῳ —— ὁμοῦ τῷ μεγέθει τὴν συμμετρίαν ἔχοντι. *Nilo cum magnitudine simul et proportionem habenti*. Berg!.

15. ναυηγόν. Nescio, an melius ναυαγόν. Sic apud Nostrum ναυαγία I, 10.

17. Τυρρηνικὸν πέλαγος. Addit Cod. Vind. A. καὶ Σκύλλα ἡ μουσουργὸς, scil. γένηται, quod minime

spernendum duxi, ob sequentem Scyllae matrem Crataein, de qua vide plura in Commentario.

## COMMENTARIVS.

1. ὑπερμαζᾶς. Lucianus in Nauigio §. 15. (T. VIII. Bip. p. 168.) ὑπερμαζᾶς γε ὦ Ἀδείμαντε, καὶ εἰς τὸν κόλπον οὐ πτύεις, οὐδὲ οἶδας ὅστις ὢν ναυκληρεῖς. *Bergler.* v. ibi Scholiasten. Hesychius: ὑπερμαζᾷ, ὑποτρυφᾷ. cf. et Suidam et Thomam Mag. p. 869. Theoph. Simocattam Ep. 77. et ipsum Nostrum Lib. III. Ep. 67.

3. τὴν ἐφήμερον ἄγραν. Oppianus Halieut. IV, 110. Αὐτόμολοι πίμπλασιν ἐφήμερον ἀνδράσιν ἄγρην. *Spontaneo cursu implent diurnam viris capturam.* Ita ibi editum ἐφήμερον, cum interim vertatur *desiderabilem*, quasi esset ἐφίμερον. *Bergler.* Ἐφίμερον ex Codicibus restituit ibi Cel. Schneiderus.

8. γάρου — ἐκ τῶν — ἰχθύων. Aeschylus apud Athenaeum Lib. II. p. 67. καὶ τὸν ἰχθύων γάρον. Ibidem Sophocles ταριχηροῦ γάρου, *gari siue liquaminis salsamentorum.* Lucianus in Asino §. 47. (T. VI. Bip. p. 188.) ἰχθῦς, τοῦτο μὲν ἐν γάρῳ καὶ ἐλαίῳ κατακειμένους, τοῦτο δὲ νάπυϊ ἐπικεχυμένους, *pisces partim in garo et oleo iacentes, partim sinapi insperfos*, quo in loco male Editt. τοῦτο μὲν γάρῳ, de quo erroris genere nonnihil ad Epist. 14. *Bergler.* vide et Iul. Pollucem Lib. VI. Segm. 65.

10. διάτονον καὶ χρωματικὸν καὶ ἐναρμόνιον μέλος. Haec sunt tria modulationis genera, in quae diuidebatur Musica. Plutarchus Sympos. IX. Quaest. XIV. τὰ μελῳδούμενα γένη, τὸ διάτονον καὶ τὸ χρωματικὸν, καὶ τὸ ἐναρμόνιον. *Melodiae Musicae genera, diatonon, chromaticon, enharmonion*, vt Macrobius in Somn. Scip. Lib. II. c. 4. vbi dicit, enharmonium genus propter nimiam sui difficultatem ab vsu recessisse, cum quo conuenit Damascius apud Photium in vita Isidori Pelusiotae p. 560. vbi dicit,

Aſclepiodotum quamuis ingenioſiſſimum Muſicum, non potuiſſe tamen hoc genus melodiae deperditum reſtaurare, cum cetera duo modularetur. *Bergler.* Occurrunt etiam haec tria modulationis genera apud Iamblichum in vita Pythagorae c. 15. p. 50. ed. Kueſter. cf. et Swartii Analecta p. 124. et Salmaſ. ad Hiſt. Aug. T. II. p 485. ed. Hakianae.

12. ὁμοῦ γὰρ τῇ ὥρᾳ τῆς παιδίσκης ἠράσθης. Nempe ex hac conuerſatione Muſicen addidicit Thalaſſeros. Hinc Euplous ad eum: *vnde tibi Muſices melodiae?* Amor autem docilem eum fecerat. Quemadmodum et Glycerium facile didicit a Menandro, vt fatetur in epiſtola ad eum Lib. II. Ep. 4. vbi inter alia: σοφὸν ἔχω σου τὸν ἔρωτα, καὶ ταῦτ' εἰδέναι δύνασθαι. σὺ γὰρ μ' ἐδίδαξας, Εὐφυᾶ γυναῖκα ταχέως παρ' ἐρώντων μανθάνειν.

15. ναυηγὸν ἀποφήνῃ. Hic ἀποφαίνω reddo, *efficio*, quomodo et ἀποδείκνυμι vſurpatur. Senarius apud Athenaeum Lib. III. p. 206. Ἐρυθρότερον καρῖδος ὀπτῆς σ' ἀποφανῶ, *rubentiorem ſquilla te aſſa faciam.* Apud eumdem Lib. VI. p. 254. vbi Anaxilas Comicus adulatores comparat cum vermibus grana tritici exedentibus, curculionibus, vnde paraſito Plautino nomen: Εἰσδὺς ἕκαστος ἐσθίει καθήμενος, Ἕως ἂν ὥσπερ πυρὸν ἀποδείξει κενόν. *inſinuans ſe quisque* apud diuitem ſimpliciorem *comedit adſidue, Donec tamquam granum tritici reddat eum vacuum.* De naufragio autem ſic dicto per metaphoram apud meretrices vide eumdem Anaxilam loco indicato ad Epiſt. 6. *Bergler.*

16. τῆς ψαλτρίας. Quod hanc nunc pſaltriam dicit, hoc nihil detrahit coniecturae de λυρῳδοῦ paullo ante propoſitae, nam ψάλλειν generalius eſt vocabulum, et de lyra etiam dicitur. Plato in Lyſide (T. V. Bip. p. 223.) ἐπειδὰν τὴν λύραν λάβῃς, οὐ διακωλύσουσί σε — ἢν ἂν βούλῃ τῶν χορδῶν καὶ ψῆλαι καὶ κρούειν τῷ πλέκτρῳ. *vbi lyram ſumſeris, non prohibebunt, quo minus quamlibet chordam pulſes et percutias plectro.* Vbi etiam κρούειν de lyra, vt apud Noſtrum κρούματα. Idem in

Alcibiade priore (T. V. Bip. p. 11.) περὶ κρουμάτων ἐν λύρᾳ. *Bergler.*

16. ὁ Καλυδώνιος κόλπος. Ita opinor vocat ſinum Criſſaeum ſiue Corinthiacum, et intelligit praecipue eius anguſtias inter Rhium Achaiae et Rhium Aetoliae, in qua (Aetolia) Calydon vrbs, ad Euenum fluuium, a cuius oſtiis ſinus Corinthiacus incipit teſte Strabone Lib. VIII. p. 517. vnde adparet, cur Noſter Calydonium hunc ſinum dixerit. Sic et Heliodorus Lib. V. p. 293. eas, quas dixi, anguſtias adpellat Καλυδώνιον πορθμόν. Vbi etiam, quod inprimis huc facit, mare dicit natura eſſe inquietum et turbulentum, cuius rei cauſam luculenter et eleganter exponit. *Bergler.*

17. Τυρρηνικὸν πέλαγος. Hoc etiam nauigantibus infeſtum, vel propter piratas, quales antiquis temporibus Tyrrhenos fuiſſe plurimi veterum teſtantur, vel propter Scyllam, quae magis ad mare Tyrrhenum, quam ad Siculum pertinet: atque hanc eum innuere ſequentia ſtatim indicant. *Bergler.*

18. Κράταιϊν ἐπικαλεῖσθαι, εἰ δεύτερον ἐφορμᾷ. Haec nulla ratione poſſunt intelligi, niſi quis ſciat, quorſum reſpexerit auctor. Apud Homerum Odyſſ. M. cum Vlyſſes ex Circe intellexiſſet, ſe, vbi ad Scyllam acceſſerit, neceſſario ſex ſocios amiſſurum, a totidem monſtri capitibus abreptos, doceri inſuper ab ea vult, quomodo Scyllam ob id vlciſci poſſit: quod Circe minime fieri poſſe dicit, et conſultum eſſe, vt ocyus fugiat, preceturque Crataein Scyllae matrem, ne eam ſinat iterum tot viros abripere. Vbi inter alia Circe ſic v. 122.

Δείδω μή σ' ἐξαῦτις ἐφορμηθεῖσα κίχησι
Τόσσησι κεφαλῇσι, τόσους δ' ἐκ φῶτας ἕληται.
Ἀλλὰ μάλα σφοδρῶς ἐλάαν, βωστρεῖν δὲ Κράταιϊν
Μητέρα τῆς Σκύλλης, ἥ μιν τέκε πῆμα βροτοῖσιν.
Ἢ μιν ἔπειτ' ἀποπαύσει ἐς ὕστερον ὁρμηθῆναι.

Hoc ergo dicit Noſter, non eſſe morandum apud meretricem, ne cum dispendio bonorum, quae eſt prima raptio

Scyllae, ipse deinde funditus pereas sine spe salutis; vt Vlysses ipse periclitabatur, si ad alteram raptionem ventum fuisset, seroque et frustra nunc inuocassetCrataein. Comparat autem meretricem cum Scylla Anaxilas loco ad Ep. 6. indicato: Ἡ δὲ Ναννὼ τί νῦν διαφέρειν Σκύλλης δοκεῖ. *Bergler.* Hesychius: Κράταιίς προπαροξυντονεῖται, τὸ κύριον ὄνομα τῆς μητρὸς τῆς Σκύλλης· τὸ δὲ περισπώμενόν ἐστιν ἐπὶ τοῦ Σισύφου προσηγορικόν. Praeter Berglerum ibi Alberti laudat Schol. Apollonii Rhod. IV. 828. Hyginum, qui tamen paullo aliter Fab. 125. et 151. et Munkerum ad Fab. 199. Heinsium in Ouidii Metam. XIII, 749. Dresigium de verbo σκύλλειν. §. 8.

---

## Epistola XIX.

### Θαλασσέρως Εὐπλόῳ.

Τηνάλλως ποιεῖς τὴν πρός με νουθεσίαν, ὦ Εὔπλοε. Ἐγὼ γὰρ οὐκ ἂν ἀποσταίην τῆς ἀνθρώπου, θεῷ μυσταγωγοῦντι πυρφόρῳ καὶ τοξοφόρῳ πειθόμενος. Καὶ ἄλλως ἡμῖν τὸ ἐρᾶν συγγενὲς, τῆς θαλαττίας θεοῦ τεκούσης τοῦτο τὸ παιδίον. Ἡμέτερος οὖν πρὸς μητρὸς ὁ Ἔρως, καὶ ὑπὸ τούτου βληθεὶς τὴν καρδίαν, ἔχω πρὸς θαλάττῃ τὴν κόρην Πανόπῃ νομίζων ἢ Γαλατείᾳ ταῖς καλλιστευούσαις τῶν Νηρηίδων συνεῖναι.

## ADNOTATIO CRITICA.

In Tit. Cod. Vind. A. Θαλασέρως (vno σ.) male.

1. Εὔπλοε. Idem liber Εὔπλω.

8 Γαλατεία. In eodem est Γαλατία. nec hoc recte. v. supra ad Ep. 3.

9. συνεῖναι. Berglerus συνοικεῖν, quod vnde habeat, non habeo dicere. Saltem in Aldina, quam alias expressit, est συνεῖναι, nec aliter in Cod. Vind. A.

Nota: In eodem Cod. Vind. sequitur inedita adhuc epistola, cuius initium μὴ ἀπέχου etc quam tamen, ne sequentium epistolarum numerum turbarem, Fragmentis in fine additis praeponere malui.

## COMMENTARIVS.

1. Τηνάλλως. Pro τὴν ἄλλως. In quibusdam articuli coalescunt non raro, vt τοτήμερον, τονῦν, τανῦν, et alio modo τἀνδρὶ pro τῷ ἀνδρὶ, quod occurrit saepe etiam in soluta oratione: nam in ligata huius generis sunt infinita. Significat autem idem, quod quandoque ἄλλως, nempe *frustra*, *temere*. Suidas: Ἄλλως. μάτην etc. mox: εἴρηται δὲ καὶ τηνάλλως, μετὰ ἄρθρου (*cum articulo.*) Articulum esse τὴν adparet manifeste ex hoc Platonis loco in Theaeteto, (T. II. Bip. p. 114.) vbi, de Oratoribus pragmaticis et causidicis: καὶ οἱ ἀγῶνες οὐδέποτε τηνάλλως, ἀλλ' ἀεὶ τὴν περὶ αὐτοῦ· πολλάκις δὲ καὶ περὶ ψυχῆς ὁ δρόμος. *Certamina etiam numquam sic temere ineuntur, sed semper de ipsomet: saepe etiam de vita periclitatur.* Cumque nullum adpareat Substantiuum, quo articulus referatur, Ellipsin esse necesse est. Quid autem subaudiatur, nondum vidi indicatum. Puto commodissimum esse ὁδὸς, *via*, *ratio*, *modus*, [Glossat. Eichstad. rectius in hoc Platonis loco νίκην subintelligendam existimat] quemadmodum et in τήνδε et τῇδε, item in ταύτην et ταύτῃ, saepe sic elliptice positis. Occurrit autem saepe τηνάλλως apud Demosthenem, vt contra Theocrinem τηνάλλως πράγματ' ἔχειν. — Olynth III. (Vol. I. 34. 11. Reisk.) καὶ ταῦτ' — — οὐχ ἵν' ἀπέχθωμαί τισιν ὑμῶν την-

ἄλλως προϊέμαι λέγειν, *atque haec, non vt quosdam infensos reddam mihi, sic temere volui dicere.* — Philipp. II. (Vol. I. 73. 21. Reisk.) οὐδ' ἵνα τηνάλλως ἀδολεσχῶ, *neque vt sic temere garriam.* — Exord. XLIX. λέγω δὲ ταῦτα οὐχ' ἵνα τηνάλλως ὑμᾶς δεδίττωμαι, *vt temere vos terrefaciam* — de falsa leg. (Vol. I. 449. 13. Reisk.) οὐχ' ἕξει τί λέγῃ, ἀλλὰ τηνάλλως ἐνταῦθα ἐπαρεῖ τὴν φωνήν, *nihil habebit, quod dicat, sed sic temere hic tollet vocem,* et alibi. Saepe et apud Heliodorum, vt Lib. IV. p. 222. πλανᾶσθαί με τηνάλλως καὶ τὴν νόσον ἀγνοεῖν. Lib. V. p. 318. ἐγὼ δὲ τηνάλλως πόῤῥωθεν εἰπόμην, *ego vero a longinquo nequidquam sequebar,* vbi inepte interpres *loquebar*, quia εἰπόμην legebat, [nec correxit ibi I. P. Schmidius] vti et editum, quasi vero id quisquam vsurpauerit Graecorum pro εἶπον. Sed τηνάλλως aliquoties alibi apud Heliodorum [et Dionem Cassium v. Ind. Reimari]. Inueni et τηνάλως scriptum, sed sine dubio vitiose. Ita apud Aristidem fol. 51. lin. 57. Ed. Iuntinae et Synesium Ep. 147. in fine Ed. Aldinae. *Bergler.*

2. τῆς ἀνθρώπου. De ἡ ἄνθρωπος vide quos laudat Cl. Loesner Obseruatt. ad N. T. e Philone p. 134.

3. θεῷ μυσταγωγοῦντι. Achilles Tatius Lib. II. p. 107. ἐὰν ἡμᾶς Ἀφροδίτη μυσταγωγήσῃ. *Bergler.*

5. τῆς θαλαττίας θεοῦ τεκούσης τοῦτο τὸ παιδίον. Simili argumento vtitur Leander apud Musaeum illum iuniorem, vbi animum suum adloquitur, ne timeat in tranando freto ad amicam v. 248. Ἀγνώσσεις ὅτι Κύπρις ἀποσπορός ἐστι θαλάσσης; *an nescis Venerem e mari natam esse?* Et Melitta apud Achillem Tatium Lib. V. p. 315. dicens in mari versantibus et nauigantibus complexus Venereos vel maxime conuenire: πᾶς δὲ τόπος τοῖς ἐρῶσι θάλαμος· οὐδὲν γὰρ ἄβατον τῷ θεῷ. ἐν τῇ θαλάσσῃ δὲ, μὴ καὶ οἰκειότερός ἐστιν ἔρωτι καὶ Ἀφροδισίοις. θυγάτηρ Ἀφροδίτη θαλάσσης. χαρισώμεθα τῇ γαμηλίῳ θεῷ. τιμήσωμεν αὐτῆς γάμῳ τὴν μητέρα. *Quilibet locus amantibus est thalamus; (nihil enim inacces-*

*ſum Deo, Cupidini) in mari autem, cogita, annon et conuenientior ſit locus amori et Venereis arcanis. Venus filia eſt maris. Gratificemur nuptiarum Deae. Honoremus eius matrem opere nuptiali.* Quem locum in editis obſcuriſſimum tali verſione et vnius literae mutatione (οἰκειότερος pro οἰκειότερον ſcribendo) clariſſimum reddidi. Salmaſius diſtinctione iuuari poſſe putat, ſed ea diſtinctio admodum coactam facit ſententiam. Addidi autem verbum *cogita*, quia in Graecis ſubauditur ante μὴ, vt ſaepe alias ὅρα vel ἐνθυμοῦ vel ſimile: et eſt ea Ellipſis elegans, de qua alias, vbi res feret. [Nupero Achillis Tatii editori Bip. hic Bergleri locus in mentem non venit, ſanum autem locum exiſtimat, ſi ſignis interrogationis deletis cum Cod. Bauarico omittas μὴ καί.] Ceterum vt hic Ἀφροδίτη Θαλαττία, ita et Ἔρως Θαλάττιος apud Lucianum in Encomio Demoſth. §. 13. (T IX. Bip. p. 143.) vbi his contradiſtinguit Οὐρανίαν Ἀφροδίτην et Οὐράνιον Ἔρωτα, quod et alii faciunt multi. Et per τὸ παιδίον intelligitur ὁ Ἔρως, *Cupido. Bergler.*

6. πρὸς μητρός. Ita vſurpatur haec praepoſitio in Genealogiis. Demoſthenes contra Eubulidem. (Vol. II. 1303. 28. Reisk.) Ἀθηναῖον ὄντα καὶ τὰ πρὸς πατρὸς καὶ τὰ πρὸς μητρός. — Item aduerſus Midiam, de Alcibiade loquens: (Vol. I. 561. 15. Reisk.) ἐκεῖνος λέγεται πρὸς πατρὸς μὲν Ἀλκμαιωνιδῶν εἶναι — πρὸς δὲ μητρὸς Ἱππονίκου, καὶ ταύτης δὴ τῆς οἰκίας, ἧς ὑπάρχουσι πολλαὶ καὶ μεγάλαι πρὸς τὸν δῆμον εὐεργεσίαι. *Bergler.* Adde, ſi vis, Irmiſcum ad Herodian. T. I. p. 245.

## Epistola XX.

### Θερμολέπυρος Ὠκίμωνι.

Σχέτλια πεπόνθαμεν· τοῖς γὰρ ἄλλοις οὖθαρ, καὶ μῆτραι καὶ ἧπαρ δρόσῳ προσεοικὸς διὰ τὴν ἐκ τῆς πιότητος λεπτότητα παρέκειτο, ἡμῖν δὲ ἔτνος ἦν τὸ βρῶμα· καὶ οἱ μὲν Χαλυβώνιον ἔπινον, ἐκτροπίαν δὲ ἡμεῖς καὶ ὀξίνην. Ἀλλ' ὦ μοιραῖοι θεοὶ καὶ μοιραγέται δαίμονες, δοίητε παρατροπὴν τῆς ἀδίκου ταύτης τύχης, καὶ μὴ τοὺς μὲν διηνεκεῖ φυλάττετε εὐτυχίᾳ, τοὺς δὲ τῇ λοιμῷ συνοικίζετε. Ἡ γὰρ Φορὰ τῆς εἱμαρμένης τὰ τοιαῦτα κατηνάγκασεν. Ἄδικα πάσχομεν πρὸς αὐτῆς οἱ λεπτῇ καὶ στενῇ κεχρημένοι τῇ τύχῃ.

## ADNOTATIO CRITICA.

Tit. Ὠκίμωνι. Cod. Vind. A. ΩκίμΟνι. Fortasse neutrum recte.

3. λεπτότητα. Vulgata ποιότητος λεπτότητα. Haec bene expressit interpres: *propter qualitatis subtilitatem.* Nempe propter hanc subtilitatem qualitatis hepar simile est rori. Quae sane subtilia sunt, et metaphysico ingenio indigent, vt sanus sensus eliciatur; nam ille, quem prae se ferunt, ridiculus est: quasi hepar illud propter tenuitatem et exilitatem simile fuerit rori, qualia hepatia non nisi cicadarum coena esse possent, quae rore victitare dicuntur, quem eis nullus inuidebit parasitus. Sed quid multa? lege διὰ τὴν ἐκ τῆς πιότητος λιπαρότητα, quod πιότητος est in Ms. Vaticano, λιπαρότητα autem ex coniectura, quod licet saepe idem quod alterum significet, tamen non raro *candorem* potius indicat. Hesychius: λιπαρόν. λευκὸν, στίλβον. Illa autem πιότης s. *pinguedo* non est hepati naturalis (nam

expers eius est) verum ab arte culinaria. Athenaeus Lib. III. p. 107. Casaub. ἔθος τῷ ἐπὶ πλῶ περικαλύπτεσθαι τὰ ἡμάτια, *mos erat omento contegi hepatia.* Cuius rei causam iocosam adfert ibidem Alexis: αἰσχύνουσα γὰρ πελιδνὸν ὂν τῷ χρώματι, *verecundatur enim, quia lívido est colore.* Ita autem hic scribo, addito ὂν, quod damno metri et sensus exciderat, quia eadem syllaba praecesserat in πελιδνὸν, vt saepissime factum iam monuimus ante. Marginalem lectionem, in qua metrum integrum est, non probo, licet ea placuisse videatur Casaubono in Animaduerss. Ad eumdem autem modum non inepte quidam dixit, rubicundos istos numos, qui pro argenteis valent, pudore adfici ob paucitatem admisti argenti. Quod si minus placet λιπαρότητα, retineatur sane λεπτότητα, sed deleta praepositione ἐκ, id quod in versione exhibui: *propter pinguedinis tenuitatem.* Haec *Berglerus.*

Piersonus Verisimil. p. 94. „Optime Berglerus e Ms. Va„ticano pro ποιότητος legit „πιότητος. Sed coniectura „eius λιπαρότητα pro λεπ„τότητα nimis a vulgata re„cedit. Posset λευκότητα „coniici. Verum illa διὰ τὴν „ἐκ τῆς πιότητος λεπτότη„τα a scioli [quid? si scio„lus iste Alciphron ipse fuis„set? W.] manu profecta vi„dentur, qui ex Aristotele „τὸ λεπτὸν τῆς δρόσου no„verat. Resciscis itaque illis, „cetera sic legenda sunt: καὶ „μῆτραι, καὶ ἧπαρ δρόσῳ „προσεοικὸς παρέκειτο."

In reponenda πιότητι facile vtrique, et Berglero, et Piersono obsecutus sum, retinui autem λεπτότητα, quam Aristoteles tueri videretur. Si quis vero ex me quaerat, λιπαρότης Bergleri, an Piersoni λευκότης mihi magis placeat, fateor, me secundum Berglerum pronuntiare malle. W.

8. εὐτυχίᾳ. Ms. Vatic. διηνεκῶς φυλάττετε ἐν εὐτυχίᾳ eodem sensu manente. *Bergler.*

9. συνοικίζετε. Ms. Vatic. τοῖς δὲ λΙμὸν συνοικίζετε. Si in vulgatis legatur λΙμῷ, res eodem redit, et ita praestat, idque in versione sequor. *(fami detis contubernales) Bergler.* — Cod. Vind. A.

τοῖς δὲ τὸν λΟΙμόν. Sic συζᾷν τῇ πενίᾳ et ſupra Ep. 8.

9. Φορᾷ — κατηνάγκασεν. Ms. Vatic. τῇ γὰρ Φορᾷ — — κατηνάγκασται. nec ſic male. *Bergl.*— Cod. Vind. A. itidem κατηνάγκασται, retinet tamen ἡ Φορά.

11. τύχῃ. Cod. Vind. A. addit articulum τῇ. recte.

## COMMENTARIVS.

1. οὔθαρ. Plutarchus *de ſanitate tuenda*, inter rara et pretioſa numerat p. 124. vbi de eorum ſtultitia, qui, licet non eſurientes, tamen comedunt, tantum raritate et pretioſitate ciborum impulſi, dum opinantur ὡς ἄτοπόν ἐστι, πράγματος σπανίου καὶ πολυτελοῦς μὴ ἀπολαῦσαι παρόντος, οἷον οὔθατος, ἢ μυκήτων Ἰταλικῶν etc. *abſurdum eſſe, ſi quid rari et pretioſi adſit, non frui; veluti ſumine, vel fungis Italicis* etc. *Bergler.*

2. μῆτραι. De praeſtantia huius cibi Antiphanes Comicus apud Athenaeum Lib. III. p. 100. Μήτραν τινὲς πωλοῦσιν, ἥδιστον κρέας. Vide ibidem plura. Horatius etiam Lib. I. Ep. 15. v. 40. *Non hercule miror, Aiebat, ſi qui comedunt bona, quum ſit obeſo Nil melius turdo, nil vulva pulcrius ampla. Bergler.* v. etiam Interpretes ad Petronium Cap. 35. p. 147. ed. Burm. prioris.

2. ἧπαρ. Hepar variorum animalium in deliciis habebant veteres. Athenaeus Lib. III. c. 25. p. 107. Marſ. Cagnatus Var. Obſ. II, 14. Lud. Nonnius de re cibaria II, 13. p. 200. quae loca debeo Bernardo ad Nonnum T. I. p. 232. W.

4. ἔτνος. puls e leguminibus cocta. Timaei Lex. Platonicum. Ἔτνος. ὄψον ἐξ ὀσπρίου, vbi vide quae adſcripſit Cl. Ruhnkenius p. 124. ed. ſec. cf. etiam Λεξικὸν περὶ πνευμάτων ad calcem Ammonii a Valkenario editi p. 219. vbi Ἔτνος. τὸ φάβα — τινὲς δὲ καὶ τὸ Ἔτνος δαδύνουσιν — δηλοῖ δὲ τὸν ἐψημένον κύαμον. W.

4. Χαλυβώνιον. scil. οἶνον. Vinum a loco quodam Syriae, vt ait Hesychius. Persarum rex, cui, quidquid vbique esset delicatissimum, conquirebatur, vinum non nisi Chalybonium potabat. v. Strabonem extremo Lib. XV. Athenaeum I. p. 28. et Eustathium p. 1499. lin. 64. Perperam habetur et corrupta est haec vox, non tantum apud Suidam, vbi Χαλυδώνιος, verum etiam apud Plutarchum de Fortuna Alexandri Orat. II. p. 342. vbi dicitur finis expeditionis Alexandreae in Asiam fuisse οὐ χρυσὸς ὑπὸ μυρίων καμήλων περικομιζόμενος, οὐ τρυφαὶ Μηδικαὶ καὶ τράπεζαι καὶ γυναῖκες, οὐδὲ Χαλυβώνιος οἶνος, οὐδὲ Ὑρκανικοὶ ἰχθύες· ἀλλ' ἑνὶ κόσμῳ κοσμήσαντα πάντας ἀνθρώπους, μιᾶς ἡγεμονίας, καὶ μιᾶς ἐθάδας διαίτης καταστῆσαι. *Non aurum ab innumeris camelis circumferendum, neque luxus Medicus, mensae et mulieres, neque Chalybonium vinum, neque Hyrcanici pisces; sed vt in ordinem redactos omnes homines, vnique principatui subditos, vni vitae rationi adsuefaceret.* Hic editiones habent Καλυδώνιος et versio *Calydonium*, quod vinum non in Asia, sed in Graecia quaerendum fuisset. *Bergler.* Eadem fere habet Brissonius de regno Persarum p. 129. ed. Lederlin. 1710. Meminit etiam huius vini Iul. Pollux Lib. VI. Segm. 16.

5. ἐκτροπίαν. Iulius Pollux Lib. VI. Segm. 2. ὁ δὲ φαῦλος οἶνος, δευτερίας, ἐξεστηκὼς, ἐκτροπίας, τροπίας, ὀξίνης, ὀξώδης. Et Lib. I. Segm. 18 οἶνος —— δευτερίας, ἐξεστηκὼς, τροπίας, ἐκτροπίας, ὀξίνης. Quibus tamen in locis editio nouissima ἐΝτροπίας recepit ex Hesychio et Suida. Non male expossuit H. Stephanus ἐκτροπίας, qui passus est ἐκτροπὴν et ἔκστασιν etc. Ceterum quod ad rem ipsam attinet, dum de inaequalitate conviuii conquerentem facit parasitum Noster, in eo etiam videtur Λευκιανίζειν, vt alias non raro. Lucianus in festiuissimis illis epistolis Saturnalibus §. 22. (T. IX. Bip. p. 27.) hoc argumentum tractauit. Pauperes aequalitatem illam et communionem bonorum, quae sub Saturno obtinuerat, reduci cupientes, inter alia, quibus in contrarium statum, in

diuitum insolentiam et illiberalitatem inuehuntur, agunt etiam de more conuiuiorum emendando. Nempe vt in posterum apud vnumquemque diuitum quaterni aut quini pauperes coenent; non more recepto, in quo nihil aequale, si quando pauperior inuitetur. Non oportere ergo inter alia, quae perperam fiant, structorem ἐσκομισθέντος συὸς διανέμονται, τῷ μὲν δεσπότῃ παρατιθέναι τὸ ἡμίτομον ὅλον σὺν τῇ κεφαλῇ· τοῖς δὲ ἄλλοις ὀστᾶ φέρειν ἐγκεκαλυμμένα, *si forte aper illatus fuerit, in distributione domino quidem adponere omnino dimidium vna cum capite, ceteris autem ossa obtecta ferre.* Deinde de vino etiam monent, τὸν οἶνον — πᾶσι τοῖς συμπόταις ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι, *vt omnibus conuiuis vnum idemque sit.* Nullam enim legem in rerum natura esse, quae praecipiat, τὸν μὲν ἀνθοσμίου μεθύσκεσθαι, ἐμοὶ δὲ ὑπὸ τοῦ γλεύκους διαῤῥήγνυσθαι τὸν γαστέρα, *vt alius quidem vino fragrantissimo inebrietur; mihi autem musto disrumpatur aluus.* Vide etiam Epistolam Saturni, quam in Pauperum gratiam scripsit ad Diuites. Atque sic fere solet dines, si forte pauperem conviuio excipiat, contrarium autem fit, si pauper diuitem. Sicut mus ille rusticus Horatianus, qui vrbanum murem inuitauerat, suum defraudat genium, illi autem delicatissima quaeque adponit — *cupiens varia fastidia coena Vincere tangentis male singula dente superbo*, eidemque — *dapis meliora relinquens. Bergler.*

5. μοιραῖοι θεοὶ καὶ μοιραγέται δαίμονες. Intelligi possunt Iupiter et Apollo. Iupiter, quia is fatorum arbiter, vel saltem ea nouit. Pausanias Lib. V. c. 15. memorat aram apud Elidem Moeragetae dedicatam, et interpretatur de Ioue: ἰόντι δ' ἐπὶ τὴν ἄφεσιν τῶν ἵππων, ἔστι βωμός. ἐπιγέγραπται δὲ ἐπ αὐτῷ Μοιραγέτα. δῆλον οὖν ἐστιν ἐπίκλησιν εἶναι Διός, ὃς τὰ ἀνθρώπων οἶδεν, ὅσα διδόασιν αἱ Μοῖραι, καὶ ὅσα μὴ πέπρωται σφισι. Vnde ei arae vicina alia, Parcarum ara, Μοιρῶν βωμός, eodem ibidem teste. — Apollo autem, quia is ex reuelatione Iouis *fata canebat*, futura praedicens, vnde

illud Virgilii, Aen. III, 251. *Quae Phoebo pater omnipotens, mihi Phoebus Apollo Praedixit.* Cognominatur autem et iste Μοιραγέτης. Idem Pausanias Lib. X. c. 24. in templo Delphico simulacra Parcarum, Iouis Moeragetae, et Apollinis Moeragetae, vno loco posita dicit; et cum tres sint Parcae, loco vnius Iouem esse et Apollinem: ἔστηκε δὲ καὶ ἀγάλματα Μοιρῶν δύο, ἀντὶ δὲ αὐτῶν τῆς τρίτης Ζεύς τε Μοιραγέτης καὶ Ἀπόλλων σφισὶ παρέστηκε Μοιραγέτης. Adparet autem, μοιραίους et μοιραγέτας promiscue dixisse auctorem, θεοὺς autem et δαίμονας secundum adcuratam loquendi rationem. Et forte per δαίμονας intelligit Idaeos Dactylos, Titiam et Cyllenum, qui et ipsi et ex illa cohorte soli, Μοιραγέται cognominati, teste Apollonio Rhodio Argon. Lib. I. v. 1127. Sed malo, vt per δαίμονας intelligatur *suus cuiusque Genius*, δαίμων ὁ τὴν ἡμετέραν μοῖραν εἰληχώς, vt loquitur Lysias in Epitaphio, *Daemon qui fata nostra sortitus est.* De hoc Horatius Lib. II. Epist. posteriore, vbi penes hunc Genium esse causam indicat, cur tanta sit diuersitas inter homines: eumque solum scire, cur ea saepe et in fratribus animaduertatur: quemadmodum scilicet in Terentianis illis, qui Comoediae nomen dedere, vbi Mitio dicit de fratre Demea: — *is adeo Dissimili studio est inde ab adolescentia. Ego hanc clementem vitam vrbanam atque otium Secutus sum* etc. — *Ille contra — Ruri agere vitam, semper parce ac duriter se habere* etc. hoc, inquam, cur fiat, dicit Horatius v. 187.

Scit Genius, natale comes qui temperat astrum,
Naturae Deus humanae.

*Bergler.*

## Epistola XXI.

Κωνωποσφράντης Ἰσχολίμῳ.

Ἀνεμιαίους ἐλπίδας ἔσχον ἐπὶ τῷ μειρακίῳ Πολυκρίτῳ. Ὠμην γὰρ αὐτὸν, εἰ τεθναίη αὐτῷ ὁ πατὴρ, χύσιν ἐργάσασθαι τῆς οὐσίας πολλὴν, καὶ ἀδηφαγοῦντα, καὶ καθηδυπαθοῦντα μετά τε ἡμῶν, μετά τε τῶν ἑταιρῶν, ὅσαι κατὰ τὴν ὥραν πρωτεύουσιν, ἐξαντλοῦντα ἢ τὸ πᾶν ἢ τὸ πολὺ τῆς οὐσίας. Ὁ δὲ ἐπειδὴ Κρίτων αὐτῷ ὁ γεννήσας ἀπεγένετο, σιτεῖται μὲν ὀψὲ τῆς ἡμέρας, καὶ τοῦτο τῆς ὥρας ἡλίου λοιπὸν ἀμφὶ δύσιν ἔχοντος. Σιτεῖται δὲ οὐδὲν τῶν πολυτελῶν, ἄλλ' ἄρτον τὸν ἐξ ἀγορᾶς, καὶ ὄψου, εἴποτε εὐημερίας ἡμέραν ἐπιτελοίη, δρυπετεῖς ἢ φαυλίας. Διαμαρτὼν οὖν τῆς θαυμαστῆς ταύτης ἐλπίδος οὐκ οἶδ' ὅ, τι καὶ δράσαιμι· εἰ γὰρ ὁ τρέφων δεῖται τοῦ τρέφοντος, τί ἂν εἴη ὁ τρέφεσθαι ὀφείλων; λιμώττοντα δὲ λιμώττοντι συνεῖναι διπλοῦν τὸ βάρος.

## ADNOTATIO CRITICA.

Tit. Ἰσχολίμῳ. Ms. Vatic. [vti et Vind. A] Ἰσχνολίμῳ, quod nomen Parasito conueniens a macritudine et fame. Sed nec vulgatum alienum, ab ἴσχειν, quasi qui famem a se arceat, vt ἰσχομάχος, qui pugnam. Non absimile huic parasiti Plautini in Persa nomen Saturionis. Qui cum forte esuriens nomine adpellatus fuisset, *Mendacium aedepol dicis*, inquit, *nam Esurio venio, non advenio Saturio.* Haec *Bergler*us, cui tamen ita contra-

dicit Doruilius ad Charitonem p. 679. vt in Codice suo Ισχνολίμῳ itidem inuenisse fateatur quidem, addat tamen, se nec Ισχολίμῳ aliter accepturum fuisse, non ab ἴσχω, quod voluerat Berglerus: occurrit nempe in Charitone p. 434. ἰσχαλέης, vbi Doruil. perinde, inquit, ἰσχναλέης foret, sed illud esse Homericum. — Ceterum et prius nomen Κωνωποσφράντης non per ω sed ο effert liber Vind. A.

1. ἔσχον. Ms. Vatic ἔχω. parum interest, sed vulgatam praefero. *Bergler.*

2. ὤμην γὰρ αὐτὸν ἐξαντλοῦντα. Hic ab Edd. in quit Berglerus, paullulum recessi, quae ita: ὤμην γὰρ αὐτὸν ἢ τεθνάναι, ἢ αὐτῷ τὸν πατέρα χύσιν ἐργάσασθαι. Haec autem scriptura totius Epistolae sensum inuertit et peruertit; nam secundum eam hoc dicit Parasitus: *se frustra sperasse de adolescente, quia nimirum putaverit eum aut mortuum esse, aut patrem eius bona sua dilapidasse. Sed quoniam neutrum factum sit, eo rem deuenisse, vt adolescens frugalius iam viuat et parcius, itaque se tanta de spe decidisse.* Atqui si putabat mortuum esse, aut rem periisse, prorsus non erat sperandum. Deinde, quandoquidem nec res nec ipse perierat, id spem faciebat potius, quam adimebat. Illud etiam quale est! Non adolescentem sed senem dilapidare bona, et adfinem esse earum rerum, quas secum fert adolescentia. Propter has et alias absurditates non dubitaui textum nonnihil mutare, adiutus aliquantulum ope Ms. Vat. vbi αὐτὸν ἢ τεθνάναι ἢ αὐτῷ ὁ πατὴρ χύσιν ἐργάσασθαι. [Ad literulam vsque consentit Cod. Vind. A.] Hic ὁ πατὴρ rectum est, sed cum eo illud τεθνάναι soloecismum intolerabilem efficit. Cetera ex coniectura, leuiter et minime violenter, εἰ τεθναίη ἢ sensu optimo et perspicuo. Est enim plane ex moribus Parasitorum, maiora sperare ab adolescentibus regibus suis, si horum patres moriantur, idque optare. Et solent isti etiam spem meretricum ac Parasitorum sic sustentare: ἐὰν ὁ πατὴρ — εἰ κύριος γένωμαι τῶν πατρῴων, vt Chaereas ille ad Musarium suam

dicere solitus apud Lucian. Dial. Meretr. 7. (T. VIII. Bip. p. 225.) vbi et ipsa meretricula: πολλὰς ἐλπίδας ἔχομεν παρ' αὐτοῦ, ἢν ὁ γέρων μόνον καταμύσῃ — Pro ἐργάσασθαι mallem ἐργάσεσθαι, aut ἂν ἐργάσασθαι, et videtur ἂν excidisse propter similitudinem antecedentis ιν vt saepe. — Pro πολλὴν Ms. πολλάκις. — καὶ ἀδηφαγοῦντα. Ms. καὶ ἀδδηφαγοῦντα. Vtraque scriptura passim occurrit. Mallem autem καταδηφαγοῦντα, vel καταδδηφαγοῦντα. — Ἐξαντλοῦντα Ms. ἐξαναλοῦν τὸ πολὺ τῆς οὐσίας.

Haec omnia Bergleri sunt, cuius verba sedulo exscripsi, nihilque in contexto, vti eum constituit, mutandum esse censui. Vidi tamen postea, Lennepium in notis ad Phalaridis Ep. 103. p. 295. in quibusdam dissentire a Berglero. Quoniam iste liber non omnibus ad manus erit lectoribus, mihi vero ante aliquot annos vtendum eum per aliquod tempus concessit Cel. Beckii humanitas, non ingratum fore existimaui, si, quod maturius iusto Musis ereptus Lennepius aduersus Berglerum monuerit, adiicerem. Antecedente, inquit, καὶ ἀδηφαγοῦντα verbum requiritur infinitum: [quid vero? si hoc verbum infinitum esset τὸ χύσιν ἐργάσασθαι, a quo participia pendeant sequentia: καὶ καταδηφαγοῦντα — καθηδυπαθοῦντα — ἐξαντλοῦντα? W.] nam Bergleri καταδηφαγοῦντα pro καὶ ἀδηφ. non probo. [quidni? Mihi quidem videtur Berglerus voluisse retineri etiam τὸ καὶ, ita: καὶ καταδηφαγοῦντα, idque κατὰ verbo additum ipsi placuisse, vt responderet sequenti καθηδυπαθοῦντα, ita vt τοῦ καὶ et τοῦ κατὰ in vtroque verbo repetitione, vti postea duplicato μετὰ spem suam parasitus ille augere, longeque ardentiori cum adfectu exprimere voluerit. W.] Friget porro, sic pergit Lennepius, ἢ τὸ πᾶν ἢ τὸ πολὺ τῆς οὐσίας. [Nec hoc concesserim. Sed accidisse videtur viro, dum viueret, praeclarissimo, quod et aliis summis viris accidere solet, vt, si quam semel inire posse credidissent emendandi viam, eam, repudiatis omnibus,

prosequantur, floremque saepe non inutilem proculcent. W.] Habet quidem Ms. notante Berglero ἐξαναλοῦν τὸ πολὺ τῆς οὐσίας, praetermissis verbis ἢ τὸ πᾶν etc. Sed antecedente χύσιν ἐργάσασθαι *lenius* verbium ἐξαναλίσκειν. [At vero Berglerus primum non dicit, Ms. ignorare verba ἢ τὸ πᾶν etc. deinde vero *lenitatem* verbi ἐξαναλίσκειν probe animadvertisse ipse videtur, ideoque ἐξαντλεῖν, quod *grauius* est, retinuisse. Nec adstipulari possum Arnaldo, qui in Misc. Obseruatt. T. IV. p. 151. mavult ἐξαναλόντα.] Quare in verbis ἢ τὸ πᾶν ἢ latere arbitror δαπανῆσαι, eique interpretando inseruiisse ἐξαναλοῦν, quo alterum interdum reddunt Grammatici. Alciphronis itaque ex Lennepii mente fuisse videntur haec: ᾤμην γὰρ αὐτὸν — χύσιν ἐργάσασθαι τῆς οὐσίας πολλὴν, καὶ — δαπανῆσαι τὸ πολὺ τῆς οὐσίας. [Ingeniosam acutamque Lennepii coniecturam esse non eo quidem infitias, defendi tamen commode posse arbitrabar Berglerum, cuius bonam cautam an male egerim, aliorum esto iudicium.]

7. Κρίτων. Vulgata κρίνων. Illud κρίνων cum mihi suspectum hic sit, verti, quasi esset ῥᾴων. Hoc antecedentia requirunt, vt dicat: *Tantum abest, vt mortuus fuerit, vt etiam meliuscule habeat.* Nam senem periculose decubuisse adparet, quia Parasitus moriturum sperauerat. Ita autem infra Ep. 38. de animi aegritudine ῥᾴων γέγονα, et Achilles Tatius II. p. 77. ed. Salmas. de dolore corporis leuato: καὶ ἔλεγεν ἡ Κλειὼ μετὰ μικρὸν ῥᾴων γεγονέναι. Nec dubito hic etiam ita scripsisse Alciphronem, non recepi tamen, quia longiuscule a κρίνων recedit καὶ ῥᾴων. Ms. hic nihil iuvat [nec Vindob. etiam] vbi itidem κρίνων, et insuper pro ἐγένετο — ἐξεγένετο, quod hinc alienum. Hactenus *Berglerus.*

I H. *Maius* Hist. de la rep. des lettres T. XI. p. 143. rescribendum censet εὐκρινὴς, *quum melius se habere coepisset pater*, vel, *postea quam ei de vita decessit pater*, vtramque enim, quamquam sibi oppositam significa-

tionem habere hanc vocem, Hesychio et Suida monentibus, sibi tamen posteriorem adridere ait. Haud male. — Post hunc *Io. Conr. Schwarzius* in monumentis huius et superioris seculi varii argumenti T. III. eumdem loco sensum, quem Maius, dedit, dum legeret κρείττων, quod pro *mortuo* haud raro vsurpari constat. Coniectura profecto non contemnenda, nisi aliam, eamque feliciorem attulisset *Adr. Heringa* Obseruatt. p. 291. qui, quum nomen proprium desiderari existimasset, maluit reponere Ῥίνων vel Κρίτων, legitque totum locum ita: ὁ δὲ ἐπειδὴ Κρίτων αὐτῷ ὁ γεννήσας ΑΠεγένετο, quod vtrumque et Valkenarius sibi antea in mentem venisse testatus est Heringae, nec huic secum inuentae tam felicis emendationis laudem postea denegauit in notis ad Herodoti Lib. II. 141. p. 170. vbi de voce ἀπογίνεσθαι pluribus agitur. — Nec silentio praetereundum hoc, quod idem Valkenarius paullo post voculam ὀψὲ ante τῆς ἡμέρας deletam rectius ante τῆς ὥρας posuerit. v. Animaduerss. ad Ammonium p. 78.

9. Ms. hic ita: ἀμφὶ τροπὰς τὰς εἰς δύσιν ἔχοντα. vbi ἔχοντα non recte. *Bergler.*

12. δρυπετεῖς. Edd. δορυπετεῖς, male, vt et [Meursio Atticar. Lect. VI, 7.] et Perizonio animaduersum. [peius adeo Cod. Vind. δορΙπετεῖς.] Inuenitur tamen et δρυπέτεις et δρυπέπεις, atque ita Ms. Vatic. *Bergler.*

15. τρέψοντος. Ita edidi ex Ms. editiones θρέψαντος, quod tempus hic non habet locum. *Idem.*

15. τί ἂν εἴη. Ms. τίς ἂν εἴη. Vulgatam praefero. Vt τί γέγονεν ὁ δεῖνα, quid illo homine factum est? Ita autem solent loqui. *Idem.*

16. λιμώττοντι. Vulgata hoc solum habet. Ms. addit etiam Accusatiuum sic: λιμώττοντα δὴ λιμώττοντι συνεῖναι. Rectius, nisi quod δὲ hic praeferendum. *Bergler.* — Veriorem hanc lectionem, multoque grauiorem esse eiusdem vocis repetitionem, facile agnoscet, cui teretes aures sunt, eamque non Dorvilius tantum v. ad Chariton. p. 537. sed Vind. etiam A.

confirmat, qui posterior adeo non δὴ, sed, quod coniiciebat Berglerus, δὲ recte habet.

17. βάρος. Ms. βλάβος. *Bergler.*

## COMMENTARIVS.

1. Ἀνεμιαίους ἐλπίδας. Hoc Atticorum proprium, vti praecipiunt Grammatici, Thomas Magister p. 68. Moeris Atticista p. 73. sine causa tamen, vt saepe. Vide ad vtrumque Interpretes et ipsum Nostrum, qui Lib. II. Ep. 2. habet ὑπηνέμους (rectius ὑπηνεμίους) δόξας, Epicuri nempe sic dictas κυρίας. W.

3. Χύσιν ἐργάσασθαι. Thomas Magister v. χύσις habet: χύσις σοφίας ἐρεῖς, οὐ χῦμα. Sed legendum ex hoc ipso Nostri loco οὐσίας apud Thomam censuerunt in Addendis et Ruhnkenius et Oudendorpius. W.

9. καὶ τοῦτο τῆς ὥρας. Pro καὶ κατὰ τοῦτο, vt saepe. ὥρα autem hic indefinita pars diei, non duodecima. Demosthenes in Midiana (Vol. I. 541. 27. Reisk.) τῆς δὲ ὥρας ἐγίγνετο ὀψὲ, et Exord. LV. διὰ τὴν ὥραν τῆς ἡμέρας, *vt diei tempus est.* Terentius Heautont. Act. I. Sc. 1. v. 116. *Bergler.*

9. λοιπόν. Commode quandoque redditur per *iam*, vt hic et apud Heliodorum Lib. VI. sub initium: λοιπὸν καὶ ὄρθρου ὑποφαίνοντος, *cum iam et diluculum adpareret. Bergler.* Vide etiam Doruilium ad Charitonem p. 387. et Cel. Wyttenbachium in Bibl. Crit. Vol. III. P. I. p. 55. vbi ex Or. I. Iuliani Imp. p. 10. A. adfertur: πειράσομαι λοιπὸν ὡς ἡμῖν ἄξιον. Amat omnino Noster. v. supra Ep. 14. et Lib. III. Ep. 9. 49. 70.

9. ἀμφὶ δύσιν ἔχοντος. Cum iam in eo esset, vt ad occasum vergeret, cum iam quasi in eo occuparetur etc. Arrianus Hist. Alex. I. p. 23. ὅσοι ἀμφὶ ᾠδὴν ἔχουσι. Aeschylus in ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας v. 102. ἀμφὶ λιτὰν ἔξομεν. *Bergler.*

11. ἄρτον τὸν ἐξ ἀγορᾶς. Quasi alius aliquis panis sit melior, quam forensis. [Scrupulum tollit Hemsterhusius ad Luciani Nigrinum T. I. Bip. p. 266. qui panem in foro promercalem omnium optimum fuisse Athenis, sed eo tamen, quem puriorem domi ditiores confici curauerint, semper deteriorem contendit.] Ita sane et apud Plutarchum *de cohibenda ira*, de fastidioso circa cibum et potum, χιόνος δὲ μὴ, παρούσης, οὐκ ἂν πιὼν, οὔτε ἄρτον ἐξ ἀγορᾶς φαγών. *qui nisi nix* [v. praeter alios Xenoph. Memor. Socrat. II, 1. 30.] *adsit, non biberet, neque panem in foro emtum comederet.* At Archestratus, curiosissimus indagator eorum, quae ad gulam et ventrem faciunt, poëta festiuus:

— — τὸν δ' εἰς ἀγορὰν ποιεύμενον ἄρτον
Αἱ κλεῖναι παρέχουσι βροτοῖς κάλλιστον Ἀθῆναι.
*Panem autem ad forum factum Inclytae praebent mortalibus optimum Athenae*, apud Athenaeum Lib. III. p. 112. Harum autem epistolarum scena Athenis, vt Comoediarum Menandri ac Terentii. Forte quia tantum panem esitabat sine opsonio, vt sequentia indicant, id satis visum est ad tenuem victum significandum. Non satis placet; nam si victum extenuare vult, πιτυρίαν aut αὐτόπυρον ἄρτον rectius ei tribuerit. Videndum ergo, quomodo Noster et Plutarchus, qui itidem Athenas spectare videtur, sint conciliandi cum Archestrato: et praeterea cum Lynceo Samio, qui apud eumdem Athenaeum p. 109. dicit apud Athenienses σεμνύνεσθαι τοὺς ἀγοραίους ἄρτους, *Bergler.*

11. εὐημερίας ἡμέραν. Notetur hic Pleonasmus, sed εὐημερία est etiam omnino *felicitas*. v. de hac voce Spanhem. ad Callimachi H. in Cererem v. 136. p. 834. ed. Ernest. W.

12. δρυπετεῖς. Latine Drupae, ficus, quae colorem quidem mutare incipiunt, nondum tamen cibo maturae, vti ait Plinius Hist. Nat. Lib. XII. c. 27. Si quis vero eiusmodi dapibus delectetur, is euoluat Thomam Mag. p. 37. not. 3. p. 251. et 880. Moeridem, vbi et Noster a Piersono

laudatur, Scholiasten ad Luciani Lexiph. T. V. Bip. p. 191. Gatakerum ad Antoninum III, 2. p. 35. ed. Woll. Toupium Ep. Crit. p. 104. W.

12. *Φαυλίας.* Non tantum *cliuae Φαυλίαι*, de quibus hic, sed et alia quaedam poma, de quibus prouerbiali specie Teleclides apud Athenaeum Lib. III. p. 82. *Φαυλότεροι Φαυλίων μήλων*, *viliores malis phauliis*, quibus sua vilitas nomen dedit. Meminit *μήλων Φαυλίων* et Iul. Pollux Lib. VI. Segm. 45. *Bergler.* Hesychius: Φαυλία. *εἶδος ἐλαίας.* Eustathius ad Il. Ω. p. 1492. *ὅθεν καὶ Φαύλη ἐλαία ἡ μικρόκαρπος, καὶ ἡ Φαυλία γενομένη φασὶν ἐκ κυτίνου κοπέντος καὶ μεταφυτευθέντος,*

14. *ὅ, τι καὶ δράσαιμι.* Abundat καὶ vt saepe. Demosthenes Exord. 38. *πρῶτον μὲν ἕλεσθε ὅ, τι καὶ ποιήσετε.* Idem alibi, aliique. *Bergler.* quem tamen in eo reprehendit Ill. Locella ad Xenophont. Ephesium p. 165. et *τὸ καὶ* in *ὅ, τι καὶ* Latinorum *tandem*, *denique* esse contendit. v. etiam Irmiscum ad Herodianum T. I. p. 45. et Cel. Schweighaeuserum Ind. Polyb. h. v.

---

## Epistola XXII.

### Εὔβουλος Γεμέλλῳ.

Παρέκειτο μὲν ἡμῖν ὁ Γέλωνος τοῦ Σικελιώτου πλακοῦς ἐπώνυμος. Ἐγὼ δὲ καὶ τῇ θέᾳ μόνον πρὸς τὰς καταπόσεις εὐτρεπιζόμενος ηὐφραινόμην. Μέλλησις δὲ ἦν πολλὴ περιστεφόντων τραγημάτων τὰ πέμματα· ἦν δὲ ὁ καρπὸς τῆς πιστάκης καὶ βάλανοι Φοινίκων καὶ κάρυα τῶν ἐλύτρων ἐξηρημένα. Ἐγὼ δὲ πρὸς ταῦτα ἕκαστα ἐχθρὰ βλέπων ἀνέμενον ἐπαφήσειν ἐμαυτὸν

ἐγχανὼν τῷ πλακοῦντι· οἱ δὲ καὶ τὸ ἐντραγεῖν ἐπιμήκιστον ἐξέτειναν, καὶ κύλικος συνεχὲς περισβουμένης διατριβὰς καὶ μελλησμοὺς ἐνεποίουν. Τέλος ὥσπερ ἐκ συνθήματος τὴν ἐμὴν ἀναρτῶντες ἐπιθυμίαν, ὁ μέν τις κάρφος λαβὼν ἐξεκάθαιρε τὰ ἐνιζάνοντα τῶν βρωμάτων τοῖς ὀδοῦσιν ἰνώδη· ὁ δὲ ὑπτιάσας ἑαυτὸν οἷος ἦν ὕπνῳ κατέχεσθαι μᾶλλον ἢ τῆς τραπέζης φροντίζειν· εἶτα ἄλλος ἄλλῳ διελέγετο, καὶ πάντα μᾶλλον ἐπράττετο, ἢ ὁ ἡδὺς ἐκεῖνος καὶ ποθητὸς ἡμῖν πλακοῦς εἰς ἀπόλαυσιν ἤρχετο. Τέλος, οἷα εἰκὸς, οἱ θεοὶ κατοικτείραντες τὸ καταξηρον τῆς ἐμῆς ἐπιθυμίας, μόλις ποτὲ ἱμείροντά με τοῦ πλακοῦντος ἀπογεύσασθαι παρεσκεύασαν. Ταῦτά σοι γράφω οὐ τοσοῦτον ἐπὶ τοῖς ἡδέσιν ἡσθείς, ὅσον ἐπὶ τῇ παρολκῇ τῆς βραδυτῆτος ἐκτακείς.

## ADNOTATIO CRITICA.

Tit. Cod. Vind. A. inuertit nomina ita, vt pro Εὔβουλος Γεμέλλῳ ponat Γέμελλος Εὐβούλῳ.

1. ὁ Γέλωνος — ἐπώνυμος. Haec eſt Ms. Vaticani ſcriptura, in editionibus autem ὦ Γέλλων ὁ τοῦ Σικελιώτου, quae fideliter interpres reddit, nempe adpoſitam fuiſſe placentam eiusdem *cum oſſe Siculo nominis*, quae ſunt portenta: oſſa nempe in Sicilia nominibus propriis inſigniri vt homines, vrbes, montes, fluuios: et ab eiusmodi quodam oſſe cognominatas dari placentas, a quarum natura nihil alienius, quam oſſa. Vt tales placentae ſine dubio nullae, ita hominibus, vt hic Geloni, Siciliae tyranno, cognomines dantur, vt *Apiciae* vel *Apicianae placentae*, Νικόλαοι πλακοῦντες, nec non Φιλοξένειοι. [v. omnino Athenaeum Lib. I. c. 5 — 7. W.]

Et putabam aliquando, antequam Msti copia fieret, legendum esse: ὦ Γέμελλε, ὁ τοῦ Σικελιώτου πλακ. ἐπώ. vt intelligeretur placenta a Philoxeno nomen sortita: qui licet patria Cytherius fuerit, Σικελιώτης tamen dici possit propter diuturnam et celebrem cum Dionysio, Siculo Tyranno, conversationem: nec obstare, quod placentae illae a Leucadio Philoxeno dictae perhibeantur; pleraque enim eadem istis duobus tribui. Sed Msti potior apud me auctoritas, si vel nusquam alibi memorentur Γέλωνες vel Γελώνειοι πλακοῦντες. Accedit Clariss. doctissimique viri, *Iac. Perizonii* coniectura, etsi nonnihil a Msto recedens, idem tamen confirmans. Sic enim ille in epistola ad me, vbi de aliis etiam quibusdam Alciphronis locis agit: *Epist. 22. Eubuli ad Gemellum putem legendum*, ὦ Γέμελλε, Γέλων ὁ τοῦ Σικελ. etc. *Nosti ex historiis Gelonem Siculum, a quo, vel eius patria Gela, potuit haec placenta nomen Gelonis habuisse.* Adparet autem, Cl. Virum non animaduertisse, hanc epistolam, exstantem in apographo Codicis Vaticani Epistolarum Alciphronis, quam pro insigni sua humanitate benigne mecum communicauit. Exstat autem cum duabus antecedentibus, sed sola omnium absque titulo. Ceterum Σικελικὸς πλακοῦς memoratur apud Athenaeum Lib. XIV. p. 647. vbi eadem placenta intelligi potest, quae et hic. Commodum haec scripseram, cum literas accipio a Cl. Viro *la Croze*, in quibus itidem vltro emendationes quasdam suas doctissimas in Alciphronem mecum communicauit. Is de hoc loco ita: *Puto legendum* παρέκειτο μὲν ἡμῖν, ὦ Γέμελλε, ναστὸς ὁ τοῦ Σικελιώτου πλακοῦς ἐπώνυμος. *Ratio emendationis constat ex Polluce* Lib. VI. Cap. XI. Segm. 78. εὐδόκιμοι δὲ οἱ Σάμιοι πλακοῦντες καὶ οἱ Φιλοξένιοι, τοῦ Λευκαδίου Φιλοξένου εὕρημα. ναστοὶ δὲ οἱ αὐτοὶ καὶ σακτοὶ καλοῦνται. Haec ille, in quibus laetor confirmari meam coniecturam. Praecipue illud ναστὸς placet, de quo non cogitaueram. *Bergler.* [De ναστὸς v. inprimis Hesych. v. ναστὰ et ναστὸς

et ibi Intt. Suidam, Biſetum ad Ariſtoph. Plutum 1143. W.]

10. ἐπιμήκιστον. Cod. Vind. A. ἐπὶ — μήκιστον, diuiſim. v. ad Ep. 1.

11. μελλησμούς. Ita ſcripſi audacter ex Ms. Vaticano pro vulgato μελισμούς. [quod etiam eſt in Cod. Vind. A.] quod diuiſionem hic membratim factam non opportune importat, cum tantum de mora et dilatione agatur. Videtur autem haec vox viris eruditiſſimis non valde obuia fuiſſe, niſi in Lexicographis Graecis. Certe Iungermannus in Iulio Polluce libenter videtur eam muniturus fuiſſe teſtimonio ſcriptoris alicuius more ſuo, ſi in promtu fuiſſet. Et Henr. Stephanus in Theſ. his tantum defungitur: *Μελλησμὸς itidem (vt μέλλησις) pro Cunctatio et Tarditas, adfert autem ex Polluce Budaeus.* Non autem plane indicta eſt. Occurrit apud Dionyſium Halic. in Antiquit. [Lib. VII. c. 17. p. 1353. ed. Reisk.] οὐ γὰρ ἐδόκει τὸ πρᾶγμα ἀναίβολῆς δεῖσθαι οὐδὲ μελλησμοῦ; et apud Pauſaniam Lib. IV. c. 21. τοῖς μὲν γὰρ ἡ ἀπειρία τῶν τόπων καὶ ἡ τόλμα Ἀριστομένους παρεῖχε μελλησμόν. vbi Sylburgius etiam haec tantum adnotat: *Hartungius mauult μελλισμὸν, reperitur tamen itidem ὀδαξησμὸς ab ὀδαξέω et alia nonnulla, epentheſi τοῦ σ, vt ὀρχηθμὸς, ἐπενθέσει τοῦ θ.* nec ſaltem contra Hartungi illius μελλΙσμὸν, vocem nihili, mutire auſus eſt. Illud de Epentheſi recte. Sic λοιδορησμὸς apud Ariſtophanem in Ranis v. 770. vt recte editio Veneta Farrei, et πατησμὸς apud Aeſchylum in Agamemnone v. 972. Quae voces Henr. Stephano ignotae, niſi quod ex Thoma Magiſtro adfert λοιδορισμὸς, quod vitioſum eſt, [v. Interpretes in edit. Bernardi] non enim exſtat verbum λοιδορίζω, ſed λοιδορῶ, vti nec μελλίζω, ſed μέλλω, μελλήσω, nec πατίζω, ſed πατῶ. Sic cum nec ὀρχίζομαι exſtet, ſed ὀρχοῦμαι, ab iſto et ὀρχησμὸς apud Aeſchylum in Eumen. v. 372. non ὀρχισμός. Ita cum nec ἀγαπίζω ſit, ſed ἀγαπῶ, hinc ἀγαπησμὸς, non ἀγαπισμός. Ad vocem μελλησ-

μὸς vt redeam, occurrit ea et apud Donatum in Commentar. ad Hecyram Terentii Act. vlt. Scena vlt. vbi hanc orationem: *Quid donem? quid? quid? neſcio*, dicit eſſe μελλησμὸν, nempe figuram orationis, cum dubitando alicui rei inhaeretur. *Bergler.*

15. ὁ δὲ ὑπτιάσας. Ita edidi ex Ms. in vulgatis deſunt ὁ δέ. requiruntur autem cum propter antec. ὁ μέν τις, tum quia absque iis ἐξεκάθαιρε et οἷος ἦν nulla praepoſitione coniunguntur. *Bergler.*

19. ἤρχετο. Cod. Vind. A. ἦγετο. Recte, ſi vertas: in orbem ibat.

## COMMENTARIVS.

3. καταπόσεις. Nempe τοῦ πλακοῦντος, *ad deglutiendam vel abſorbendam placentam.* Horatius Serm. II, 8. 24. *Ridiculus totas ſimul abſorbere placentas.* Ita vſurpatur καταπίνειν, vnde κατάποσις. Sic κατέπιον τεμάχη, Ariſtophanes Nub. v. 337. (vbi v. Berglerum noſtrum.] et Lucianus in Aſino §. 28. T. VI. Bip. 165. μάζας ὅλας κατέπιεν, et § 47. p. 188. συὸς ἀγρίου μερίδα καταπίνοντα, quemadmodum et Teleclides apud Athenaeum Lib. VI. p. 268. μᾶζαι — ἱκετεύουσαι καταπίνειν. *mazae orantes, vt ſeſe deglutias.* Plato in Euthyphrone (T. I. Bip. p. 12.) de Saturno filios deuorante: ὅτι τοὺς υἱεῖς κατέπινεν οὐλ ἐν δίκῃ. De eodem Saturno Lucianus in Saturnal. §. 5. T. IX. Bip p. 6 ἐκείνη δὲ (ἡ Ῥέα) λίθον — ἀντὶ τοῦ βρέφους ἔδωκε καταπιεῖν. *Bergler.* Plura exempla attulit Reitz ad Luciani l. l. ex Aſino T. VI. Bip. p. 498. Loeſnerus Obſeruatt. in N. T. ex Philone p. 52. et Hoepfnerus ad Eurip. Cyclop. p. 93.

5. τὰ πέμματα. Sunt operis piſtorii, vt placentae: τραγήματα alia ad ſecundas menſas pertinentia, vt nuces. *Bergler.* Occurrunt etiam apud Noſtrum Lib. III. Ep. 7. et 55. et apud Athenaeum Lib. XIV. p. 639.

6. τῶν ἐλύτρων. *Putamina*, qua de voce vide Valkenarium ad Ammonium p. 126.

8. ἀνέμενον. Soli placentae inhians Parasitus ei se reseruat, ne alia locum omnem in stomacho occupent. Lepidum est ex hoc principio commentum Philippi Macedonis, qui ad coenam vocatus, cum plures vmbras secum adduxisset, hospitemque perturbari sensisset, quod non satis adparatum esset, facile hoc emendauit, clam vnoquoque monito, *vt locum placentae relinquerent*, quam illi dum exspectant, parcius singula attingunt. Atque sic factum, vt coena omnibus sufficeret. Meminit aliquoties Plutarchus, vt de sanitate tuenda p. 123. in Apophthegm. p. 178. in Quaest. Conviv. p. 707. *Bergler.*

9. ἐντραγεῖν. bellariis vesci. Lucian. de mercede cond. T. III. Bip. p. 246. et Conuiuio §. 38. T. IX. p. 77. Hesychius: ἐντραγεῖν. ψωμίσαι, ψωμίσασθαι. Iul. Pollux Lib. VI. Segm. 40. et ibi Kuehnius. W.

10. κύλικος — περισοβουμένης. Σοβεῖν et περισοβεῖν vsitata *de citatiore circulatione poculi* in conuiuio. Vide Athenaeum Lib. XI. p. 504. Amphis apud eumdem Lib. X. p. 426. ὁ παῖς σοβεῖτω τοῖς ποτηρίοις συχνοῖς — *seruus properet cum poculis crebris*, et Lib. IV. p. 130. Hippolochus in Ep. ad Lynceum: ὁ δὲ Κάρανος ἄρξας τοῦ πότου μικροῖς ἐκπώμασι περισοβεῖν ἐκέλευε τοῖς παισί. Verbo περιελαύνειν, quod alias de agitatione equorum dicitur, in hac re vtitur Xenophon in Sympos. (p. 128. Bach.) χρὴ τοὺς οἰνοχόους μιμεῖσθαι τοὺς ἀγαθοὺς ἁρματηλάτας, θᾶττον περιελαύνοντας τὰς κύλικας. Sic et περιάγεσθαι vsitatum. Heliodorus Lib. III. p. 194. ἐπεὶ δὲ τὰς κύλικας ἔδει περιάγεσθαι. Vnde περιαγόμενον ποτήριον apud Athenaeum Lib. X. p. 420. et Diog. Laert. p. 99. ed. H. Stephani. Aptum ei rei et περιφέρειν, vnde περιφορὰ ποτηρίου apud Synesium Ep. 32. [qui et ἀνασοβεῖν et προσοβεῖν vsurpauit] *Bergler*, qui ἀνακυκλοῦν addit ad Aristophanis Acharn. v. 671. Περισοβεῖσθαι est etiam infra Lib. III. Ep. 55.

τῆς φιλοτησίας συνεχῶς περισοβουμένης. it. ap. Menandrum p. 82. καὶ ταχὺ πάλιν τὸ πρῶτον, περισοβεῖ ποτήριον αὐτοῖς ἀκράτου. Vide etiam Hemsterhusium ad Thomam Mag. et Reitzium ad Luciani Nauig. T. VIII. Bip. p. 499.

11. διατριβὰς ἐποίουν. Demosthenes contra Euergum: (Vol. II. 1158. 8. Reisk.) ἠκολούθει μόλις, διατριβὰς ἐμποιῶν. Idem χρόνους ἐμποιεῖν Or. pro Phormione (ib. 944. 9.) *Bergler.*

11. ὥσπερ ἐκ συνθήματος. Heliodorus Lib. V. p. 285. ὥσπερ ἐξ ἑνὸς συνθήματος, ἢ πληγῆς τῆς αὐτῆς ἀνωλόλυξαν. *tamquam ad vnum signum aut plagam eamdem eiulare coeperunt.* Sed saepe occurrit: et modo idem est, quod *ex composito*, vel *de composito*, [Etiam Graeci variant in praepositione: sic pro ἐκ συνθήματος Aristaenetus Lib. I. Ep. 10. p. 26. habet ἀπὸ συνθ. v. ibi omnino Abreschium in Lection. p. 41.] modo, *signo dato.* Herodotus Lib. III. Segm. 86. idem ita: ὥσπερ ἐκ συνθέτου τευ γενόμενα, *tamquam ex composito accidissent*, vt Valla vertit. Adfine ἐξ ἑνὸς κελεύσματος. Sophron apud Athenaeum p. 87. ὥσπερ αἴ κα ἐξ ἑνὸς κελεύσματος κεχάναντι, i. e. ὥσπερ ἂν ἐξ ἑνὸς κελεύσματος κεχήνασι, *vno veluti iussu hiant.* Diodorus Sic. Lib. III. c. 14. καθάπερ ἀφ' ἑνὸς κελεύσματος, vt et Thucydides Lib. II. c. 92. qui et ἀπὸ ἑνὸς σημείου ibidem paullo ante. *Bergler.* qui ad Aristophanis ἐξ ἑνὸς λόγου v. 760. sui non immemor fuit.

13. ὁ μέν τις. Hic τὶς παρέλκει, vt saepe. Heliodorus Lib. V. p. 309. ὁ μέν τις τὴν πρώραν ἀδοκίμαστος ἐκληροῦτο, ὁ δὲ τὴν πρύμνην εἶχε. Idem lib. II. p. 131. καὶ ἡ μέν τις ἀπέκνιζε τῷ πόδε· ἡ δὲ ἐφρόντιζε τῆς εὐνῆς, — καὶ ἄλλη τραπεζαν εἰσεφέρετο. *Et haec quidem fricabat pedes* etc. Alia et aliorum plura loca vide in Thes. H. Stephani. *Bergler.* cf. Kuester ad Aristoph. Plut. v. 164. Schrader ad Musaeum Cap. II. p. 133. et quos

laudat Wyngaardenius in Obss. Crit. Actis literar. Societatis Rheno-Traiectinae insertis T. I. p. 202.

13. κάρφος. *Zahnstocher.* Hesychius. Κάρφη· ξύλα λεπτὰ καὶ ξηρά. W.

15. ἰνώδη. Fibrosae partes carnis, quae inter edendum dentibus se insinuant. Hesychius: Ἰνῶδες —— νευρώδη, ἰσχνόν. cf. et Lennep Etymol. v. ἴν et ἴς. W.

15. οἷος ἦν ὕπνῳ κατέχεσθαι. Hic οἷος ἦν est, *paratus erat, sic adfectus vel animatus erat, vt* etc. Apud H. Stephanum, qui multa de οἷος et οἷός τε adnotauit, hunc vsum non animaduerti. Ita autem apud Demosthenem contra Leocratem: ἀφικόμενος δὲ ἠγανάκτει τε καὶ οἷος ἦν ἐπεξιέναι. Ibidem: καὶ πρῶτον μὲν ἐλθὼν οἷός τ' ἦν—ἐγγράφειν αὐτόν. Idem contra Aristocratem: συμμαχίαν ποιησάμενος πρὸς τούτοις, οἷος ἦν πολεμεῖν.

18. ὁ ἡδὺς ἐκεῖνος καὶ ποθητὸς ἡμῖν πλακοῦς. Placenta omnibus res gratissima. Itaque Bion dicebat, non posse fieri, vt vulgo placeas, nisi aut placenta fias aut vinum Thasium. μὴ δυνατὸν εἶναι τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν ἢ μὴ πλακοῦντα γενόμενον, ἢ Θάσιον. Dio Chrysost. Or. LXVI. (T. II. p. 358. Reisk.) Quam auide expetitae fuerint, indicat et Matro apud Athenaeum Lib. V. in Conuiuio Homericis versibus lepidissime expositio, vbi inter alia: Πῶς ἂν ἔπειτα πλακοῦντος ἐγὼ θείου ἀπεχοίμην; adludens ad Odyss. A. v. 65. et Iliados K. v. 243. et Epicureus quidam apud eumdem Athenaeum Lib. VII. p. 298. qui cum placenta adhuc a furno feruens adpositа fuisset, tamdiu se, dum refrigesceret, continere non potuit; itaque in eam inuolat, pronunciato Homerico carmine:

Τοῦ δ' ἐγὼ ἄντιος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε.

*huic ego obuius ibo, etiamsi igneas habeat manus.* Nempe vt Hector Achilli Il. Υ. v. 371. *Bergler.*

22. ἀποχρήσασθαι παρεσκεύασαν. Verbum παρασκευάζω cum Infinitiuo significat *efficere, vt fiat hoc vel hoc.* Heliodorus Lib. I. p. 46. ἡ τύχη ἀπροσδοκήτῳ φόβῳ τὸ ξίφος τῶν τούτου χειρῶν ἐκπεσεῖν παρασκευά-

σασα, *id efficiens fortuna, vt inopinato terrore gladius ex huius manibus excideret*, et p. 56. μελήσει δέ μοι καὶ ὑποβεβρεγμένον αὐτὸν κατακλῖναι παρασκευάσαι, *mihi curae erit, vt cum aliquantum adbiberit, eum decumbere faciam. Bergler.*

23. τῇ παρολκῇ. De hac voce H. Stephanus haec tantum: Παρολκή, *Prorogatio, Dilatio, Mora* apud Alciphronem. item *Redundantia* apud Etymologiſtam. Sed de mora et dilatione aptior locus Heliodori Lib. VI. p. 327. μηδὲ ἐπιτείνετέ μοι τὴν συμφορὰν παρολκῇ τῆς ἐπαγγελίας, *neque augeatis mihi calamitatem nuntii dilatione.* In Alciphronis autem loco reddendum potius *prolixitate*, vt in hoc eiusdem Heliodori Lib. V. p. 320. εὐχῆς τε μακρᾷ παρολκῇ καὶ λύπης προσβολῇ πρὸς ὕπνον βαθὺν ὀλισθήσασαν, *cum orationis prolixitate nimia, tum doloris acceſſione in ſomnum profundiorem delapſam. Bergler.*

24. ἐκτακείς. pr. *liquefactus*, deinde *confectus.* Sic Ariſtaenet. Lib. I. Ep. 10. p. 25. Abreſch. ἐκτακεὶς τὰ μέλη. Sic Lucianus in Somnio T. VI. Bip. p. 335. extr. ἐκτετηκὼς ὑπὸ φροντίδων, et προστετηκὼς ibid. p. 338.

## Epistola XXIII.

### Πλατύλαιμος Ἐρεβινθολέοντι.

Οὐπώποτε ἐγὼ κατὰ τὴν Ἀττικὴν ὑπέμεινα τοιοῦτον χειμῶνα. Οὐ γὰρ μόνον ἐκ παραλλήλων φυσῶντες, μᾶλλον δὲ φύρδην φερόμενοι κατεκτύπουν ἡμῶν οἱ ἄνεμοι. ἀλλ' ἤδη καὶ χιὼν πυκνὴ καὶ ἐπάλληλος φερομένη, πρῶτον μὲν τοῦ δαφος ἐκάλυπτεν· ἔπειτα οὐκ ἐπιπολῆς, ἀλλ' εἰς ὕψος ἤρετο τῆς νιφάδος χῦμα πάμπολυ, ὡς ἀγαπητὸν εἶναι τὸ θυρίον ἀνοίξαντα τῆς οἰκίας τὸν στενωπὸν ἰδεῖν. Ἐμοὶ δὲ οὔτε ξύλον οὔτε ἄσβολος παρῆν. Πῶς γὰρ ἡ πόθεν; ὁ κρυμὸς δὲ εἰσεδύετο μέχρι μυελῶν αὐτῶν καὶ ὀστέων. Ἐβουλευσάμην οὖν Ὀδύσσειον βούλευμα δραμεῖν εἰς τοὺς θόλους ἢ τὰς καμίνους τῶν βαλανείων· ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖσε συνεχώρουν οἱ τῶν ὁμοτέχνων περὶ ταῦτα κυλινδούμενοι· καὶ γὰρ αὐτοὺς ἡ παραπλησία θεὸς ἠνόχλει, Πενία. Ὡς οὖν ἠσθόμην, οὐκ εἶναί μοι εἰς ταῦτα εἰσιτητέον, δραμὼν ἐπὶ τὸ Θρασύλλου βαλανεῖον ἰδιωτικῆς οἰκίας, εὗρον τοῦτο κενόν· καὶ καταβαλὼν ὀβολοὺς δύο, καὶ τὸν βαλανέα τούτοις ἵλεων κατασήσας, ἐθερόμην, ἄχρις οὗ τὸν νιφετὸν μὲν πηγυλὶς διεδέξατο, καὶ ὑπὸ τοῦ κρύους τοῦ μεταξὺ διεροῦ παγέντος πρὸς ἀλλήλους ἐδέδεντο οἱ λίθοι. Μετὰ δὲ τὸ ἀποβράσαι τὸ δριμύ, προσηνὴς ὁ ἥλιος ἐλευθέραν μοι τὴν πρόοδον καὶ περιπάτους ἀνεμένως ἀπέφηνεν.

## ADNOTATIO CRITICA.

2. ἐκ παραλλήλων. Cod. Vind. A. ἐκ παραλλήλου.

4. ἡμῶν. Cod. Vind. A. praefert ἡμῖν, quod in dictione epistolica non ineptum videtur, παρέλκει enim, vti μοι, σοι. Nihil tamen novare volui, quum Genitiuus vulgatae pendeat a praepos. κατὰ verbo adiuncta.

7. τῆς νιφάδος. Articulum restitui in integrum, quem et Aldina habet, et Cod. Dorvilianus ad Charit. p. 473. et Vindobonensis A.

10. πῶς γὰρ ἢ πόθεν; Rarius est, nec memini alibi me legere. Sed parum abest, quin alterum alterius aut interpretamentum aut variam lectionem, vt saepe ἢ in libris Graecis aut variae lectionis, aut glossae est indicium. Sic Koelerus Emendatt. in Dion. Chrysost. Oratt. Tarsicas p. 5. nihil tamen ego mutaui. v. Commentarium.

11. εἰσεδύετο. post hanc vocem λεπτὸς inserit ex autographo suo Doruilius ad Chariton. p. 473.

13. τοὺς θόλους. Doruilianus (ad Charit. p. 473.) et Vind. A. habent τάς. Vtrumque bene habet.

14. ἐκεῖσε. liber Vind. A. ἐκεῖ, quod magis vsitatum hoc sensu.

15. κυλινδούμενοι. Cod. Vind. ἐλινδούμενοι, fortasse εἰλινδούμενοι l. ἀλινδούμενοι, quod idem Cod. habet infra Ep. 26. Omnino Alciphron, vel qui eum descripsere, sibi non constant. Κυλινδεῖσθαι semel tantum est hac nostra epistola, ἀλινδεῖσθαι bis occurrit Lib. III, Ep. 14. et 31. — εἰλινδεῖσθαι I, 26. — Aristaenetus I, 27. Abresch. p. 66. habet προκαλινδουμένη. Plura ex aliis auctoribus attulit Bergler in Commentario.

17. εἰσιτητέον. pro vulgato εἰσιτητὸν reposui ex Codice Vindob. A.

21. τὸν νιφετὸν μὲν πηγυλίς. Idem liber Ms. ignorat μὲν, scribit autem πηγυλλὶς, duplici λ. male.

25. πρόσοδον. lego hic potius πρόοδον. *Bergler.*

25. ἀνειμένως. Mallem ἀνειμένους. *Idem.*

## COMMENTARIVS.

(cf. omnino Lib. III. Ep. 30.)

2. τοιοῦτον χειμῶνα. Aſperiores hiemes nec Graeciae defuiſſe, patet ex Pauſania Lib. X. c. 23. p. 854. ed. Kuehn. talemque deſcribit Longus Paſtoral. Lib. III. p. 66. edit. Villoiſonianae. Thebas Boeotias inprimis frigoribus hiemis intolerabiliter horruiſſe narrat Columella Lib. I. c. 4. et ex eo Barthelemius Anacharſi c. 34. T. II. p. 455. ed. Herveanae, quem eumdem de Dodona idem probantem ex Homero Il. B. v. 750. vide c. 36. T. III. p. 1. W.

9. τὸν στενωπὸν ἰδεῖν. Sic fere altam niuem deſcribit et Baſilius in Ep. quadam ad Libanium: ὑπὸ παραπετάσματι καλυπτόμενος χιόνος τὴν ἐπιστολὴν ἔγραψα· ἣν δεξάμενος καὶ ψαύων χερσὶ, γνώσῃ ὡς κρυερά τις αὕτη (potius αὐτὴ, B.) καὶ τὸν πέμψαντα χαρακτηρίζει ἐμφωλεύοντα, καὶ μὴ δυνάμειον ἔξω τῶν δωματίων προκύπτειν. *Niue velatus et obtectus ſcripſi hanc epiſtolam; quam vbi acceperis et manibus contrectaueris, cognoſces, quam ipſa ſit frigida, et auctorem repraeſentet latibulo hiberno abditum inſtar ferarum hieme ſe condentium, et qui foras proſpectare non poſſit.* Sed hoc in Cappadocia nihil noui, Athenis autem inuſitatum, vbi caelum temperatius et hiemes tepediores. *Bergler.*

10. πῶς γὰρ ἢ πόθεν; Haec interrogatio vim habet fortius negandi. Demoſthenes aduerſus Zenothemidem: οὐκ ἔχων ἀποδοῦναι τὰ χρήματα τοῖς δανείσασι, πῶς γάρ; — Demades: δακρύσειε δέ μου τὴν ἀπώλειαν οὐ στρατιώτης, πῶς γάρ; ὃν αὔξει μὲν πόλεμος, εἰρήνη δὲ οὐ τρέφει. *Meum interitum non fleuerit miles: qui enim? quippe quem bellum locupletat, pax autem non alit.* Sic et πόθεν. Aelianus Var. Hiſt. Lib. XIII. c. 2. πλὴν οὐκ ἀπήντησε ταῦτα ταύτῃ. πόθεν; *ſed non euenerunt haec ita; vnde?* i. e. *nequaquam.* vbi vide adnotata a Cl. Perizonio. *Bergler.* De πῶς et πόθεν vide Hemſterhuſ. ad Luciani Timonem T. I. Bip. p. 331. et 353. Offenderat

fortasse Cl. Koelerus supra laudatus in eo, quod Alciphron hasce iunxerit particulas, quae nonnisi singulae alias occurrant. Notandus igitur locus vt rarior, non emendandus. Nec adeo inaudita est vtriusque coniunctio. Sic apud Polybium III, 7. p. 402. Schweighaeus. est πῶς, καὶ διὰ τί καὶ πόθεν, et ibid. c. 26. p. 442. πόθεν καὶ πῶς. Iunxit etiam Paulus Silentiarius carmine in Thermas Pythias ap. Lessingium (zur Geschichte und Litteratur erster Beytrag. S. 150. Iacobs Vol. IV. p. 64.) v. 3. πῶς καὶ πόθεν νοσοῦσι φανὲν (ῥεῦμα) πρόκειται πᾶσιν ἀνάργυρον δῶρημα.

11. εἰσεδύετο μέχρι μυελῶν etc. Heliodorus Lib. III. p. 190. ἄχρις ἐπ' ὀστέα καὶ μυελοὺς αὐτοὺς εἰσδύεται. *Bergler.*

12. Ὀδύσσειον βούλευμα. Forma prouerbii, vt Σισύφειον βούλευμα, quod infra Lib. III. Ep. occurrit, [adde Παλαμήδειον Lib. III. Ep. 4.] de *callido consilio*. Erat autem vterque vafer, Sisyphus et Vlysses, et fuerunt illae proverbio celebratae Σισύφου μηχαναὶ a natura translatae in Vlyssem, τὸ Σισύφειον σπέρμα, vt is vocatur apud Euripidem Iphig. in Aulide v. 530. vtpote cuius mater Anticlea ante nuptias cum Laërte compressa fuerat a Sisypho, vt est apud Plutarchum in Quaest. Graecis p. 301. et in Scholiis ad Sophoclem, qui hanc eius nascendi sortem perstringit in Aiace v. 190. nec non in Philoctete v. 416. [cf. et Ouidium Metam. Lib. XIII. v. 31 — 33.] Vocat autem hoc de frigoris molestia euitanda consilium Vlysseum potius quam Sisypheum perquam adposite, non quia nimis subtiliter excogitatum sit: nam vulgatum erat, vt in balnea se reciperent, qui aliter a frigore se defendere non possent, vt mox dicetur; sed quia Vlyssis astutum fuit et vrbanum commentum, cum in eodem statu esset. Nimirum ille vt est Odyss. ξ. cum iam in patriam redux factus, apud porcarium suum diuerteret adhuc ignotus et sub specie mendici, ac cetera quidem benique fuisset habitus, sub noctem autem gelidam sine stragulis frigeret, admonere eum de ea re oblique voluit,

et hac ratione ſtragulam nactus eſt. Vtinam, inquit, talis nunc eſſem, qualis eram ſub Ilio! Exiueramus aliquando ſpeculatum ego et Vlyſſes, aliique, nocte hiberna. Ibi cum me frigus vexaret, quod ſolus omnium laenam in tentorio reliquiſſem de frigore ſecurus, dixi Vlyſſi, durare me amplius non poſſe. Ille vero, vt erat plenus conſilii (οἷος ἐκεῖνος ἔην βουλευέμεν v. 491.) tale quid comminiſcitur. *O ſocii*, inquit, *expedito mihi curſore opus eſt ad Agamemnonem, qui hoc et hoc nuntiet, quis volabit?* Offert ergo ſe vnus, et abiecta, quam habebat, laena, ne impedimento ſit, currit, quam ego hac arte ad me translatam cupide adripui. Talis ergo ſi nunc etiam eſſem, forte aliquis apud porcarium daret mihi laenam. *Bergler.*

13. εἰς τοὺς θόλους ἢ τὰς καμίνους τῶν βαλανείων. Apud Ariſtophanem in Pluto v. 953. Sycophanta veſtibus ſpoliatus iubetur in balneum currere, vt ſe ibi calefaciat. — εἰς τὸ βαλανεῖον τρέχε. Ἔπειτ' ἐκεῖ κορυφαῖος ἑστηκὼς θέρου. Ibidem v. 535. cum Paupertas dixiſſet, ſe multorum bonorum cauſam eſſe ſuis alumnis, alter ad eam: Σὺ γὰρ ἂν πορίσαι τι δύναι' ἀγαθὸν, πλὴν φώδων ἐκ βαλανείου; *Tune vero praebere quid boni poſſis praeter puſtulas ex balneo?* quas nempe pauperes eo calefactum ire ſoliti, ibidem contrahebant. Scholiaſtes: διὰ τὸ τοὺς πένητας ἀπορουῦντας ἐνδυμάτων, διὰ τὸ ψύχος ἐν βαλανείοις καθεύδειν, καὶ ἐκ θέρμης, ἢ αἴφος αὐτοὺς ἐξιόντας παραχρῆμα προσβάλοντος, φλυκταίνας ποιεῖν. *Quia pauperes carentes veſtibus, cum propter frigus in balneis dormiant, puſtulas contrahunt; ex calore nimirum, vel etiam, quando inde exeuntes aër* frigidus *ſubito adflat.* Dicit Euſtathius ad Odyſſ. p. 672. lin. 30. Ed. Baſ. ex Comico probari poſſe, quod mendicis licuerit in balnearia calefactum ire, ad haec ſine dubio loca reſpiciens. Ceterum de tholo balneatorio abunde H. Stephanus dixit, vbi nec Alciphronis locum intactum relinquit. *Bergler.* v. et Doruilium ad Chariton. p. 529. et Wernsdorfium ad

Himerium p. 733. Nec contemnenda obseruatio Bernardi ad Nonnum T. II. p. 165. ἤ frequenter denotare καί.

15. περὶ ταῦτα κυλινδούμενοι. Κυλινδεῖσθαι et καλινδεῖσθαι, vt Latine *versari*, *volutari*. Isocrates Oratione XV. τῶν περὶ τὰ δικαστήρια καλινδουμένων, quod inferius ita: τῶν περὶ τὰ δικαστήρια διατριβόντων. Plutarchus in Phocione eadem sic: τῶν εἰωθότων κυλινδεῖσθαι περὶ τὴν Ἡλιαίαν καὶ συκοφαντεῖν. p. 748. Rursus Isocrates Or. VII. de Dialecticis loquens: τῶν περὶ τὰς ἔριδας καλινδουμένων. Et cum praepositione ἐν Plato in Phaedone (T. I. Bip. p. 188.) ἐν πάσῃ ἀμαθίᾳ καλινδουμένην. Idem in Politico: (T. VI. Bip. p. 113.) τοὺς ἐν ἀμαθίᾳ καὶ ταπεινότητι πολλῇ κυλινδουμένους. [cf. et Theaetetum T. II Bip. p. 113.] Herodotus Lib. III. Sect. 52. ἐν τῇσι στοῇσι ἐκαλινδέετο. Synesius Ep. 32. ἐν καπηλείοις καλινδηθείς. Dio Chrysost. (T. I. Reisk. p. 174.) ἐν πολλῇ καὶ ἀφθόνῳ κυλινδούμενος ἀσελγείᾳ. Et verbo composito Athenaeus Lib. VI. p. 262. τοσαύταις ἐγκαλινδούμενον λιχνείαις, et aliter Xenoph Sympos. (c. 8. §. 32. p. 167. Bach.) τῇ ἀκρασίᾳ συγκυλινδουμένων. Idem est, et eodem modo vsurpatur εἰλινδεῖσθαι apud Nostrum infra Ep. 26. Vti et ἀλινδεῖσθαι Lib. III. 14. et 31. *Bergler.* cui adde summum Hemsterhusium ad Luciani Nigrinum T. I. p. 278. Bipont.

16. ἡ θεὸς — πενία. Apud Aristophanem in Pluto Paupertas introducitur sine dubio vt Dea. Apud Herodotum etiam Dea dicitur Lib. VIII. Segm. 111. vbi cum Themistocles ab Andriis pecuniam exigeret nomine Athenienſium, quod in bello Xerxiano a partibus Graecorum non stetissent, diceretque, omnino dandum esse, quia Athenienses veniant duobus potentibus Diis comitati, Suadela nimirum et Necessitate; illi contra responderunt, id fieri minime posse: nam praeterquam quod solum sterile colant, *etiam duos inutiles Deos numquam deserere ipsorum insulam, sed libenter ibi morari, Paupertatem nimirum et Impossibilitatem*, καὶ θεοὺς δύο ἀχρήστους οὐκ ἐκλείπειν σφέων τὴν νῆσον,

ἀλλ' ἀεὶ φιλοχωρέειν, Πενίην τε καὶ Ἀμηχανίην. *Bergler.*

17. οὐκ εἶναί μοι εἰς ταῦτα εἰσιτητέον. [Bergleriana habebat εἰσιτητὸν, hoc addita adnotatione:] Hic εἰσιτητὸν eſt *Gerundium* indeclinabile, vt ἐξιτὸν apud Heſiodum in Theogonia v. 731. vbi de Titanibus Tartaro inclusis: τοῖς οὐκ ἐξιτόν ἐστι. Ab εἶμι autem vtrumque. Et ſicut εἰσιτητὸν dicitur, ita et ἐξιτητὸν dici poteſt: ſicut ἐξιτὸν, ita vt εἰσιτὸν, vi vocis manente, quemadmodum in ἰτητέον et ἰτέον. Sic igitur *Berglerus.*

18. βαλανεῖον ἰδιωτικῆς οἰκίας. De publicis et priuatis Athenienſium balneis Xenophon de rep. Athen. (Cap. 2. §. 10. p. 64. ed. Zeun.) γυμνάσια καὶ λουτρὰ καὶ ἀποδυτήρια τοῖς μὲν πλουσίοις ἐστὶν ἰδίᾳ ἐνίοις· ὁ δὲ δῆμος αὑτῷ οἰκοδομεῖται ἰδίᾳ παλαίστρας πολλὰς, ἀποδυτήρια, λουτρῶνας. Balneum publicum Plutarchus in Phocione p. 743. vocat βαλανεῖον δημοσιεῦον, priuatum ἰδιωτικὸν in Demetrio p. 899. *Bergler.*

20. ἵλεων καταστήσας. Lucianus de mercede conducto §. 14. (T. III. Bip. p. 232.) vbi de ſeruo, qui ad coenam potentioris domini vocat, conciliando: ὃν χρὴ πρότερον ἵλεων ποιήσασθαι παραβύσαντα εἰς τὴν χεῖρα, ὡς μὴ ἀδέξιος εἶναι δοκεῖς, τυλάχιστον πέντε δραχμάς. *quem tibi prius propitium reddere oportet, inditis in manum, ne videaris inciuilis, ad minimum quinque drachmis.* Ἵλεως tamquam de Deo, de ferocioribus autem conciliandis τιθασσός. Lucianus in Toxari §. 31. (T. VI. Bip. p. 93. et ibi Reitzius p. 449. ſ.) μέρος τοῦ μισθοῦ τῷ δεσμοφύλακι καταβαλὼν, τιθασσὸν αὐτῷ καὶ εἰρηνικὸν ἀπειργάζετο αὐτόν. *Parte mercedis*, quam ſibi baiulando quaeſiuerat, *carceris cuſtodia depoſita*, eum ſibi *manſuetum faciebat et pacabat. Bergler.*

21. πηγυλίς. Haec vox ex Homero Odyſſ. ξ. v. 476. ad quem locum in antecedentibus reſpicere Alciphronem indicauimus. Sed ibi Adiectiuum eſt πηγυλὶς νύξ, *gelida nox*, adnotat autem Euſtathius et pro παγετὸς, i. e. gelu

accipi, nempe vt Subſtantiuum. *Bergler.* Heſychius: Πηγυλίς· ψυχρὰ, παγετώδης. (Adiectiue.) Lex. Regium Ms. πηγυλίς· τὸ κρύος. (Subſtantiue.)

23. διερῦ. Haec vox eſt apud Aeſchylum Eumen. v. 263. Callimachum H. in Iouem v. 24. in Apollinem v. 23. Maximum Tyrium Diſſ. 10. W.

24. ἀποβρᾶσαι. Deferueſcere dici poteſt frigus, vt vrere. Virgilius: *Boreae penetrabile frigus adurat. Bergler.*

---

## Epistola XXIV.

### Ἀμνίων Φιλομόσχῳ.

Ἀπέκειρεν ἡμῶν ἡ χάλαζα βαρέως ἐμπεσοῦσα τὰ λήϊα, καὶ λιμοῦ φάρμακον οὐδέν. Ὠνεῖσθαι δ' ἡμῖν ἐπακτοὺς πυροὺς οὐχ' οἷόν τε διὰ σπάνιν κερμάτων. Ἔστι δέ σοι, ὡς ἀκούω, τῆς πέρυσιν εὐετηρίας λείψανα. Δάνεισον οὖν μοι μεδίμνους εἴκοσιν, ὡς ἂν ἔχοιμι σώζεσθαι αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ καὶ τὰ παιδία. Καρπῶν δὲ εὐφορίας γενομένης, ἐκτίσομεν αὐτὸ τὸ μέτρον, καὶ λῴϊον, ἐάν τις εὐθηνία γένηται. Μὴ δὴ περίδῃς ἀγαθοὺς γείτονας εἰς στενὸν τοῦ καιροῦ φθειρομένους.

## ADNOTATIO CRITICA.

1. ἐμπεσοῦσα. Cod. Vind. A. ἐκπεσοῦσα.

2. λιμοῦ. Idem liber λοιμοῦ. Vulgata melior. Placuit tamen in eodem Cod. inſerta poſt ὠνεῖσθαι particula δὲ — ὠνεῖσθαι δ' ἡμῖν.

4. πέρυσιν. Codices Vin-

dob. A. et B. (nam Epistolae huius libri 24. 25. 27. et 28. non plures tamen exstant etiam in altero Codice Vienn.) pro vulgato πέρυσι. Illud ob sequentem vocalem suauius ad aures accidit, vti paullo post vterque Vienn. in εἴκοσιν pro εἴκοσι amice conspirant.

8. αὐτὸ τὸ μέτρον. Ex Hesiodo Ἔργ. v. 350 desumtum, quod iam Berglerus animaduertit. Quum vero Hesiodus ibi habeat αὐτῷ τῷ μέτρῳ, hanc lectionem non iubet quidem, suadet tamen recipi Cel. *Herelius* in Actis liter. Klotzianis Vol. III. p. 91.

9. εὐθηνία. Iulius Pollux Lib. I. Segm. 51. εὐφορία, φορά, εὐετηρία, εὐθηνία, πολυκαρπία. Bergler. Vterque Cod. Vindob. nec non regius Parisiensis, quem Cel. Ruhnkenio inspicere licuit (vide Piersonum ad Herodianum Moeridi adiectum p. 473.) exhibent ἀφθονία. Quod si igitur Mstos Codices, eosque bonae notae, numeres, secundum ἀφθονίαν pronuntiabis, sin regulam criticam sequaris, quae insolentiorem magis consuetae lectionem praeferendam iubet, εὐθηνία locum obtinebit suum.

9. μὴ δὴ — φθειρομένους. Τοῦ καιροῦ non satis video, quid hic sibi velit. Interpres vertit, quasi esset τοῦ βίου. Pro μὴ δὲ paullo ante mallem μὴ δή. *Bergler.*

Μὴ δὴ Codice Vind. B. firmatum adoptaui. Inueniebam quidem margini Alciphronis mei adscriptum *Arnaldum* Misc. Obseruatt. Vol. IV. p. 151. at vero hic nihil nisi cum interprete questus, significationes verborum περιιδεῖν et φθείρεσθαι copiose satis exposuit, (v. infra quaedam in Commentar.) καιροῦ autem in versione retinet, *temporis angustias.* — Nec mutandum aliquid in καιροῦ censuit *Trillerus* Obseruatt. Crit. p. 271. omnia tamen, quae ibi adferuntur, nihil valent ad Berglerum h. l. vituperandum; nam Trillerus loquitur de significatione τοῦ καιροῦ, Comparatiuis iuncti, quod tamen in loco nostro non est. Alius Graece doctissimus Medicus (nescio enim, qui factum sit, vt plures Medici Alciphronem inprimis amarent) *Bernardus*,

ante aliquot annos viuis ereptus in literis ad Reiskium datis (v. huius Vitam p. 325.) pro καιροῦ mauult κλήρου, quam vocem si maioribus literis scribas, leuissimam mutationem adferre, sensumque dare non ineptum quis neget? — Alius eruditus editioni, quam nunc possidet amiciss. Kaltwasser, adleuerat καρποῦ, quod et ipsum bonum fundit sensum. — Mihi vero καιροῦ etiamnunc sanum esse videtur. Quid enim? Si metaphora ista non offendat in στενὸς βίος supra Ep. 8 cf. Hemsterhus. ad Thom. Mag. p. 94. et στενὴ τύχη Ep. 20. cur reprehendas in καιρῷ? Latini *rem* habent *angustam*, nos *knappe*, maiores nostri *geldklamme Zeiten*. Haec scripseram, quum ad manus venirent, quae *Schraderus* ad Musaeum p. 265. adnotauerat: Certissimum est, inquit, idem esse, quod εἰς στενὸν καιρὸν, quemadmodum Thucydides saepe dixit τὸν πλεῖστον τοῦ χρόνου pro πλεῖστον χρόνον, aliique multi. Consulenda omnino, quae in hanc rem obseruauit ad Luciani Timonem (ed. Bipont. T. I. p. 356.) Hemsterhusius.

## COMMENTARIVS.

1. ἀπέκειρε — τα λήϊα. Demades de Epaminonda: ἀπέκειρε γὰρ τὴν ἀκμὴν τῆς Σπάρτης ὁ Θηβαῖος. *demessuit enim florem Spartae Thebanus*, nempe vt in notissimo Epigrammate apud Pausaniam Lib. IX. c. 15. de eodem: Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν. *Consiliis nostris laus est attonsa Laconum*. Cicero. Apud Herodotum aliquoties κείρειν τὴν γῆν, τὴν χώραν. *caedere, vastare*. *Bergler*. v. etiam Aelianum Var. Hist. Lib. II. c. 44. — Λήϊα inter alia Hesychius explicat etiam σιτοφόρα χωρία.

3. ἐπακτοὺς πυρούς. Demosthenes adv. Leptinem p. 37. Wolf. ἐπείσακτον σῖτον dicit, eoque plurimum vti Athenienses, praesertim frumento, quod ex Ponto impor-

tabatur. *Bergler.* v. etiam Demosthenem pro Corona Vol. I. 254. 21. Reisk.

5. εὐετηρίας. Hesychius: Εὐετηρία. καλὸς ἐνιαυτός.

8. ἐκτίσομεν αὐτὸ τὸ μέτρον, καὶ λώϊον. Hesiodus in Ἔργοις v. 350.

εὖ δ' ἀποδοῦναι
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον αἴκε δύνηαι.

*Recte reddito*, quae acceperis, *Eadem mensura et amplius si possis.* Abiit autem in prouerbium. Lucianus de Imaginibus §. 12. (T. VI. Bip. p. 15. et ibi Reitzius p. 388.) μύθον ἀντὶ μύθου ἄμειψαι, αὐτῷ τῷ μέτρῳ φασὶν, ἢ καὶ λώϊον. *Bergler.*

10. εἰς στενὸν τοῦ καιροῦ φθειρομένους. Hic φθείρεσθαι propter adiunctum εἰς et στενὸν potest accipi, vt motum consignificet, vide ad Epist. 18. De εἰς στενὸν Lucianus in Hermotimo §. 63. (T. IV. Bip. p. 82.) περιέρχῃ με, ὦ Λυκῖνε, καὶ συνελαύνεις εἰς στενόν. *circumuenis me, o Lycine, et in angustias cogis*, alias dicendum fuisset ἐν στενῷ φθειρομένους. Lucianus in Ioue Tragoedo §. 4. (T. VI. Bip. p. 227. et ibi Reitzius p. 518.) ὁρᾶτε τὸν κίνδυνον, ὡς ἐν στενῷ παντάπασι τὰ ἡμέτερα, καὶ ἐν ἑνὶ ἀνδρὶ κινδυνευόμενα. *Videtis periculum*, vt res nostrae *in angusto sint, et in vno homine periclitentur.* Ibidem p. 258. ὁρᾷς ἀποδιδράσκεις τὸν ἔλεγχον ἐν τῷ στενῷ ἐχόμενος, *Vides, vt coargui non vis, dum in angustiis teneris.* Inuenitur tamen εἰς quandoque pro ἐν, vt apud Arrianum Lib. IV. p. 174. εἰς φυλακὴν εἶχον, itaque hic εἰς στενὸν φθειρομένους potest esse pro ἐν στενῷ φθειρομένους. *Bergler.*

## Epistola XXV.

### Εὔστολος Ἐλατίωνι.

Οὐδέν με τῆς γῆς ἀμειβομένης τῶν πόνων ἄξιον, ἔγνων ἐμαυτὸν ἐπιδοῦναι θαλάττῃ καὶ κύμασι. Ζῆν μὲν γὰρ καὶ τεθνάναι μεμοίραται ἡμῖν, καὶ οὐκ ἔστι τὸ χρέος φυγεῖν κἂν ἐν οἰκίσκῳ τὶς καθείρξας αὐτὸν τηρῇ· ἐνεργὸς γὰρ ἡ ἡμέρα ἐκείνη, καὶ τὸ πεπρωμένον ἄφυκτον, ὥστε τὸ ζῆν οὐχ' ὑπὸ τούτων ταλαντεύεται, ἀλλ' ὑπὸ τῇ τύχῃ βραβεύεται. Ἤδη γάρ τινες μὲν ἐπὶ γῆς ὠκύμοροι, ἐπὶ θαλάττης δὲ μακρόβιοι κατεβίωσαν. Ὥστε εἰδὼς ταῦθ' οὕτως ἔχειν, ἐπὶ ναυτιλίαν βαδιοῦμαι, καὶ ἀνέμοις ὁμιλήσω καὶ κύμασι. Κρεῖττον γὰρ ἐπανήκειν ἐκ Βοσπόρου καὶ Προποντίδος νεόπλουτον, ἢ καθήμενον ἐπὶ ταῖς τῆς Ἀττικῆς ἐσχατιαῖς λιμῶδες καὶ αὐχμηρὸν ἐρυγγάνειν.

## ADNOTATIO CRITICA.

Tit. Pro Εὔστολος Ἐλατίωνι Cod. Vind. A. Εὐθαλος Ἐλατίονι. Cod. B. prius tantum nomen mutat in Εὔταλος. Quid fictis eiusmodi nominibus facias? Vulgata in vtroque nihil habet, quod a vita piscatoria abhorreat. Quum vero, quem epistolam scripsisse fingit Alciphron, eo, quo scripsit, tempore adhuc agricola fuerit, fortasse non absurde Εὔθαλος coniicere possis.

4. φυγεῖν Cod. Vind. A. τηρεῖν, ex quo nihil sani exsculpo. Librarii oculus sine dubio aberrauit, vt, quod saepius accidit istis hominibus, versiculo sequenti obveniens τηρῇ occuparet, nec tamen, vbi vitium a se com-

missum animaduerteret, lituram facere vellet. Solemne est τὸ χρέος ἀΦυκτον, de quo nuperrime agentem vide virum κριτικώτατον *Frid. Iacobs* Exercitatt. crit. T. I. p. 14. qui nec Berglerum neglexit.

5. καθείρξας αὐτόν. Cod. Vind. B. αὐτὸν male pro αὐτὸν, praeterea vero inuertit ita: αὐτὸν καθείρξας nec hoc suaue ad auditum.

5. ἐνεργός. Berglerus vertit: *dies illa non cessat*, quod, vti non nego recte factum esse, ita tamen malim ἐναργὴς, *euidens*, *certus*. Sed video occupasse Arnaldum Misc. Obseruatt. Vol. IV. p. 452.

6. οὐχ' ὑπὸ τούτων. Ms. Vindob. (B.) οὐχ' ὑπὸ τούτοις. parum interest. *Bergler.* Cod. A. habet οὐθ' ὑπό. Doruillianus autem ὑπὲρ τούτοις. v. ad Charitonem p. 445. Glossat. Eichst. in sequentibus τῆς τύχης, quod melius respondet τῷ τούτων, vt idem casus seruetur.

14. λιμώδες. Cod. Vind. A. λιμώδη. Haud male, si quid sentio, ita tamen, vt sequens αὐχμηρὸν etiam masculine sumas; nam αὐχμηρὸς est etiam *pauper*.

14. ἐρυγγάνειν. Cod. Vind A. ἐῤῥιγγάνειν. vitiose, nisi lateat aliud verbum ἐῤῥιγοῦν, *algere*, quod loco satis conueniret, saltem vrbanius esset vulgato.

## COMMENTARIVS.

2. ἔγνων. *Constitui*, *visum est mihi*, *decreui*. Demosthenes contra Aristocratem: τἀναντία ἐγνωκὼς ποιεῖν, et paullo ante: τἀναντία διεγνωκὼς ποιεῖν. Idem aduersus Leptinem: τοὺς ἰδία γνόντας εὖ ποιεῖν ὑμᾶς. Ibidem: ἃ προσήκει δόξετ' ἐγνωκέναι, καὶ τῇ πόλει τὰ κάλλιστα ἔσεσθε ἐψηφισμένοι. *Bergler.*

3. τεθνάναι μεμοίραται ἡμῖν. Haec Aeschines sic: τοῦ ἀποθανεῖν ὁμοίως ἐπικεκλωσμένου ἅπασι. Isocrates ad Dem. sic: τὸ μὲν γὰρ τελευτῆσαι πάντων ἡ πεπρωμένη κατέκρινε. *Bergler.*

4. οὐκ ἔστι τὸ χρέος φυγεῖν. Μοιρίδιον χρέος vocat Plutarchus in Conſolat. ad Apollonium (p. 374. ed. Wyttenbach. Lipſ.) rationem adpellationis exponens. Idem pro χρέος poſuit χρεών, eamdem cum Alciphrone ſententiam enuntians, in Pyrrho p. 403. τὸ δὲ χρεὼν ἦν ἄφυκτον, quod idem eſt, quod apud eumdem in Conſol. ad Apollon. p. 410. τὴν μοῖραν οὐκ ἔστιν ἐκφυγεῖν, et apud Noſtrum τὸ πεπρωμένον ἄφυκτον. *Bergler.* De voce χρέος vide Scheidium ad Lennepii Etymolog. p. 1119. vbi nec Berglerus neglectus.

4. κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις καθείρξας αὐτὸν τηρῇ. Sunt verba Demoſthenis ex Oratione de Corona (Vol I. 258. 21. Reisk.) quae crebra adluſione auctorum quaſi in prouerbium abierunt. Mutuatus autem eſt hanc ſententiam ex Homero Demoſthenes, vt adnotant Plutarchus *de poëſi Homerica*, vbi oſtendit, quomodo praeſtantiſſimi quique auctores Poëtam imitentur: Lucianus in Encomio Demoſthenis §. 5. (T. IX. Bip. p. 137.) vbi ſimilitudinem inter Homerum et Demoſthenem monſtrat: et Clemens Alexandrinus Strom. Lib. VI. vbi parallela colligit ex antiquis et poſterioribus ſcriptoribus. Locus Homeri, quem adumbrauit Demoſthenes, eſt Il. M. v. 322. cuius ſumma: *Si poſt hoc bellum eſſemus immortales futuri, diſſuaderem pugnam; ſed quia mille modis inſtat mors, pugnemus* glorioſe. Demoſthenem imitatur Ariſtides in Panathenaico: τῶν Ἑλλήνων ἀσφάλειαν εἶναι καὶ σωτηρίαν ὑπελάμβανεν, οὐκ εἰ καθείρξασα αὐτοὺς ἐπὶ τῆς ἑστίας τηροίη. *Graecorum ſecuritatem eſſe et ſalutem putabat* respublica Athenienſium, *non* in eo, *ſi* nimirum *eos* domi *apud focum concluſos teneret*, ſed ſi ad bellum contra barbaros animaret. Vbi male editio, qua vtor, Aldina Iſocratis et huius Orationis fol. 98. lin. 57. καθείρξας αὐτούς, errore ſolemni cum litera vel ſyllaba omittitur, bis ἀμέσως ponenda. *Bergler.*

6. τὸ πεπρωμένον ἄφυκτον. Ariſtoteles apud Stobaeum Tit de Morte: (p. 600. ed. Aurel. Allobr 1609.) ἄφυκτον τὸ τῆς πεπρωμένης κακόν. Plutarchus in Ly-

sandro circa finem: ἀΦευκτόν ἐστιν ἀνθρώπῳ τὸ πεπρωμένον. Herodotus Lib. I. Segm. 91. τὴν πεπρωμένην μοίρην ἀδύνατά ἐστιν ἀποφυγέειν. Plato in Gorgia (T. IV. Bip. p. 142.) ὅτι τὴν εἱμαρμένην οὐδ' ἂν εἷς ἐκφύγοι, vbi hanc tamquam mulierculariam sententiam obiter perstringit Socrates, non autem mortem simpliciter intelligit. *Bergler.*

7. ὑπὸ τῇ τύχῃ βραθεύεται. Isocrates in Areopagitico: ἐν μὲν γὰρ τῇ κληρώσει τὴν τύχην βραβεύειν, *in sortitione enim Fortunam esse arbitram.* *Bergler.* Infra apud Nostrum Lib. III. Ep. 49. ὦ δαῖμον, ὅς με κεκλήρωσαι. Plura vide apud Doruilium ad Chariton. p. 445.

8. ὠκύμοροι. Lucianus in Contemplant. §. 19. (T. III. Bip. p. 58.) οἱ μὲν ὀλιγοχρόνιον ἔχουσι καὶ ὠκύμορον τὸ Φύσημα etc. *alii breuis aeui habent spiritus, et quos ocyor mors consequitur.* *Bergler.*

10. ἀνέμοις ὁμιλήσω. Iulianus Epistola 24. de ficubus in sole siccandis: ἵνα λευκαίνηται — ἡλίῳ καθαρῷ προσομιλοῦντα (τὰ σῦκα) *vt albescant adsiduo puri solis vsu.* *Bergler.* Sic supra Ep. 8. ταῖς αὔραις διαλαλήσας, et apud Lucianum in Timone (T. I. Bip. p. 76.) προσφιλοσοφεῖν τῇ δικέλλῃ.

13. καθήμενον. Καθῆσθαι et *sedere* in vtraque lingua saepe pro *desidem et otiosum esse.* Sufficiat hic vnus locus Pindari Olymp. A. v. 131. qui et cum antecedentibus congruit, vt Noster eum ob oculos habuisse videatur. Θανεῖν δ' οἷόν ἀνάγκα, Τί κέ τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν σκότῳ καθήμενος ἕψοι μάταν, ἀπάντων καλῶν ἄμμορος; *Cum omnibus moriendum sit, cur aliquis ignobile senium in tenebris sedens coquat frustra, omnium bonorum expers?* vbi Scholiastes: τὸ δὲ, ἐν σκότῳ καθήμενος, ἀντὶ τοῦ (ἐν) ἀκινησίᾳ καὶ ἀκλείᾳ καθεστώς. *in torpore et in obscuro constitutus.* *Bergler.* Adde Herodotum Lib. III. Segm. 134. p. 265. Wesseling. ἔχων δύναμιν τοσαύτην κάτησαι, et Lib. IV. Segm. 259. ἐκ τοῦ μέσου καθήμενοι. et alibi. Plura dabit Lennepius ad Phalar. p. 253. Eodem modo adhibentur κεῖσθαι et κατακεῖσθαι.

14. ἐπὶ ταῖς τῆς Ἀττικῆς ἐσχατιαῖς. Casaubonus Lect. Theocrit. c. 14. *Adpellant Graeci ἐσχατιὰς singulorum agros suis finibus distinctos et separatos, recteque doctissimus Glossographorum Hesychius exposuit* ἀγρόν. Mox: *Sed in ea voce apud elegantissimos interdum aliquid inest contemtus.* Alciphron in Epistolis: κρεῖττον ἐπανήκειν etc. *Bergler.* Occurrit praeterea apud Nostrum Lib. III. Ep. 34. et 38. vide etiam Hemsterhusium ad Luciani Timonem T. I. Bip. p. 394. et Ernestium ad Callimachi H. in Delum v. 139. p. 173.

---

## Epistola XXVI.

### Ἀγελαρχίδης Πυθολάῳ.

Μέγα, ὦ φίλε, κακὸν οἱ κατὰ τὴν πόλιν τοκογλύφοι. Ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδα τί παθὼν, δέον παρὰ σὲ ἢ παρά τινα ἄλλον τῶν κατ' ἀγρὸν γειτόνων ἐλθεῖν, ἐπεὶ κατέστην ἐν χρείᾳ χρημάτων, βουλόμενος ἐπὶ Κολωνῷ πρίασθαι χωρίον, ξεναγήσαντός μέ τινος τῶν ἀστικῶν ἐπὶ τὰς Βυρτίας θύρας ἀφικόμην. Εἶτα καταλαμβάνω πρεσβύτην, ὀφθῆναι ῥικνὸν, συνεσπακότα τὰς ὀφρῦς, χαρτίδια ἀρχαῖά τινα, σαπρὰ δὲ διὰ τὸν χρόνον, ὑπὸ κορέων καὶ σητῶν ἡμίβρωτα, διὰ χειρὸς κατέχοντα. Εὐθὺς μὲν οὖν μόλις με προσεῖπε, ζημίαν ἡγούμενος τὴν προσηγορίαν· εἶτα τοῦ προξένου φήσαντος, ὡς δεοίμην χρημάτων, πόσων ἥρετο τάλαντων; Ἐμοῦ δὲ θαυμάσαντος τὴν ὑπερβολὴν, διέπτυεν εὐθέως, καὶ δῆλος ἦν δυσχεραίνων· ὅμως ἐδίδου καὶ ἀπήτει γραμματεῖον. καὶ

ἐπὶ τῷ ἀρχαίῳ τόκον βαρὺν καὶ τὴν οὐσίαν ὑποθέσει μηνὸς εἰσέτι μοι. μέγα τί κακὸν εἰσὶν οἱ περὶ τὰς ψήφους καὶ τῶν δακτύλων τὰς κάμψεις εἰλινδούμενοι, μή μοι γένοιτο ἀγροίκων ἔφοροι δαίμονες, μὴ λύκον ἔτι, μὴ δανειστὴν ἰδεῖν.

## ADNOTATIO CRITICA.

Tit. Πυθολάῳ. Cod. Vind. A. Πυθόλα.

1. ὦ φίλε. Idem liber habet ὦ γύναι, quod, quamquam vitiosum, nam, quae sequuntur, omnia suadent ad virum scriptam esse epistolam, tamen ad veriorem haud dubie lectionem ducit ὦ γενναῖε, seruatam a Codice Dorviliano v. ad Charitonem p. 498.

3. παρὰ alterum ante τινὰ abest a Vienn. A. nec admodum desideraueris.

5. Κολωνῷ. Vind. A. Κολωνίῳ.

5. ξεναγήσοντος — κατέχοντα. Vulgata Bergleri sic: ἐξηγήσαντός μέ τινος τῶν αστικῶν ἐπὶ τὰς Μαρτίου θύρας ἀφικόμην. εἶτα καταλαμβάνω πρεσβύτην ὀφθῆναι ῥικνὸν, συνεσπακότα τὰς ὀφρῦς, χάρτην δὴ ἀρχαῖά τινα, σαπρὸν δὲ τῷ χρόνῳ ὑπὸ κορέων καὶ σητῶν ἡμίβρωτον διὰ χειρὸς ἔχοντα. Ad quae iam sua aetate notauerat Berglerus: Pro ἐξηγήσαντος puto Alciphronem scripsisse ξεναγήσαντός μέ τινος, *ducente me quodam tamquam peregrinum*, vtpote rusticum qui non frequentauerit vrbem. Lucianus Scytha (c. 4. T. IV. Bip. p. 150.) σύ με παραλαβὼν ξεναγησον καὶ δεῖξον τὰ κάλλιστα Ἀθήνησιν. Alias dicendum fuerat ἐξηγησαμένου τινὸς, non enim datur terminatio actiua verbi ἡγοῦμαι. Sed causa erroris non adparet, et in hac re videtur non ἐξηγεῖσθαι potius vsurpaturus fuisse, quam καθηγεῖσθαι, vt Lucianus Ver. Hist. Lib. II, 31. (Tomo IV. Bip p. 290.) παρελθόντες δὲ ὅμως τοῦ Ναυπλίου καθηγουμένου, ἑωρῶμεν κολαζομένους πολλούς. — Deinde nomen Μαρ-

τίου ſuſpectum habet, vti ſequentia δι' ἀρχαῖά τινα, σαπρὸν δὲ, quae, vtcumque potuit, interpretatus eſt: *propter ſortes quasdam vſurarum*, cum interpres prioris editionis vertiſſet: *veteſtam quamdam chartam et putridam.*

Poſt Berglerum primum lubet nominare *Reiskium*, qui in Miſcell. Lipſienſib. nouis T. V. 1747. edito p. 728. pro Μαρτίου coniicit Μαργίτου, quam eamdem coniecturam epiſtola eodem anno ſcripta *Io. Steph. Bernardus* teſtatur orae exemplaris ſui adſcriptam inueniſſe manu viri docti, quem *Torrenium* fuiſſe arbitratur. v. Reiskii vitam p. 261. — Μαργίτου etiam ſine dubio ex Reiskio margini adſcripſit Gloſſ. Eichſtad. praeterea vero: χάρτην δὲ ἀρχαῖAN — σαπρAN. Porro *Ge. Arnaldus* Miſc. Obſeruatt. Vol. IV. p. 453. aut legendum χάρτην δὲ ἀρχαίον τινα, aut χαρτίδια ἀρχαῖά τινα, σαπρὰ et deinde ἠμίβρωτα exiſtimauerat, addideratque, maioris contemtus gratia vti epiſtolae ſcribam deminutiuo, fortius indicaturum chartarum illarum vilitatem. Quemadmodum enim a Σωκράτης Ariſtophanes fecerit Σωκρατίδιον, quidni eodem iure Alphroni licuerit a χάρτης effingere χαρτίδιον? [Sic γραμματίδια apud Noſtrum Lib. I, 37. et Lib. III, 62. W.] — *Doruilius* ex Codice ſuo adfert ad Chariton. p. 472. Μυρτίου pro Μαρτίου, et plura inuicem commutatarum literarum A et Υ. exempla, confirmat etiam ξεναγήσαντος. — Ex Codd. denique meis Vindobb. ſolus A. habet σαπρώδη τὸν χρόνον — σίτων pro σητῶν et ἠμίβρωτα.

Palmam his omnibus praeripit Codex Regius, nunc, ſi Dis placet, Reipublicae Francogallicae, cuius veriſſimam totius loci lectionem debemus Criticorum noſtrae aetatis facile principi Ruhnkenio, qui, quum ad Timaeum ed. ſec. p. 186. gloſſam ξεναγοὶ, οἱ τοῖς ξένοις ἡγούμενοι ὁδοὶ (ὁδὸν vel ὁδοῦ) locum Platonis, quem Timaeus in animo habuerat, aliosque aliorum attuliſſet, Bergleri etiam laudat acumen, qui veriſſime legerit ξεναγήσαντος apud Noſtrum. Tum vero totum ponit locum, ſicut integre et

emendate in codice illo regio ſcriptum repererat, ſicut et nos nunc dare operas iuſſimus. Quam egregiam textus conſtitutionem ſi cum antea adlatis virorum doctorum emendationibus conferas, mecum profecto, quisquis harum literarum et amans et peritus es, viros laudatos laetaberis coniectura ſubſidioue librorum vel propius abfuiſſe a vero, vel rem plane acu tetigiſſe. Non infitior tamen, quamquam mirifice placent omnia, ſolum Βυρτίου nomen mihi adhuc videri ſuſpectum.

11. εὐθὺς μὲν οὖν μόλις. Haec inter ſe pugnare videntur *Berglero*. Aliter et recte quidem ſenſit Cel. *Herelius* in Actis literar. Klotzianis Vol. III. p. 91. Cur non enim, ita quaerit, quisquam *primum, ab initio*, vix loqui, ridere, accedere, dici queat? At haec frequenter εὐθὺς ſignificare, neminem neſcire. Addit deinde aliquot ſimilia exempla: *Val. Flacci* Lib. IV. v. 261. *Continuo* Bebryx — *vix* ora virum, *vix* tollere paſſus Brachia; et *Statii* Theb. Lib. XII. v. 321. *mox tandem*. — Mihi quidem decepiſſe Berglerum videtur hoc, quod μόλις τῷ εὐθὺς iunxerit, quod tamen ad verbum προσεῖπε referendum. In ſequentibus poſt εἶτα particulam δὲ excidiſſe crediderim.

16. καὶ ἐπὶ τῷ ἀρχαίῳ —ὑποθέσει μηνός. En alium locum vexatum! de quo quid Berglerus ſtatuerit, primum exſcribam, omiſſis tamen iis, quae ad confutandum priorem interpretem monuerat. Hic locus, inquit, vel corruptus eſt, vel obſcurus. Si non corruptus ſupponatur, quamuis aegre poterit hic ſenſus elici: καὶ τὴν οὐσίαν ἀπήτει ὑποθέσει μηνὸς εἰσέτι μοι, *et bona mea petebat vt quae oppignerata fuiſſent, praeſtituto mihi tempore vnius adhuc menſis*, vt vox ὑποθέσει ad duo referatur: ad tempus, quod expreſſum eſt, μηνὸς, qualis ὑπόθεσις vſitate προθεσμία dicitur, et ad οὐσία ſubaudito αὐτῆς, vel ἀπὸ κοινοῦ οὐσίας; deinde, vt ὑποθέσει ſit pro δι' ὑπόθεσιν μηνὸς καὶ οὐσίας ἐμοὶ ſcil. γεγενημένην. Quod ſi corruptus eſt, vt eſſe puto, en coniecturam meam, quam

nec a re, nec a vestigiis scripturae alienam puto, legendo: καὶ τὴν οὐσίαν ὑποθέμενος. Ita solent loqui de oppigneratione, et de eo quidem, qui pignus dat, *actiue* sic, vt Demosthenes contra Timotheum (Vol. II. 1188. 1.) non nimis longe a principio: δάνεισμα ποιεῖται ἰδίᾳ παρ' ἑκάστου αὐτῶν τὰς ἑπτὰ μνᾶς, καὶ ὑποτίθησιν αὐτοῖς τὴν αὐσίαν, *foenori sumit seorsim ab vnoquoque eorum illas septem minas, et oppignerat eis bona sua*, et Oratione sequente, quae est contra Polyclem (ibid. 1208. 13.) non longe a principio: ὑποθεὶς τὴν οὐσίαν τὴν ἐμαυτοῦ, δανεισάμενος ἀργύριον, πρῶτος ἐπλήρωσάμην τὴν ναῦν, *cum autem pignori adposuissem opes meas, et foenori accepissem pecuniam, primus instruxi nauem.* De eo autem, cui pignus datur, *passiue* sic, vt in eadem contra Polyclem (ibid. 1223. 24.) non nimis longe a fine: ἐκέλευον αὐτόν μοι δανεῖσαι, ὑποθέμενον τὰ σκεύη τῆς νεώς, *iubebam eum mihi foenore dare sumtis in pignus instrumentis nauticis.* Recte ergo distinguunt Phrynichus (p. 40. Pauw.) et Thom. Mag. (p. 876. Bernard.) ὑποτίθησι μὲν τὰ ἐνέχυρα ὁ δανειζόμενος, ὑποτίθεται ὁ λαμβάνων ἤγουν ὁ δανείζων. Illud autem μοι vel abubdat, vt saepe, [vix tamen sic vti h. l. in fine positum. W.] vel est pro παρ' ἐμοῦ [consentit Reitzius ad Lucian. de saltat. T. V. Bip. p. 445. et Asino T. VI. p. 470.] vt apud Herodotum Lib. VIII. Segm. 67. Εἰπαί μοι πρὸς Βασιλέα, Μαρδόνιε. Homerus Il. Ξ v. 501. 2. Εἰπεμεναί μοι Τρῶες ἀγαυοῦ Ἰλιονῆος Πατρὶ φίλῳ καὶ μητρί, γοημέναι ἐν μεγάροισι. Idem Lib. sequ. v. 88 Θέμιστι δὲ καλλιπαρήῳ Δέκτο δέπας. vbi Scholiastes: ἀντὶ τοῦ, παρὰ Θέμιδος. — Denique ad verba εἰσέτι μοι haec adscripsit Berglerus: ita haec interpunguntur εἰσέτι μοι· ego ista ad sequentia malui referre in versione (*adhuc meo iudicio magnum malum sunt foeneratores* etc.) secutus distinctionem, quam fecit *Brodaeus*, hunc locum citans ad Anthologiam Epigrammatum Graecorum.

Hactenus Berglerus, cuius

lectionem et interpretationem τοῦ ὑποθέμενος comprobat Pierſonus ad Herodianum Grammat. p. 474. ita tamen, vt propius ad literarum ductus acceſſurum fuiſſe exiſtimet ὑποτεθείμενος ἤ ἐστι μοι. Tum profert lectionem Codicis Regii, qui totum locum ita exhibet: καὶ πρὸς τῷ ἀρχαίῳ καὶ τόκον βαρὺν καὶ τὴν οὐσίαν ὑποΘΗΣΕΙ ΜΗΝΟΣ, ἤ ἐσί μοι. Vltima: ἤ ἐσι μοι placebant Pierſono, quum tamen animadvertiſſet, pronomen ἤ ab οὐσία, ad quam referendum eſt, ſic nimis remoueri, in reliquis diſceſſit a Codice, et mauult τὴν οὐσίαν ὑποτεθειμένος, ἤ ἐσί μοι.

Cod. Vind. A. memorabilem ſatis praefert lectionem ὑπετίθει, quam ſi conuertas, vna literula addita, in ὑπετίθειν, ſenſum habebis non contemnendum: *et ego facultates meas oppigneraui ad menſem;* nam quod habet Codex A. μηδενὸς, a ſecunda tamen manu, pro μηνὸς, quid ſibi velit, neſcio. Poſt τὸ κακὸν omittit denique voculam εἰσὶν, quae deſit, an adſit, nil intereſt.

Si quis autem ex me quaerat, quid ego ſentiam, is ita habebit modeſte reſpondentem: Neſcio, cur impetrare a me non poſſim, vt τὸ μηνὸς miſſum faciam; deinde lectio Codicis Regii ἤ ἐστί μοι, quum frigere aliquantulum videatur, ex Vindobonenſi ſaltem τὸ ὑπετίθειν adoptari, totumque locum aliter interpungi poſſe cenſuerim, ita: ὅμως ἐδίδου καὶ ἀπήτει γραμματεῖον, καὶ ἐπὶ τῷ ἀρχαίῳ τόκον βαρύν· καὶ τὴν οὐσίαν ὑπετίθειν (διὰ) μηνός. Εἰσέτι μοι μέγα τὶ κακὸν (εἰσὶν, ἔσονται) οἱ κ. τ. λ. *Tamen dare ſe velle profeſſus eſt, poſtulauit autem ſyngraphum, et praeter ſortem vſuras graues, ergoque oppigneraui facultates ad menſem. In poſterum quoque* (reſpicere autem τὸ μέγα κακὸν ad initium epiſtolae videtur) *in poſterum, inquam*, quod initio dixi, *in magnis malis habebo foeneratores* etc. Ceterum διὰ, vbi de tempore ſermo eſt, omitti poſſe didici ex Xenophontis Ageſilao Lib. II. §. 23. vbi v. Bachium. cf. Thucyd. VII. 3. πέντε ἡμερῶν, intra quinque dies,

et ipsum Nostrum infra Ep. 36. vbi χρόνον τοῦτον, pro quo Doruilius substitui mauult χρόνου τούτου.

19. εἰλινδούμενοι. Cod. Vind. A. ἀλινδούμενοι. v. supra ad Epist. 23.

## COMMENTARIVS.

(cf. omnino infra Lib. III. Ep. 3.)

1. μέγα — κακὸν — οἱ τοκογλύφοι. Foeneratores Athenis odiosi. Demosthenes aduersus Pantaenetum: (Vol. II. 981. 24. Reisk.) μισοῦσί φησιν Ἀθηναῖοι τοὺς δανείζοντας. Plautus in Mostellaria Act. III. Sc. 1. v. 123. *Nullum aedepol hodie genus est hominum tetrius — quam danisticum.* Τοκογλύφοι autem apud Lucianum in Necyom. § 11. [T. III. Bip. p. 14. et ibi Hemsterhus. p. 351. Cicero ad Atticum II, 1. toculliones. v. Casaub. ad Theophr. p. 92. ed. Fischer. τοκογλυφεῖν est apud Lucianum in Conuiuio §. 36. T. IX. Bip. p. 75.] τοκογλύφοι προσῆσαν ὠχροί, qualis et hic est. In Anthol. Epigr. Graec. Lib. II. c. 50. (Iacobs T. III. p. 132.) Palladas: Ἀνὴρ δανειστὴς τῶν χρόνων γλύφων τόκους. *Foenerator longi temporis vsuras scalpens*, vbi Brodaeus: *stylo imprimens, scribens.* Manent autem denominationes antiquae, etiamsi res defierint, et aliae eiusdem vsus in earum locum successerint, vt in cera et charta, vnde et *exarare. Bergler.*

4. κατέστην ἐν χρείᾳ χρημάτων. Demosthenes de falsa legat. (Vol I. 389. 5. Reisk.) χρημάτων ἐν σπάνει — αὐτὸν καταστήσειν (ἐμέλλετε.) Andocides de Mysteriis circa finem εἰς πενίαν καὶ ἀπορίαν κατέστην. Demosth. adv. Leptinem: τοὺς μὲν ἐν κινδύνῳ καθεστηκότας — τοὺς δὲ ἐν πάσῃ καθεστάναι δοκοῦντας εὐδαιμονίᾳ. *Bergler.*

5. ἐπὶ Κολωνῷ. Κολωνὸς pagus Atticus, vnde Sophocles oriundus, qui in honorem patriae Oedipum ἐπὶ Κολωνῷ scripsit. Dicunt etiam ἐν Κολωνῷ. Aeschines in

Tim. τὴν ἐν Κολωνῷ συνοικίαν, τὴν Δήμωνος καλουμένην. *Bergler.*

8. ῥικνόν. Suidas: Ῥικνὰ, ἐῤῥυτιδωμένα, ἀσθενῆ. *rugosa, infirma.* Coniungit Lucianus de Gymnasiis, §. 25. (T. VII. Bip. p. 185.) ῥικνοὶ καὶ κατεσκληκότες [quae vox et apud Noſtrum Lib. III. Ep. 3. et 19.] quemadmodum Anonymus apud Suidam ῥικνοὶ καὶ κατασκελετευμένοι. Scholiaſtes Apollonii ad Lib I. v. 669 ῥικνοῖσι. ῥυσοῖς. ἡ δὲ λέξις παρὰ Καλλιμάχῳ, Ναὶ μὰ τὸ ῥικνὸν σῦφαρ ἐμόν. *Iuro per rugoſam pellem meam. Bergler.* Callimachi locus eſt in Fragmentis a Bentleio collectis p. 433. ed. Ern. De voce ῥικνὸς v. Thomam Mag. p. 783. et ibi Intt. Kueſterum ad Iamblichum p. 162. Ruhnken. ad Timaeum p. 229.

8. συνεσπακότα τὰς ὀφρῦς. Ariſtophanes in Pluto v. 756. ὀφρῦς συνῆγον, ἐσκυθρώπαζον θ' ἅμα. Iul. Pollux Lib. II. Segm. 49. καὶ ὁ τὰς ὀφρῦς δὲ συνάγων, ὁ φροντιστής. *Bergler.* v. et Anton. Philoſ. III. 48. p. 74. ed. Woll. infra Lib III, 3. κατεσπακώς. — Ib. σαπρά. De qua voce vide, ſi lubet, Thom. Mag. p. 790. Moeridem p. 352. De σαθρὸς, quod idem eſt, Toupium ad Longinum p. m. 321.

10. διὰ χειρὸς κατέχοντα. Athenaeus Lib. XI. p. 504. ὁ τοὺς μίμους πεποιηκώς, οὓς ἀεὶ διὰ χειρὸς ἔχειν Δοῦρις φησὶ τὸν σοφὸν Πλάτωνα. *Auctor mimorum, quos in manibus ſemper habuiſſe Platonem Duris dicit.* Lucianus Nigrino init. ſic: καταλαμβάνω τὸν μὲν ἐν χερσὶ βιβλίον ἔχοντα. *Bergler.* quem ad hunc Luciani locum laudat Hemſterhuſius T. I. Bip. p. 231. Apud Noſtrum huius libri Ep. 34. eſt etiam μετὰ χεῖρας.

11. ζημίαν ἡγούμενος τὴν προσηγορίαν. Ex contrario Syneſius Ep. 60. χαῖρε παρ' ἐμοῦ ζημίαν ἡγουμένου τὸν χρόνον, ὃν ἐσιώπησα. *Bergler.*

15. διέπτυεν εὐθέως. De *contemtu.* Lucianus de mercede cond. §. 30. (T. III. Bip. p. 254.) ἢν δὲ μειδιάσω καὶ ῥυθμίσω τὸ πρόσωπον εἰς τὸ ἥδιστον, κατεφρόνησε

καὶ εὐθὺς διέπτυσε. *Bergler.* Gloss. Eichstad. laudat Euripidem in Hippolyto v. 614.

16. γραμματεῖον. *Syngrapham.* Demosthenes contra Dionysodorum initio (Vol. II. 1283. 2. Reisk.) vbi foenerator dicit: ὁ δανειζόμενος ἐν παντὶ προέχει ἡμῶν. λαβὼν γὰρ ἀργύριον φανερὸν καὶ ὁμολογούμενον, ἐν γραμματιδίῳ δυοῖν χαλκοῖν ἐωνημένῳ, καὶ βιβλιδίῳ μικρῷ πάνυ τὴν ὁμολογίαν καταλέλοιπε τοῦ ποιήσειν τὰ δίκαια· ἡμεῖς δ' οὐ φαμὲν δώσειν, ἀλλ' εὐθὺς τῷ δανειζομένῳ δίδομεν τὸ ἀργύριον. *Qui foenori sumit, in omnibus meliori conditione est, quam nos, qui damus. Is enim accepta pecunia manifesta et certa, in tabella duobus chalcis emta et libello admodum exiguo confessionem relinquit, qua se, quae aequa sint, facturum testatur. Nos autem non pollicemur nos daturos, sed statim damus pecuniam ei, qui foenori accipit.* Mox syngrapham vocat. In Glossario Labbei: γραμματεῖον. *chirographum, cautio, instrumentum, libellus. Bergler.* cf. etiam Doruilium ad Chariton. p. 486.

16. καὶ ἐπὶ τῷ ἀρχαίῳ τόκον βαρύν. Interpres: *Imposuit igitur summae grauem vsuram,* quasi legisset ἐπέθηκε οὖν, vt dicimus ἐπιτιθέναι τινὶ ζημίαν. *Bergler.* Ἀρχαῖα sunt *sortes,* vel *capita,* vt vocant, *pecuniae creditae.* Sic ipse Berglerus ad Aristoph. Nubes v. 1155. ex Kuestero.

19. ψήφους. Trapezitae, vt ait Archestratus apud Athenaeum Lib. VII. p. 305. εἰώθασι δονεῖν ψήφους αἰθωνι λογισμῷ, *solent versare calculos ardenti studio computandi.* Ita rectissime Casaubonus illa de trapezitis accipit.

19. δακτύλων κάμψεις. Epigramma in Anthol. Lib. I. c. 84. (Jacobs T. IV. p. 211.)

Τέρπε δανειζόμενος τὴν σὴν φρένα· τοῖς δὲ δανεισταῖς
Κάλλιπε τὴν ψῆφον δακτυλοκαμψόδυνον.

*Oblecta tuum animum foenore accipiendis pecuniis. Foeneratoribus autem Relinque computationes anxias, quae fiunt digitorum inflexione,* ad quem locum non immemor

fuit Alciphronis Brodaeus. Lucianus etiam in Cataplo §. 17. (T. III. Bip. p. 197.) sic describit foeneratorem: ὠχρὸς ἀεὶ καὶ αὐχμηρὸς ἦν, φροντίδος τὸ μέτωπον ἀνάπλεως, καὶ μόνοις τοῖς δακτύλοις πλουτῶν, οἷς τάλαντα καὶ μυριάδας ἐλογίζετο. [cf. etiam eumdem Lucianum in Timone §. 13. T. I. Bip. p. 84. vbi συνεσπακὼς τοὺς δακτύλους, et notam Hemsterhusii p. 364.] Et Dio Chrysost. Orat. IV. de Regno (T. I. p. 169. Reisk.) auarum inter alia sic describit: ἀεὶ κινῶν τοὺς δακτύλους, ἤτοι τὴν αὑτοῦ λογιζόμενος οὐσίαν ἢ τῶν ἄλλων τινός. Sumta autem haec descriptio computationis ab antiquissimorum hominum more, qui, cum nondum satis callerent rationem numerandi, ope digitorum eam peragebant, (qui cum quinque sint, a πέντε πεμπάζειν veteres τὸ ἀριθμεῖν dixerunt.) Certe apud Herodotum in Eratone c. 63. Ariston rex Spartae quum ei in senatu sedenti filius recens natus esse nuntiaretur, eodemque nuntio scrupulus iniiceretur, quod iusto citius partum illum contigisse putaret; coepit digitis computare, an etiam decem sint menses, ex quo vxorem illam in matrimonio habuisset — quasi sola cogitatione non posset tantillum numerum percurrere. Si cui autem minus credibilis hodie videbitur talis imperitia circa numeros, is cogitet, quod Strabo Lib. IX. p. 767. scribit de Albanis, gente Armeniis vicina, eos nimirum, cum pecunia non vtantur, nec numerare posse vltra centum, οὐδὲ ἀριθμὸν ἴσασι μείζω τῶν ἑκατόν. *Bergler.* Hoc ipso seculo in America australi inuenta adeo est natio Yameorum, quae ne vltra tres quidem progredi posset in computando. v. *Condamine Relation de la riviere des Amazones.* p. 67.

19. εἰλινδούμενοι. Idem quod κυλινδούμενοι et καλινδούμενοι, et ἀλινδούμενοι. v. supra ad Ep. 23. *Bergler.*

20. ἀγροίκων ἔφοροι δαίμονες. Virgilius Georg. I. v. 10. *Et vos agrestum praesentia numina Fauni.* Sunt autem Fauni Panes. Pan ἀγρονόμος in Anthol. Epigr. Lib. VI. c. 7. et Ἀγροτέρων θεὸς ibid. Lib. IV. c. 12. in Epigr. Philodemi, et paullo ante ἀγρότης, quemadmodum ἀγρό-

ται θεοὶ ibid. Lib. I. c. 3. Pan autem huc pertinet, quatenus is, qui fingitur epistolam scribere, est pastor, vt nomen indicat, *a gregibus ducendis*: et Pan est νόμιος, vt apud Pausaniam Lib. VIII. c. 38. in fine, nempe ἀπὸ τῶν νομῶν *a pascuis*, vnde et Mercurius eius pater ita cognominatus Aristoph. in Thesmophor. v. 986. Ἑρμῆν τε νόμιον ἄντομαι καὶ Πᾶνα. Sed praecipue Apollo huc pertinet, qui et ἀγρεὺς cognominatur, non tantum ἀπο τῆς ἄγρας *a captura*, vt ex loco quodam Aeschyli adparet apud Plutarchum in Amatorio p. 757. sed et, quod huc facit, ἀπὸ τοῦ ἀγροῦ ab agro, vt colligi potest ex Scholiaste Apollonii Rhodii ad Lib. II. v. 500. vbi Aristaeus filius Apollinis dicitur cognominatus fuisse Ἀπόλλων ἀγρεὺς καὶ νόμιος. vide et ipsum Apollonium v. 509. 511. et Etymol. M. in ἀγρεύς. — tum etiam vel maxime, quia idem Apollo, itidem vt illi, νόμιος, vt praeter Scholiasten Apollonii aliosque plures auctores, Scholiastes Homeri ad Il. B. v. 273. Eo etiam nomine huc pertinet Apollo, quia pastor iste precatur, ne lupum videat: et Apollo est λύκιος et λυκοκτόνος, de quo mox. *Bergler.*

21. μὴ λύκον εἰδεῖν. Vbique quidem lupi inuisi, nisi forte apud gentem quamdam Scytharum, vbi homines certo anni tempore in lupos mutari creduntur, vt est apud Herodotum; sed praecipue Athenienses illis inimici, apud quos lex erat de occidendis lupis, et praemia magna proposita. Scholiastes Aristophanis ad Aues v. 368. καὶ νόμος ἦν λυκοκτονεῖν. διὸ ὁ μὲν φονεύων λύκου τέκνον, τάλαντον ἐλάμβανε· ὁ δὲ τέλειον, δύο. ὅθεν καὶ τὸν Ἀπόλλωνα λύκειον καὶ λυκοκτόνον φασί. Λύκειος et Λύκιος saepissime commemorantur et a multis; λυκοκτόνος a Plutarcho etiam de Solertia animalium p. 966. *Bergler.*

## Epistola XXVII.

### Ἀνίκητος Φοιβιανῇ.

Φεύγεις με, ὦ Φοιβιανή, φεύγεις, καὶ ταῦτα ἀρτίως ὅλον τὸν ἀγρὸν ἀπενεγκαμένη. Τί γὰρ οὐ τῶν ἐμῶν λαβοῦσα ἔχεις; οὐ σῦκα; οὐ τυρὸν ἐκ ταλάρων; οὐκ ἀλεκτορίδων ζεῦγος; οὐ τὰ λοιπὰ τρυφήματα πάντα ἔστι σοι ἐξ ἐμοῦ; οὕτως ὅλον με αὐτὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ἀνατρέψασα δουλεύειν ἀπηνάγκασας. Σὺ δὲ οὐδεμίαν ὥραν ἔχεις ἐμοῦ διακαῶς Φλεγομένου. Ἀλλὰ χαῖρε καὶ ἄπιθι· ἐγὼ δὲ οἴσω βαρέως μὲν, οἴσω δὲ ὅμως τὴν ἀτιμίαν.

## ADNOTATIO CRITICA.

Tit. Φοιβιανή. Et in indice et in contexto Cod. Vind. B. habet addito Iota Φοιβιαΐνῃ, vulgatam tamen sequitur Ep. proxime sequenti.

3. οὐ σῦκα etc. Cod. Vindob. vterque in eo conspirant, vt post σῦκα — ταλάρων — et ζεῦγος interrogationis signa ponant, in quo, quamquam leue sit, eos secutus sum, quod viuidiorem quodammodo orationem ita fieri credidi.

6. αὐτή. Cod. Vind. B. αὐτῇ. Neutrum placet, nec quae attulit Berglerus in Commentario.

7. ἀπηνάγκασας. Cod. Vind. A. ἠνάγκασας. B. κατηνάγκασας.

7. οὐδεμίαν ὥραν ἔχεις ἐμοῦ. Cod. Vind. B. οὐδὲ μίαν. Paullo post pro ἐμοῦ Cod. A. habet μου. Vulgata suauior. Quod vero Berglerri ὥραν in ὥραν mutauerim, recte feciſſe mihi videor. Quamquam enim apud Herodotum, quem laudat Bergl. in Commentario, Weſſelingius in contexto habet ὥραν,

in notis tamen ipse damnat, et Reitzius noster recte ibi ὦρον. Vide etiam Reitzium Barauum ad Lucianum de Astrologia T. V. Bip. p. 535. et de Syria Dea T. IX. p. 386.

## COMMENTARIVS.

3. τυρὸν ἐκ ταλάρων. Caseum recentem intelligit, qui χλωρὸς dicitur. Aristophanes in Ranis v. 567. vbi de voracitate Herculis — τὸν τυρόν γε τὸν χλωρὸν — Ὃνπερ σὺν αὐτοῖς τοῖς ταλάροις κατήσθιε. *caseum illum recentem, quem vna cum calathis deuorauit.* Τάλαροι sunt *calathi* et *fiscellae*, in quibus caseus premitur et formatur. Homer. Odyss. IX. v. 246. 47.

Αὐτίκα δ' ἥμισυ μὲν θρέψας λευκοῖο γάλακτος
Πλεκτοῖς ἐν ταλάροισιν ἀμησάμενος κατέθηκε.

*Statim autem dimidium coagulans candidi lactis Plexis in fiscellis stringens reposuit.* Bergler. Hesychius: Τάλαρον. ἐν ᾧ οἱ τυροὶ πήγνυνται.

6. ὅλον με αὐτὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ἀνατρέψασα. Vt sunt pleraque prouerbia metaphoricae locutiones, ita et hoc. Possit videri a vasis vinariis exhaustis ductum. Horatius Sat. II, 8. v. 39. *Inuertunt Aliphanis vinaria tota.* Aristophanes in Pace v. 535. vbi Pacem Comico stylo laudans eam dicit ὄζειν *olere* inter alia Δούλης μεθνούσης, ἀνατετραμμένον χοᾶς, Ἄλλων τε πολλῶν κἀγαθῶν, *ancillam ebriam, inuersum congium, aliaque multa bona*: ita enim ibi ex paullo ante positis, ἀπὸ κοινοῦ intelligendum est ὄζει, vt Scholiastes recte monet, quod non animadvertens Florens Christianus vertit, quasi ex proximo sumeretur ἥδεται. Atqui hoc non cum Genitiuo construitur sed cum Datiuo, vt ibi ἥδεται ποιητῇ. De inuersis in conuiuio vasis et Heliodorus Lib. I. sub initium: κρατῆρες ἀνατετραμμένοι. Ita ergo senex exhaustum se dicit. Sic ab eadem re prouerbium, cum *faeces* alicui *solae relinquuntur.* Aristophanes in Pluto v. 108. de adolescente, qui

vetulam vtilitatis cauſa amauerat, ſaepeque apud eam potauerat, ſed poſtea dies factus illam negligebat: Ὅμως δ' ἐπειδὴ καὶ τὸν οἶνον ἠξίους Πίνειν, συνεκποτέ' ἐστί σοι καὶ τὴν τρύγα. Notum illud Horatii: *Diffugiunt cadis cum faece ſiccatis amici.* *Exhaurire* autem, vt *exedere aliquem* apud Terent. in Heautont. Act. III. Sc. I. v. 53. Sed ad hanc expoſitionem de *vaſis euacuatis* minus quadrat, quod ſequitur, δουλεύειν με ἀπηνάγκασας, quid enim ſeruitus ad vaſa? Itaque commodius, vt puto, accipietur de gallis gallinaceis in pugna ſuccumbentibus, qui ad victorem quaſi ſeruiliter ſe habent. Apud Ariſtophanem in Auibus v. 70. cum Trochilus interrogatus, quis eſſet, reſpondiſſet: Ὄρνις ἔγωγε δοῦλος, rurſus interrogatur, ἡττηθεὶς τινὸς ἀλεκτρυόνος; vbi Scholiaſtes: Φυσικὸν τοῦτο ἐν ταῖς συμβολαῖς τῶν ἀλεκτρυόνων, τοὺς ἡττηθέντας ἕπεσθαι τοῖς νενικηκόσι. Plutarchus in Amatorio p. 762. hominem amori deditum, quamuis alias ſuperbum et omnes contemnentem, tamen ad conſpectum formoſi alicuius ſeruiliter ſuccumbere inſtar gallinacei victi dicit, adlato ſenario: Ἔπτηξ' ἀλέκτωρ δοῦλον ὡς κλίνας πτερόν: *trepidus ſe contrahit tamquam gallinaceus ſeruilem quaſi alam demittens.* Imo patitur etiam inſuper alas atque pennas ſibi velli et euelli a meretricibus, vt Callias apud Ariſtophanem in Auibus de quo v. 287. Αἵ τε θήλειαι προσεκτίλλουσιν αὐτοῦ τὰ πτερά, *et femellae inſuper euellunt eius pennas*, nempe dum eum bonis *ſpoliant*, *mutilant*, *lacerant*, vt anus docet meretriculam initio Hecyrae Terentii: id quod Aniceto etiam noſtro contigit, cuius nomen etſi *inuictum* ſignificat, tamen ipſe in hac quaſi *palaeſtra* victus eſt, et tamquam plagis conciſus; vt Anaxandrides Comicus de eiusdem ſortis homine loquens apud Athenaeum Lib. IV. p. 166. dicit: ἀῤῥὴν ὑπὸ θηλειῶν κατεκόπης, *vir a feminis conciſus es.* Quo verbo et Plutarchus l. c. vſus eſt: καὶ τὸ θράσος ἐκκέκλασται, καὶ κατακέκοπται οἱ τὸ γαῦρον, *atque audacia frangitur ac conciditur ei ferocia*, nempe velut *in pugilatu.* Euripides in

Cyclope v. 227. cum Silenus dixisset: ὤμοι πυρέσσω συγκεκομμένος τάλας, *hei mihi febricito contusus miser*, Cyclops ad eum: ὑπὸ τοῦ; τίς εἰς σὸν κρᾶτ' ἐπύκτευσεν γέρων; *a quo? quis in tuum caput pugilatum exercuit, o senex?* Idem autem est κατακεκόφθαι quandoque quod συγκεκόφθαι. Scholiastes Aristophanis ad Nubes v. 1428. συγκεκόφθαι, τυφθῆναι ἡμᾶς, κατακοπῆναι ταῖς μάστιξι. Tali verbo, nempe a palaestra petito vtitur et Alciphron hoc loco. Iulius Pollux Lib III. in fine, recenset verba athletis conuenientia: ἀγκυρίζειν, ἀνατρέπειν, δράσσειν, ὑποσκελίζειν. Idem Lib. X. Segm. 108. de pugna coturnicum, qui aeque pugnaces ac galli: ὁ δὲ ἀνατραπεὶς (ὀρτυξ) ἡττᾶτο. Simul itaque ad certamina gallorum respexit Noster, et ad certamina athletarum, quemadmodum et Lucianus de Gymnasiis sub initium athletas quiddam agere dicit ἀλεκτρυόνων δίκην. *Bergler.*

7. οὐδεμίαν ὥραν ἔχεις ἐμοῦ. Herodotus Lib. I. Segm. 4. hoc iisdem et aliis verbis effert, vbi Persae dicunt: τὸ μὲν νῦν ἁρπάζειν γυναῖκας ἀνδρῶν ἀδίκων ἔργον νομίζειν εἶναι· τὸ δὲ ἁρπασθεισέων σπουδὴν ποιήσασθαι τιμωρέειν, ἀνοήτων. τὸ δὲ μηδεμίην ὥρην ἔχειν ἁρπασθεισέων, σωφρόνων. — σφέας μὲν δὴ τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίης λέγουσι Πέρσαι ἁρπαζομένων τῶν γυναικῶν λόγον οὐδένα ποιήσασθαι. *Rapere quidem mulieres, iniuriorum virorum factum se putare esse, raptarum vero causa studium impendere ad vltiscendum, amentium. Se itaque Asianos, aiunt Persae, raptarum feminarum nullam rationem habuisse*, quorum postremum et Theocritus Idyll. II. v. 61. vbi itidem vt apud Nostrum amans sperni se queritur: — ὁ δέ μευ λόγον οὐδένα ποιεῖ. Illud eum respexisse, et ex fine Idyllii adparet. *Bergler.*

8. διακαῶς. A διακαὴς, *ardens*. Vtitur isto Heliodorus Lib. VIII. p. 405. itidem de amante. Noster Lib. III. Ep 8. διακαῶς αὐτῆς ἐρᾷ. *Bergler.*

9. ἐγὼ δὲ οἴσω βαρέως μὲν, οἴσω δὲ ὅμως. Theocritus in eodem Idyllio II. v. 164. ἐγὼ δ' οἰσῶ τὸν ἐμὸν

πόνον ὥσπερ ὑπέσταν. *ego vero feram meum dolorem, vt susceρi.* [immo vero *promisi*, vt recte interpretatus est Valkenarius, et cum eo Cl. Iacobs in Praef. ad Bionem et Moschum p. IX.] Synesius Ep. 105. ὀδυνήσομαι μὲν, ἀνέξομαι δέ. Hanc sententiam egregie Homerus tractat Odyss. Σ. v. 131. ff. vbi Vlysses ita comparatum esse hominis ingenium dicit, vt in rebus prosperis et secundis sit securus de aduersis, quasi accidere non possint; si tamen eueniant, ita mutari animum, vt eis etiam ferendis se adcommodet, quamvis inuitus, vbi inter alia: καὶ τὰ φέρει ἀεκαζόμενος τετληότι θυμῷ. *Et haec fert, inuitum se ostendens, patienti anima. Bergler.*

---

## Epistola XXVIII.

### Φοιβιανὴ Ἀνικήτῳ.

Ὠδίνουσά με ἀρτίως ἥκειν ὡς ἑαυτὴν ἡ τοῦ γείτονος μετέπεμψατο γυνή· καὶ δῆτα ἦειν ἀραμένη τὰ πρὸς τὴν τέχνην. Σὺ δὲ ἐξαπίναίως ἀναστὰς ἐπειρῶ τὴν δέρην ἀνακλάσας κῦσαι. Οὐ παύσῃ τρικόρωνον καὶ ταλάντατον γερόντιον πειρῶν τὰς ἐφ' ἡλικίας ἀνθοῦσας ἡμᾶς ὥς τις ἄρτι νεάζειν ἀρχόμενος; οὐχὶ τῶν κατ' ἀγρὸν πόνων ἀφεῖσαι, ἀεργὸς τῶν ἰδίων προϊστάμενος; οὐχὶ τουὐπτανείου καὶ τῆς ἐσχάρας ὡς ἀδύνατος ὢν ἐξέωσαι; πῶς οὖν τακερὸν βλέπεις βλέμμα καὶ ἀναπνεῖς; Πέπαυσο Κέρκωψ ἄθλιε, καὶ τρέπου κατὰ σεαυτὸν, ὦ πρέσβυ.

## ADNOTATIO CRITICA.

1. ἑαυτήν. Cod. Vind. A. αὐτήν.

2. μετεπέμψατο. Vulgata habet μετέπεμψε, quod mirum, inquit Berglerus, cum in Ep. 4. Libri II. dicat μεταπέμπεται Μένανδρον Πτολεμαῖος, more nimirum vsitatiore. [sed Actiuum iterum est Lib. III. Ep. 65. W.] Thomas Magister [vbi vide inprimis Oudendorpium p. 610. b. cf. et Piersonum ad Moerin p. 256. et Abresch. Lectt. Aristaenet. p. 153.] praecipit, μεταπέμπομαι dicendum esse, non μεταπέμπω, eo non obstante, quod Thucydides hoc posteriore vtatur, cuius duo loca [IV, 88. VII, 8.] adducit, quibus addi possunt alia duo ex eodem, nempe Lib. I. (§. 112.) νῆες ἐς Αἴγυπτον ὑπ' αὐτῶν ἔπλευσαν Ἀμυρταίου μεταπέμποντος, et Lib. VII. (§. 80.) ἤλπιζον γὰρ καὶ τοὺς Σικελοὺς ταύτῃ, οὓς μετέπεμψαν ἀπαντήσεσθαι· (v. et §. 15.] Occurrit sic et apud Aristophanem semel tantum, quod sciam (nam vsitato more aliquoties) nempe in Vespis v. 678. vbi etiam a Scholiaste reprehendi videtur, qui adnotat: εὔηθες δὲ καὶ τὸ μετέπεμψα, ἀντὶ τοῦ μετεπεμψάμην. quasi ineptum sit ita loqui. *Bergler.* — Quoniam Cod. Vind. A. etiam in consuetiori Medio addicit, recepi.

2. ἦειν, quod pro vulgato ἥκειν iam reponendum iusserat *Berglerus*, confirmatur Vindob. B. et alio Nostri loco Lib. III. Ep. 37. Oculus librarii aberrauerat haud dubie a praecedente ἥκειν.

3. ἐξαπιναίως. Cod. Vind. B. ἐξ ἀπίνεος al. ἐξαπίνης.

4. δέρην. Id. Codex δέριν, quod idem est.

5. τρικόρωνον καὶ ταλάντατον γερόντιον — ἐφ' ἡλικίᾳ. Ad Berglerum vsque propagatum, et ab eodem seruatum erat: τρίκουρον καὶ τάλαντον, notam tamen subiecerat B. hanc: Vir Clariss. *la Croze* in quadam ad me epistola de hoc loco: *lege* τρίκουρον καὶ ταλάντατον γερόντιον, *ter puer et miserrime senex.* De ταλάντατον, pergit Bergl. facile adsentietur quilibet. Pro τρί-

κουρον ego verti, quasi esset σιτόκουρον, *(frugiperdam)* ita enim legendum puto, nam mihi videtur Auctor haec, vt alia multa, ex Menandro sumsisse. Conseruauit Athenaeus Lib. VI. p. 248. locum Menandri, in quo vestigia istorum adparent:

ΤΑΛΑΣ

Ἑστηκας ἔτι πρὸς ταῖς θύραις, τὸ φορτίον
Θεὶς; ΣΙΤΟΚΟΥΡΟΝ ΑΘΛΙΟΝ εἰς τὴν οἰκίαν
Εἰλήφαμεν. — —

*Miser etiamnum stas ad fores onere depositο? Frugiperdam miserum in aedes accepimus.* Adducit ibi et alium Casaubonus locum itidem huc facientem ex eodem: ὀκνηρὸς πάντα μέλλων, σιτόκουρος ἄθλιος, ἄχρηστος etc. Non inepte autem viri doctissimi ad illud σιτόκουρος adcommodarunt hoc Horatianum: Nos numerus sumus et *fruges consumere nati.* Haec *Berglerus*, quem tamen, vti alios bonos viros fefelliſſe videtur aliqua earumdem vocum apud alium scriptorem, quamquam non eodem contextu, coniunctio. Menandro enim vtroque loco de seruis tardis inutilibusque sermo erat, Alciphroni autem de sene, quem de Proserpina potius, quam de Venere deceret cogitare.

Antequam eruditorum, qui hunc locum emendandum sibi sumserunt, agmen producam, liceat leuis armaturae militem praemittere. Erat nimirum, vbi ipse ego hariolarer τριχοβρῶν, *cui capilli effluxerint, caluum.* Sic, vt alia mittam βλέφαρα τριχοβρῶντα legeram apud Dioscoridem Lib. II. c. 48. Aristophanem in Pace v. 1221 et Athenaeum Lib. III, p. 115. Sed iamdiu missione, honesta tamen, exauctoraui istum velitem, quem nil nisi bona voluntas commendasset. Prodeant igitur hastati, principesque Criticorum, quorum conatus, copiis Mstorum subsidiariis fulti, longe felicius rem, nisi conficiant, profligabunt tamen. — Et primo quidem *Io. Henr. Maius* Hist. crit. de la rep. des lettres T. XI. p. 144. pro τρίκουρον coniecerat τακερὸν, *marcidum*, felicius tamen deinde τρικόρωνον, additis locis ex Agathia Scholastico: ἠγραῦς ἡ τρικόρωνος, et Hesiodi versibus a Plutarcho de Orac. de-

fectu T. II. Opp. p. 415. ſeruatis [v. Heſiodi Fragmenta p. 346. ed. Graev.] pro τάλαντον autem Maius mavult Φαλακρόν. — Summus *Hemſterhuſius* ad Luciani Timonem T. I. Bip. p. 419. τρίκουρον καὶ Φάλαντον vel Φάλανθον, (vtroque enim modo ſcribi) γερόντιον legi, priorisque vocabuli teſtatem peti ab Heſychio iuſſerat. [Heſychius vero ſic: Τρίκουρος, ὁ ἐπὶ τρία ἔτη κεκαρμένος κριός.] Hemſterhuſii Φαλανθὸν probat *Bernardus* in vita Reiskii p. 303. Φαλανὸν autem *Lennepius* ad Phalaridem p. 46. vbi eiusdem ſententiae locus eſt: οὐκ ἄρα παύσῃ τῆς ἀκρασίας τηλικοῦτος γέρως. *Valkenarius* tamen in Adnotatt. editioni Phalaridis Lennepianae praemiſſis p. XII. haec habet: „In loco Alciphronis „probandum videretur τρί„κουρον καὶ ταλάνταton „ex Ms. cum *la Crozio* et „ *Toupio* in Ep. Crit. (p. 117. „ed. Lipſ.) Quod vero *Dor„vilio* τρικόρωνον (ex con„iectura) venit in mentem ad „Charitonem, (p. 471. ed. „Lipſ.) nam ταλάντατον „dedit ex Codice, monuit „me Cl. *Ruhnkenius* confir„mari Cod. Reg. Pariſ. in quo „ſic ſcripta legerentur Alci„phronis verba: οὐ παύσῃ „τρικόρωνον καὶ ταλάντα„τον γερόντιον πειρῶν τὰς „ἐφ' (vulgata habet ἀφ') „ἡλικίας ἀνθοῦσας ἡμᾶς.“ — Vide ipſum Ruhnkenium Epiſtolarum Criticar. ed. altera Homeri Hymno in Cererem adiecta p. 113. cf. Cl. Ilgenium ad Homeri Hymnos p. 612.

Reſtat, vt, quid Vindobonenſes mei praeferant, indicem. Cod. A. igitur habet: τρίκορον καὶ τάλαν — B. propius ad veritatem: τρίκορον καὶ ταλαντα τον (ſic diuiſim) qui idem confirmat regii Codicis ἐφ' ἡλικίας.

Diligenter igitur omnibus conſideratis Pariſienſis Codicis ſcripturam ceteris praetuli.

6. ἡμᾶς ὥς τις ἄρτι. Cod. Vind. A. poſt ἡμᾶς ſignum interrogandi ponit. Falſo; hoc recte, quod ὥς τις ſeiungat, non in vnam vocem cum vulgata (ὥστις) contrahat.

8. ἀφεῖσαι. Cod. Vind. B. ἠφεισαι. ſine circumflexo.

8. τῶν ἰδίων προϊστα-

μενος. Vulgata τῶν ἀϊδίων πορισάμενος. Iac. *Perizonius* in epistola ad Berglerum scripserat: *Per τῶν ἀϊδίων putem adludi ad ᾄδην seu ἀΐδην, vt Poëtae loquebantur. Describitur enim senex, et iam rebus gerendis ineptus, atque ἀΐδος εἴσω mittendus; sed altius forsan latet vulnus.* Quae saltem non ex asse videntur feciſſe satis Bergl·ero, addit enim: sane ex illa scriptura alium meliorem sensum erui non posse puto, quam vt intelligatur *capularis senex*, quae Viri clarissimi mens est.

Ex Bergleri aetate neminem inuenire memini, qui de hoc loco ageret, praeter Lennepium ad Phalar. p. 214. qui perpaucos fore existimat, qui Perizonii et Bergleri opinione adquiescant, nec malint vnica litera deleta scribere τῶν ἰδίων πορισάμενος. Opponere nempe inuicem Alciphronem τῶν κατ' ἀγρὸν πόνων, et τῶν ἰδίων, sententiamque esse hanc: Nonne a laboribus per agros absolutus es, qui a propriis, dum suppetunt tibi, cessas otiosus? Salso vero obiici hoc seni, ὅστις τὴν ἰδίαν οὐ δυνάμενος, ἀλλοτρίαν βούλοιτο ἄρουραν ἀροῦν.

Vereor tamen, vt hanc verbi πορισάμενος satis coactam interpretationem probent multi, quamquam de ἰδίων facile consentient. Videamus, quid auxilii adferant Cod. Vindobonenses. Quem secundum adpellare solemus, quemque Gentilottus olim Bergleri rogatu contulerat, legit τὴν ἀδικίαν πορισάμενος, vnde, qualis sensus emergat commodus, non exputo. Verissimam et ab ipso Alciphrone profectam seruasse lectionem videtur Cod. Vind. A. habet enim: τῶν ἰδίων περϊστάμενος. Ex qua lectione, si locum recte interpungas, facilis sensus prouenire visus est. Respicit enim Phoebiane ad praecedentes Aniceti literas, quibus ad seruiles operas praestandas donis Phoebianae datis coactum se fuisse questus erat, ad quae haec respondet: Non ego, immo vero, mi bone, tu tibi ipse es fundi calamitas. Nonne enim agrum perdidisti, laborumque, fructuumque agri expers factus es eo, quod familiarem rem tuam, dum tua esset, tam

otioſe (ἄεργος) negligenterque curares? — Quod ſi vero ἀγρὸς h. l. vti ſequentia τοὐπτάνειον et ἐσχάρα turpi, obſcoenoque ſenſu, quem Berglerus in Commentario inveniſſe ſibi viſus eſt, ſumenda ſint, fateor, me, coelibem quippe, verba nupta non intelligere. Gloſſ. Eichſt. an τῶν αἰδοῦ πυλῶν παριστάμενος, quod tamen a ſcriptura nimis recedere, ipſe fatetur. Addit igitur aliam coniecturam: τῶν ἀἰδοφοιτῶν προϊστάμενος, quam fateor me non intelligere.

9. τοὐπτανείου. Cod. Vind. B. τοῦ πτανίου.

10. τακερὸν βλέπεις βλέμμα. Hoc vltimum aliunde irrepſiſſe videtur Berglero, nam ſufficere τακερὸν βλέπεις, vt Lib. II. Ep. 1. πολεμικὸν βλέπεις. it. ſupra ἐχθρὰ βλέπειν, qualia infinita et alibi. [v. tamen Aelian. V. H. XIV, 22. et ibi amiciſſ. C. G. Kuehnium.]

11. ἀναπνεῖς. Vulgatum ἀναπνέεις, quod etiam ex margine receptum videtur, et genuinum intercidiſſe. Puto autem fuiſſe στένεις vel ἀναστένεις, *ſuſpiras*. Suſpicionem mouet, quod imperite poſitum ἀναπνέεις pro ἀναπνεῖς. Non autem valet hic, cum nihil aliud niſi *reſpirare* ſignificet, quod viuentibus omnibus adeſt, nec poteſt eſſe character amantis, vt *ſuſpiria*. Sic *Berglerus*, cui tamen adſenſum in eiiciendo βλέμμα, mutandoue ἀναπνέεις denegat *Trillerus* Obſeruatt. crit. p. 39. — Hoc ſaltem dedi Berglero, vt ἀναπνέεις contraherem in ἀναπνεῖς. Poſſis etiam, niſi a ſcriptura aliquanto longius discedere videatur, legere ἀσθμαίνεις.

11. Κέρκοψ. Sic pro vulgato Κέκροψ repoſui, vtriusque Vindobonenſis auctoritate, et ſine his feciſſem, motus argumentis Arnaldi in Miſc. T. V. p. 55. Hic enim notionem *ſenis*, quae in Cecrope alias eſt, locum habere non poſſe recte credit, quum ſequatur ὦ πρέσβυ; exprobrare potius ſcortillum ſilicernio foeditatem ſimul et malitiam, Graecos enim homines doloſos et improbos Κέρκωπας vocare a Cercopibus quibusdam, peſſime indolis gente, in ſimias deinde mutata. — Locis ibi adlatis addo ex penu mea tenuiori Harpocra-

tionem h. v. et Lucianum Alexandro §. 4. T. V. Bip. p. 66. et ibi Scholiasten, notasque p. 390. Mythographos mitto, qui in poena Cercopibus inflicta sibi non constant. Ceterum Arnaldo suffragatur etiam Alberti ad Hesychium h. v.

## COMMENTARIVS.

Tit. Ἀνικήτῳ. Cum hic incipiant epistolae, quarum tituli non sunt fictitia nomina, vt in antecedentibus plerisque, sed ex historia et comoedia petita: indicandum putaui Aniceti cuiusdam, Grammatici, vt videtur, mentionem facere Eustathium ad Odyss. p. 567. lin. 43. ed. Bas. Miror autem in bis nato iam indice eum non occurrere. *Bergler.*— Cl. Saxius Onomast. T. I. vbi Grammaticos enumerat, quorum aetas ignoratur, Anicetum nullum habet.

1. ὠδίνουσά με — μετέπεμψατο γυνή. Verba Aristophanis in Eccles. v. 524. vbi mulier marito quaerenti, cur clam se noctu exiuisset, hanc causam comminiscitur: γυνή μέ τις νύκτωρ ἑταῖρα καὶ φίλη μετεπέμψατ' ὠδίνουσα. *Bergler.*

1. ἥκειν ὡς ἑαυτήν. Heliodorus Lib. I. p. 30. εἰς τὴν ὑστεραίαν ἅπαντας ἥκειν ὡς αὐτὸν ἐπιστείλας. Isocrates Ep. 2. ἡδέως ἂν ἐκοίμην ὡς ὑμᾶς. Demosthenes de falsa legat. ἦκον ὡς ὑμᾶς ἔναγχος Θετταλοί. *Bergler.*

3. τὰ πρὸς τὴν τέχνην. Apud Aristophanem loco a Berglero laudato est etiam v. 530. ἐξιέναι πάσῃ τέχνῃ.

4. τὴν δέρην ἀνακλάσας κῦσαι. Idem schema deosculationis expressit Aristaenetus Lib. I. Ep. [3. p. 8. et] 16. p. 43 ἐκβακχευθεῖσα τῷ ἔρωτι ἀνέκλασε πρὸς ἑαυτὴν τὸν αὐχένα, καὶ κατεφίλησε, *amore lymphata reflexit ad se ceruicem meam, et deosculata est.* Lucianus Dial. Meretr. 3. (T. VIII. Bip. p. 207. et ibi Reitzium p. 517.) ἀνακλάσας τὸν αὐχένα τῆς Θαΐδος, ἐφίλησεν οὕτω προσφυῶς, ὥστε μόλις ἀπέσπασε τὰ χείλη. Ad hunc modum osculatus est Alexander M. in theatro Bagoam Eunuchum, quem amabat, referente Dicaearcho apud Athenaeum

Lib. XIII. p. 603. Δικαίαρχος — Βαγώου τοῦ εὐνούχου οὕτως αὐτὸν φησιν ἠρᾶσθαι, ὡς ἐν ὄψει θεάτρου ὅλου καταφιλεῖν αὐτὸν ἀνακλάσαντα. καὶ τῶν θεατῶν ἐπιφωνησάντων μετὰ κρότου οὐκ ἀπειθήσας, πάλιν ἀνακλάσας ἐφίλησεν. Non ergo audiendi Budaeus et H. Stephanus, qui ἀνακλᾶν in paſſiua ſignificatione nonnumquam accipi dicunt, et apud Athenaeum ἀνακλάσας eſſe pro ἀνακλασθείς. Mirum id eis in mentem venire potuiſſe. *Bergler.* — De ἀνακλᾶν vide etiam Reitzium ad Lucianum de Gymnaſiis T. VII. Bip. p. 475. Abreſchium in Lectt. Ariſtaenet. p. 107. et quos ibi laudat Gronouium Obſ. Lib. IV. c. 22. et Dukerum ad Thucyd. VII. p. 460.

9. τοὐπτανείου καὶ τῆς ἐσχάρας ἐξέωσαι. Horum ſenſus proprie vt apud Plautum Moſtellariae initio: *Exi e culina fis foras maſtigia.* Allegorice turpiculus, vt apud Ariſtophanem in Pace v. 891. τουτὶ δ' ὁρᾶτε τοὐπτάνιον ἡμῖν ὡς καλόν; vbi Scholiaſtes: τὸ αἰδοῖον αὐτῆς δείκνυσι. Idem Ariſtophanes in Equitibus v. 1283. — καὶ κυκῶν τὰς ἐσχάρας. Scholiaſtes: τὰ χείλη τῶν γυναικείων αἰδοίων. Antecedentia etiam de agricultura poſſunt ad eamdem rem adplicari, vt in illo Theognidis v. 582. ἄνδρα δὲ μάργον Ὄστις ἀλλοτρίην βούλετ' ἄρουραν ἀροῦν. *Bergler.*

9. ὡς ἀδύνατος ὤν. Terentius in Eunucho Act. IV. Sc. 3. v. 23. ſ. *At pol ego amatores audieram eſſe mulierum eos maximos; ſed nihil poteſſe.* Sed hic de Eunuchis, de ſenibus in Carmine, quod Homero tribuitur:

Ὧν οὐρὴ μὲν ἀπήμβλυνται, θυμὸς δὲ μενοινᾷ.

Ita enim ſcribendum apud Herodotum de vita Homeri, pro ὧν ὄρη μὲν ἀπαμβλύνεται. *Bergler.*

10. τακερὸν βλέπεις βλέμμα. Mollis adſpectus denotatur; itaque coniungit μαλακὸν Philetaerus apud Athenaeum Lib. XIII. p. 559. ὡς τακερὸν ὦ Ζεῦ καὶ μαλακὸν τὸ βλέμμ' ἔχει, *quam liquidum, o Iupiter, et mollem adſpectum habet*, et Antipater in Epigr. Anthol. Lib. I. c. 29. (Iacobs Vol. II. p. 104.) ἡ τακεραῖς λεύσσουσα

κόραις μαλακώτερον ὕπνον, *quae liquidis adspicit oculis mollius somno.* Hic ὕπνου μαλακώτερον, vt apud Theocritum Idyll. V. v. 51. εἴρια — ὕπνου μαλακώτερα, et apud Virgilium Ecl. VII, v. 45. *somno mollior herba.* Intelligitur autem *oculorum mobilis petulantia*, vt Petronius, siue *oculorum lasciuia*, vt Iustinus de Sardanapalo (Lib. I, 3.) siue vt Gellius (Lib. III, c. 5.) *oculi ludibundi atque illecebrae voluptatisque pleni*, siue, vt Quinctilianus Lib. II. c. 3. *lasciui et mobiles, aut natantes et quadem voluptate suffusi, aut limi, et vt sic dicam Venerei.* Tales oculi alias ὑγροὶ, [v. Anacreon Od. 28. et ibi Schneiderum p. 225.] quibus τὸ μάχλον tribuit Dio Chrysost. Or. IV. de regno (T. I. p. 177. Reisk.) ὑγροῖς ὄμμασι μάχλον ὑποβλέπων, *humidis oculis lasciue adspectans.* Sic coniungi possunt τὸ τακερὸν et ὑγρόν. Lucianus in Amoribus §. 3. (T. V. Bip. p. 259) ἱλαραὶ τῶν ὀμμάτων αἱ βολαὶ τακερῶς ἀνυγραίνοντο, *hilares oculorum tuorum faces molliter liquescebant. Bergler.* Adde eumdem Lucianum ibidem p. 272. et Interpretes p. 566.

11. Κέρκοψ. Berglerus ediderat Κέκροψ, hac addita notula: prouerbialiter, de admodum sene, vt Ἰάπετος apud Aristophanem in Nub. v. 994. et Ἰαπετοῦ πρεσβύτερος apud Lucianum Dial. Deor. 2. (T. II. Bip. p. 4.) Cecrops antiquissimus rex Athenienssium. Ab eodem dici potest et Κέκροπος εὐγενέστερος, quod Synesius Ep. 3. ita: ὑπὲρ εὐγενείας ἀμβισβητῶν τῷ Κέκροπι.

11. τρέπου κατὰ σεαυτόν. Aristophanes in Acharn. v. 1018. — κατὰ σεαυτὸν νῦν τρέπου, vbi Scholiastes inter alia, μὴ ἐπιμίγνυσο ἡμῖν, *ne te nobis admisceas.* [Kuesterus ibi: Erat formula veteribus vsitata, qua significabant, se omen aliquod oblatum non accipere, sed respicere et auersari, cuius generis formula erat illa etiam: ἐς κεφαλήν σοι.] Dio Chrysostomus: ἀναχωρῆσαι καὶ τρέπεσθαι καθ' αὑτόν. *Bergler.* quem et vide ad Lib. III. Ep. 3. et Cl. Ilgenium ad Homeri Hymnos p. 379.

## Epistola XXIX.

### Γλυκέρα Βακχίδι.

Ὁ Μένανδρος ἡμῖν ἐπὶ τὴν τῶν Ἰσθμίων θέαν εἰς τὴν Κόρινθον ἐλθεῖν βεβούληται. Ἐμοὶ μὲν οὐ κατὰ νοῦν· οἶδας γὰν οἷόν ἐστιν ἐραστοῦ τοιούτου καὶ βραχὺν ὑστερῆσαι χρόνον, ἀποτρέπειν δὲ οὐκ ἐνῆν μὴ πολλάκις ἀποδημεῖν εἰωθότα. Οὐδ' ὅπως αὐτὸν παρεγγυήσω μέλλοντα ἐπιδημήσειν ἔχω, οὐδ' ὅπως μὴ, βουλόμενον αὐτὸν σπουδασθῆναι ὑπὸ σοῦ, καμοί τινα φέρει φιλοτιμίαν, τοῦτο λογίζομαι, οἶδα γὰρ τὴν οὖσαν ἡμῖν ἑταιρίαν πρὸς ἀλλήλας. Δέδοικα δὲ, ὦ φιλτάτη, οὐ σὲ τοσοῦτον, (χρηστοτέρῳ γὰρ ἥθει κέχρησαι τοῦ βίου,) ὅσον αὐτὸν ἐκεῖνον. Ἐρωτικὸς γάρ ἐστι δαιμονίως καὶ Βακχίδος οὐδ' ἂν τῶν σκυθρωποτάτων τὶς ἀπόσχοιτο. Τὸ μὲν γὰρ δοκεῖν αὐτὸν οὐκ ἔλαττον τοῦ σοὶ ἐντυχεῖν ἢ τῶν Ἰσθμίων ἕνεκεν τὴν ἀποδημίαν πεποιῆσθαι, οὐ πάνυ πείθομαι. Ἴσως αἰτιάσῃ με τῆς ὑποψίας. Συγγίνωσκε δὲ ταῖς ἑταιρικαῖς, ὦ φιλτάτη, ζηλοτυπίαις. Ἐγὼ δὲ οὐ παρὰ μικρὸν ἡγοῦμαι Μενάνδρου διαμαρτεῖν ἐραστοῦ. Ἄλλως τε κἂν μοι κνισμός τις πρὸς αὐτὸν ἡ διαφορὰ γένηται, δεήσει με ἐπὶ τῆς σκηνῆς ὑπὸ Χρεμητός τινος ἢ Διφίλου πικρῶς λοιδορεῖσθαι. Ἐὰν δὲ ἐπανέλθῃ μοι, οἷος ᾤχετο, πολλὴν εἴσομμί σοι χάριν. Ἔρρωσο.

## ADNOTATIO CRITICA.

1. ἡμῖν. Vulgata habet ἡμῶν. Mallem, inquit Berglerus, ἡμῖν, idque referre ad βεβούληται. Alias dicendum potius fuisset Μένανδρος ὁ ἡμέτερος, si id volebat, quod interpres reddit: *Menander noster. Bergler.* Recepi audacter, παρέλκει enim, vt loqui solent Grammatici, vti μοι, σοι etc. Reapse tamen non omnino redundant istae voculae: vernacula nostra h. l. interpreter: *Denke nur, will mir da mein Menander.* u. s. w. W.

5. οὐδ' ὅπως αὐτὸν παρεγγυήσω — λογίζομαι. Haec sic iacentia sensum incommodum et obscurum exhibent, quare verti, quasi legatur et distinguatur: οὐδ' ὅπως αὐτὸν παρεγγυήσω μέλλοντα ἐπιδημήσειν ἔχω, οὐδ' ὅπως μὴ βουλόμενον ΓΕ [pro αὐτόν, quod est in vulgata, nam ingratam esse repetitionem Pronominis, cum possit ἀπὸ κοινοῦ intelligi, in sequentibus iudicat Berglerus.] σπουδασθῆναι Ὑπὸ σοῦ. καὶμοί τινα φέρειΝ φιλοτιμίαν τοῦτο λογίζομαι, vt nempe dicat Glycera, se nec libenter committere et concedere Menandrum Bacchidi, eo quod is eam amare videatur, vnde verendum, ne illum talem Bacchis praeripiat Glycerae; nec illud tamen se facere posse, vt eum non commendet atque concredat Bacchidi, quia sic aemulationis et inuidiae suspicionem apud eam incurreret, id quod ab amicitia, quae inter ipsas intercedat, alienum, vt nempe aemulatio et inuidia regnet. Pristina versio sic: *Neque quemadmodum eum instruam et adhorter, cum sit iter ingressurus, inuenio, neque quemadmodum, si velit a te amari, mihi non adferat aemulationem, id mihi curae est.* Quae sententia ob distinctionis notas adcurate non positas ambigua est, et vtcumque accipias, multa absurda, mentique auctoris adversantia continet, quae referre taedet: praeterea non ἐπιδημήσειν exprimit, sed ἀποδημήσειν, et pro τοῦτο λογίζομαι, τοῦτό μοι μέλει. Haec *Berglerus.*

Cod. Vind. A. habet παρεγγυῆσαι, male, recte con-

tra ὑπὸ, quod coniecerat Berglerus, confirmat. Interpunctionem cum eodem post μὴ posui, (nam vulgata habebat ἐδ' ὅπως μὴ βουλόμενον) tum vero mallem ita: βούλοMAI MEN OYN αὐτὸν σπουδασθῆναι ὑπὸ σοῦ, κἀμοί τινα φέρειN φιλοτιμίαν τοῦτο λογίζομαι, hoc sensu: *Menandrum, in vrbe vestra versaturum tuae fidei committam, nec ne, fere dubia sum. Non recuso tamen, vt eum foueas, (commorationem istam ei iucundissimam facias) quae concessio mihi apud te ipsam (non suspicioso, sed) generosi atque liberalis animi laudem conciliabit, noui enim* etc. Iudicent peritiores. — Gloss. Eichstad. λογιζομένη pro λογίζομαι.

16. ἕνεκεν. Cod. Vind. A. ἕνεκα.

16. οὐ πάνυ πείθομαι. Sensus melior requirit καὶ πάνυ πείθομαι, quod in versione sequor. *Bergler.*

19. ἡγοῦμαι. Cod. Vind. ἡγούμην.

21. Post κνισμός τις inserit idem ᾗ, quod necesse non est. Paullo post in ἐπὶ τῆς σκηνῆς ignorat τὸ τῆς.

23. Διφίλου. Cod. Vind. A. Φειδύλου [Φειδώλου vel Φείδωνος?] Fortasse non contemnendum, si cogites, Diphilum *poëtam* Comicum fuisse non *actorem*, qualis est Chremes. Ipse Berglerus in Commentar. vbi vide plura, locum attulit ex Athenaeo Lib. VI. init. vbi senes Comici Χρέμης et Φείδων iunguntur.

## COMMENTARIVS.

Tit. Γλυκέρα. Glycera, siue ὑποκοριστικῶς Glycerium in noua Comoedia notissima. Fuit amica Menandri, vt haec epistola indicat, et tertia et quarta libri secundi. Athenaeus Lib. XIII. p. 594. ὅτι δὲ καὶ Μένανδρος ὁ ποιητὴς ἦρα Γλυκέρας κοινόν. *(vulgare est, et omnibus notum.)* Bacchis itidem tunc celebris. *Bergler.*

2. βεβούληται. Demosthenes contra Theocrinem: τοὺς βλασφημεῖν βεβουλημένους. *Bergler.*

7. σπουδασθῆναι ὑπὸ σοῦ. In Socraticis Epistolis II. p. 9. Χαιρεφῶν ὃν τρόπον ὑφ' ἡμῶν σπουδάζεται οὐκ ἀγνοεῖς. Plutarchus in Pericle p. 165. τὴν Ἀσπασίαν — ὑπὸ τοῦ Περικλέους σπουδασθῆναι λέγουσιν. Lucianus in Rhetorum praeceptore §. 22. (T. VII. Bip. p. 242.) καλὸς γὰρ εἶναι θέλει καὶ σοι μελέτω ὑπὸ τῶν γυναικῶν σπουδάζεσθαι. Idem Dial. Meretr. 8. (T. VIII. Bip. p. 231.) Nec raro πρὸς isti Passiuo additur, cuius exemplum apud Lucianum in Dial. Deor. 16. Iunonis et Lucinae (T. II. Bip. p. 46.) τὴν Ἀφροδίτην ἔγημε, καὶ σπουδάζεται πρὸς αὐτῆς. Idem Dial. 22. Panis et Mercurii p. 78. ἐγὼ δὲ τῇ Ἠχοῖ καὶ τῇ Πίτυϊ σύνειμι, καὶ πάνυ σπουδάζομαι πρὸς αὐτῶν. *Bergler.*

8. κἀμοί τινα φέρει φιλοτιμίαν, τοῦτο λογίζομαι. Melius fluit sententia, quam nos concipimus, deleta distinctione, si φέρειν legatur pro φέρει. Posset etiam eadem manente sententia sic legi et distingui: κἀμοί τινα φέρει φιλοτιμίαν τοῦτο, ὃ λογίζομαι, *mihique hoc adfert quamdam aemulationem, quod ego reputo*, eiusque rationem habeo; ne scilicet ea in me cadere videatur. *Bergler.*

11. χρηστοτέρῳ γὰρ ἤθει κέχρησαι τοῦ βίου. Non alius est horum verborum sensus, quam is, quem in versione expressi: *probioribus enim moribus quam pro isto vitae genere vteris.* Sic Iulius Pollux Lib. IX. Segm. 33. de publicano, qui non esset nequam et improbus, vt erat fere illud genus hominum: κρείττων τοῦ βίου. Quod cum Iungermannus ibi ingenue fateatur se nescire, quid sit, et emendare conetur: rectissime doctissimus Hemsterhusius tuetur et exponit, vt sit: *Vitae suae ratione melior*, κρείττων τοῦ τῶν τελωνῶν βίου. Hoc ipsum autem sic dicit Chion Epist. 2. χρηστὸς μᾶλλον ἢ κατὰ τὴν ἐπιτήδευσιν. Id quod de Bacchide hac verissime dicitur, quae, cum aliae *meretrices malae* soleant esse, aliter plane erat morata. Egregium eius exstat encomium infra Ep. 38. quae omnium fere est elegantissima, vbi inter alia: ἀπολο-

γίαν ἐκείνην καλῶν οὐκ ἂν τις ἁμαρτάνοι τοῦ τῶν ἑταιρῶν βίου. *Bergler.*

12. ἐρωτικὸς γάρ ἐστι δαιμονίως. Athenaeus Lib. III. p. 74. Φιλόσυκος γάρ εἰμι δαιμονίως. *nam mirifice sum amans ficuum.* Aelianus Var. Hist. Lib. II. c. 4. περὶ τὴν ὥραν τὴν τῶν νέων ἐσπουδακὼς δαιμονίως. *nimium quantum flori adolescentium deditus.* Quod ad Menandrum attinet, Plutarchus etiam Sympos. Lib. III. Quaest. 6. ἐρωτικὸς ἀνὴρ Μένανδρος. *Bergler.* Ἐπεθύμουν δαιμονίως est apud Aristophanem in Pluto v. 675. cf. Nubes v. 76.

19. οὐ παρὰ μικρὸν ἡγοῦμαι. Isocrates ad Philippum: χρὴ δὲ μὴ καταφρονεῖν τοῦ πλήθους, μηδὲ παρὰ μικρὸν ἡγεῖσθαι τὸ παρὰ πᾶσιν εὐδοκιμεῖν. *Bergler.*

21. κνισμός τις πρὸς αὐτὸν γένηται. Amantium offensiones vocantur vsitate *κνισμοὶ* et *κνίσματα*. Plutarchus de discrimine adulat. et amant. c. 18. T. I. Wyttenb. Lipsi p. 310. ἐὰν δὲ πρὸς ἑταίραν ἢ μοιχεύτριαν ἐρωμένην κνισμός τις ἐξ ὀργῆς ἢ ζηλοτυπίας ὑπογένηται, qui locus huic perquam similis, nisi quod pro *κνισμὸς* ibi *κνησμὸς* editum, [nec mutauit Wyttenbachius] quod de prurigine potius dicitur, vt obseruatum Eustathio p. 872. lin. 6. Basilius Ep. 8. καθάπερ ἐρωτικά τινα κνίσματα τοῖς ἐρασταῖς τὰς — ἀκάνθας ἡ φύσις τῷ ἄνθει προσέφυσε, *quasi amatorias quasdam offensiones natura flori illi rosae spinas adnasci fecit.* *Bergler*, quem et vide ad Aristoph. Plutum v. 974. 75. Omnino tamen *κνησμὸν* quam *κνισμὸν* rectius scribi docet Piersonus ad Moeridem p. 40. et Abreschius in Miscell. Obs. Vol. V. p. 58.

22. ὑπὸ Χρέμητός τινος. Chremes, persona Comica Menandri, vt notum ex Terentio, qui *dimidiatus Menander* Iulio Caesari. Eodem modo Antiphanes Comicus apud Athenaeum initio Libri VI. vbi dicit, conditionem poëtarum Comicorum esse periculosam: si enim pauxillum peccetur in Dramate, statim exsibilari personam aliquam: Χρέμης τις ἢ Φείδων τις ἐκσυρίττεται. *Bergler.*

23. ἢ Διφίλου. Quamuis hinc adpareat, sub nomine

Diphili personam aliquam fuisse in dramatibus Menandri, itidem vt sub nomine Chremetis; magis tamen placet ipsum Diphilum Comicum et eius dramata intelligi. Iste enim hoc pacto videtur vlcisci solitus, qui eum laesissent, vt eos in Comoediis suis perstringeret. Refert apud Athenaeum Lib. XIII. p. 579. Machon, qui meretricum apophthegmati et alia memorabilia versibus senariis edidit, Gnathaenam meretricem nobilem, cum forte, coenante apud eam Diphilo, dona quaedam ab alio amatore missa accepisset, ea partim reiecisse, partim suppressisse et dissimulasse dicit, tum aliis de causis, *tum etiam vel praecipue, quod sibi caueret a Diphilo, ne poenas daret, ab eo in comoediis notata*

Φυλαττομένη τε πολὺ μάλιστα Δίφιλον,
Μὴ δῶ δίκην μετὰ ταῦτα κωμῳδουμένη.

Solitus fortasse in gratiam aliorum idem facere. *Bergler.* Idem poëta Comicus, nam de actore hic non cogitandum, est infra Ep. 37. Eius *Commorientes* laudat Terentius in Prol. ad Adelphos, *Parasitum* Athenaeus Lib. X. p. 422. etc. vide omnino Fabricii Biblioth. Graecam T. I. p. 757. ed. prioris.

---

## Epistola XXX.

### Βακχὶς Ὑπερίδῃ.

Πᾶσαί σοι ἴσμεν αἱ ἑταῖραι χάριν, καὶ ἑκάστη γε ἡμῶν οὐχ ἧττον ἢ Φρύνη· ὁ μὲν γὰρ ἀγὼν μόνος Φρύνης, ὃν ὁ παμπόνηρος Εὐθίας ἐπανείλετο, ὁ δὲ κίνδυνος ἁπασῶν. Εἰ γὰρ αἰτοῦσαι παρὰ τῶν ἐραστῶν ἀργύριον οὐ τυγχάνομεν, ἢ τοῖς διδοῦσιν ἐντυγχάνουσαι ἀσεβείας κριθησόμεθα, πεπαῦσθαι κρεῖττον ἡμῖν τοῦ βίου τούτου, καὶ

μηκέτι ἔχειν πράγματα, μή τε τοῖς ὁμιλοῦσι παρέχειν. Νῦν δ' οὐκ ἔτι τὸ ἑταιρεῖν αἰτιασόμεθα, ὅτι πονηρὸς Εὐθίας ἐραστὴς εὑρέθη, ἀλλ' ὅτι ἐπιεικὴς Ὑπερίδης, ζηλώσομεν. Πολλὰ τοίνυν ἀγαθὰ γένοιτό σοι τῆς Φιλανθρωπίας. Καὶ γὰρ ἑταῖραν χρηστὴν σεαυτῷ περιεποιήσω, καὶ ἡμᾶς ἀμειψομένας σε ἀντ' ἐκείνης παρεσκεύασας. Εἰ δὲ δὴ καὶ τὸν λόγον γράψαις τὸν ὑπὲρ τῆς Φρύνης, τότε ἂν ὡς ἀληθῶς χρυσοῦν αἱ ἑταῖραί σε στήσαιμεν, ὅπη ποτὲ βούλει τῆς Ἑλλάδος.

## ADNOTATIO CRITICA.

(Haec epistola et sequentes duae scribuntur occasione orationis, quam Hyperides Orator habuit defendens Phrynem meretricem, impietatis ab Euthia quodam accusatam. Haec fuerat amica Euthiae istius, sed postea Hyperidis facta est: et in locum Myrrhinae, quam Hyperides prius amauerat, successit. Myrrhina contra Euthiae facta est amica, et apud hunc Phrynae obtinuit locum. *Bergler.* — Vide etiam Fabricium ad Sextum Empir. p. 289. *Theoph. Siegfr. Baierum* de Venere Cnidia! in Opusc. a Klotzio editis p. 7. s. et *Toupium* ad Longinum p. m. 350.)

1. πᾶσαι. Cod. Vind. A. sic ordinat: πᾶσαι ἴσμεν αἱ ἑταῖραί σοι χάριν.

2. ἧττον. Idem liber ἧσσον.

3. Εὐθίας. Euthiae nomen in his epistolis quinquies occurrens, vbique in editionibus corruptum est: ter Εὐθείας scriptum, bis Εὐτυχίας. Monuerunt autem viri eruditi ad Harpocrationem, Εὐθίας apud Nostrum esse scribendum: et ita, non tantum apud Athenaeum, cuius locus eos non fugit [Lib. XIII. p. 591.] sed et

apud Eustathium p. 1259. lin. 1. *Bergler.* cuius adde Commentarium.

6. ἐντυγχάνουσα. Cod. Vind. A. αἱ τυγχάνουσαι. Minime vero! ἐντυγχάνειν eadem, qua hic, significatione, est Ep. 33. et 36. *consuetudinem habere.*

7. τούτου post βίου non Doruilianus tantum, v. ad Charitonem p. 473. sed Vindobonensis etiam primus inserunt; igitur recepi.

13. περιεποιήσω. Haec Codicis Vind. A. lectio mirifice placuit prae vulgata περιεσώσω. Phryne enim non antea Hyperidis amica fuit, sed post defensionem demum facta est, v. supra Argumentum. cf. sequenti epistola: χρηστὸν εὗρες. Si quis vero malit vulgatam defendere, et cum Berglero vertere: *incolumem seruasti*, nil equidem repugno, aptius tamen, quod reposui, etiamnunc videtur.

## COMMENTARIVS.

3. ὁ παμπονηρὸς Εὐθίας. Harpocration: Εὐθίας, Ὑπερίδης ὑπὲρ Φρύνης. τῶν ἐπὶ συκοφαντίᾳ διαβεβλημένων ἦν ὁ Εὐθίας. Dicit Harpocration, Euthiam male audiuisse ob calumniae crimen, et de eo egisse Hyperidem in Oratione. *Bergler.*

6. ἀσεβείας κριθησόμεθα. Vt maiorem inuidiam faciat Euthiae, insinuare vult falso impietatis ab eo accusatam fuisse Phrynen; cum id tantum eum ab ea alienauerit, eidemque inimicum fecerit, quod illa nimium soleret petere, aliisque sui copiam facere. De eius crimine, qui sine studio partium loquuntur, ita: Eustathius l. c. τῇ ἑταίρᾳ Φρύνῃ κρινομένῃ ὑπὸ Εὐθίου τὴν ἐπὶ θανάτῳ δι' ἀσέβειαν etc. *Phrynae meretrici, cum ea ab Euthia capitis rea ageretur propter impietatem* etc. Plutarchus in vita Hyperidis: Φρύνῃ τῇ ἑταίρᾳ ἀσεβεῖν κρινομένῃ. Posidippus Comicus apud Athenaeum Lib. XIII. p. 591. de eadem: βλάπτειν δοκοῦσα τοὺς βίους, μείζους βλάβας, *quod nocere videretur vitae hominum maiorem in modum. Bergler.*

7. τοῦ βίου τούτου. Hic etiam vt Ep. anteced. *Bios vitae genus et inſtitutum.* Intelligitur autem quaeſtus meretricius. *Bergler.*

8. μηκέτι ἔχειν πράγματα μήτε — παρέχειν. Herodotus Lib. I. Segm. 155. οὐ παύσονται Λυδοὶ, ὡς εἴκασι, πρήγματα παρέχοντες καὶ αὐτοὶ ἔχοντες. *Non deſinent Lydi, vt videntur, faceſſere mihi ſibique negotia.* Arrianus Lib. VII. ſub initium, vbi oratio Gymnoſophiſtae: ὦ βασιλεῦ Ἀλέξανδρε, ἄνθρωπος μὲν ἕκαστος τοσόνδε τῆς γῆς κατέχει, ὅσον περ τοῦτό ἐστιν ἐφ' ὅτῳ βεβήκαμεν. σὺ δὲ ἄνθρωπος ὢν παραπλήσιος τοῖς ἄλλοις, πλήν γε δὴ ὅτι πολυπράγμων καὶ ἀτάσθαλος, ἀπὸ τῆς οἰκείας τοσαύτην γῆν ἐπεξέρχῃ, πράγματα ἔχων τε καὶ παρέχων ἄλλοις. καὶ οὖν καὶ ὀλίγον ὕστερον ἀποθανὼν, τοσοῦτον καθέξεις τῆς γῆς, ὅσον ἐξαρκεῖ ἐντετάφθαι τῷ σώματι. *Bergler.* Erat, vti notum, inter κυρίας Epicuri δόξας et haec: οἱ θεοὶ μήτε ἔχουσι πράγματα, μήτε παρέχουσι, quod Cicero de Officiis Lib. III. c. 28. ita effert: *Deum nihil habere ipſum negotii dicunt, nihil exhibere alteri,* vbi Heuſingerus inter alia prouocat ad Lucret. Lib. I. v 57. Lib. V. v. 83. Plura habet Valkenarius ad Xenoph. Memorab. Lib. II. c. 1. §. 9.

11. πολλὰ τοίνυν ἀγαθὰ γένοιτό σοι. Solemne eſt. Ariſtophanes in Ecclaſiaz. v. 1059. — πόλλ' ἀγαθὰ γένοιτό σοι, ὅτι μ' οὐ περιεῖδες ἐπιτριβέντα. Demoſthenes contra Eubulidem: πολλὰ ἀγαθὰ γένοιτο πᾶσιν ὑμῖν τοῖς δικαίως τῷ πράγματι χρησαμένοις. Idem contra Cononem: εἰ μὲν εὑρεκῶ, πολλά μοι ἀγαθὰ γένοιτο, et contra Calliclem: εἰ λέγω μὲν, ἅπερ ἤκουσα τῆς μητρὸς, οὕτω μοι πολλὰ ἀγαθὰ γένοιτο· εἰ δὲ ψεύδομαι, τἀναντία τούτων. Syneſius Ep. 122. initio: πολλὰ ἀγαθὰ γένοιτο τοῖς ἱερεῦσι, et Ep. 17. initio: πολλὰ καὶ ἀγαθὰ γένοιτο τῷ δεῖνι. De καὶ inter duas illas voces poni ſolito, dico alibi. *Bergler.*

15. εἰ δὲ δὴ καὶ τὸν λόγον γράψαις. Haec epistola supponitur scripta statim post illum actum, cum orationem suam nondum edidisset Hyperides. *Bergler.*

16. ὡς ἀληθῶς. Saepissime, apud Demosthenem praecipue, ὡς tamquam abundans est ante ἀληθῶς. Abundare autem vel hinc adparet: ille in Oratione contra Aristocratem dixit, τοῖς ὡς ἀληθῶς εὐεργέταις, Isocrates autem de Pace ὡς omisso, τοὺς ἀληθῶς συμμάχους καὶ φίλους. Cum aliis etiam Aduerbiis quandoque. Isaeus pro Apollodori hered. καὶ (ὅπως) μὴ ὡς ἄλλως ποιήσωσι, *et ne aliter faciant*, quod Plato dixit sine ὡς, in fine Lachetis: ἀφίκου οἴκαδε, καὶ μὴ ἄλλως ποιήσῃς. Demosthenes aduersus Leptinem [p. 53. ed. Hal.] συνίετε καθ' ὃν τρόπον ὁ Σόλων τοὺς νόμους ὡς καλῶς κελεύει τιθέναι, *intelligitis, quemadmodum Solon leges recte condere iubeat*, vbi male (Hieron.) Wolfius: *quo pacto, et quam praeclare*, cum nulla intercedat copula inter καθ' ὃν τρόπον et ὡς καλῶς, debeatque illud quidem ad κελεύει referri, ὡς καλῶς autem ad τιθέναι. *Bergler.* — Sed cognominem vltus est Fr. Aug. Wolfius ad locum Demostheneum: „Non audiendus Berglerus, cui ὡς videtur abunda„re. Ante ὡς καλῶς incisum feci, vt sit, καθ' ὃν τρό„πον καὶ ὡς καλῶς. Notum est enim, in tali conuer„sione sententiae Graecos ἀσυνθέτως loqui solere."

16. χρυσοῦν σε στήσομεν. Prouerbiale, vt ex isto Luciani adparet in Pseudol. §. 15. (T. VIII. Bip. p. 71.) χρυσοῦς φασιν ἐν Ὀλυμπίᾳ στάθητι, quod Erasmum non fugit. Idem Lucianus in Timone §. 51. (T. I. p. 119. et ibi Hemsterh. p. 425.) δέδοκται τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ — χρυσοῦν ἀναστῆσαι τὸν Τίμωνα. Sic de aenea statua erigenda Demosthenes de falsa leg. (Vol. I. 425. 1. Reisk.) Φίλιππον θαυμάζουσι καὶ χαλκοῦν ἱστᾶσι καὶ στεφανοῦσι. Ibidem: ἔστιν ὄντινα ὑμεῖς τῶν πρέσβεων ὧν ἔπεμψε Φίλιππος χαλκοῦν στήσαιτ' ἂν ἐν τῇ ἀγορᾷ. Item aduersus Leptinem (§. 100. p. 105. Wolf.) *Bergler.* Est etiam χαλκοῦς παρ' Ἀθηναίοις ἀπὸ τῶν λόγων

ἐκείνων ἔστηκεν apud Himerium Ecl. XXI. §. 7. p. 276. Wernsd. et quem fugiat Horatii *aeneus vt ſies* Sat. II, 3, 183.

---

## Epistola XXXI.

### Βακχὶς Φρύνῃ.

Οὐ τοσοῦτόν σοι τοῦ κινδύνου συνηχθέσθην, ὦ Φιλτάτη, ὅσον ὅτι πονηροῦ μὲν ἀπηλλάγης ἐραστοῦ, χρηστὸν δὲ εὗρες Ὑπερίδην, συνήσθην. Τὴν γὰρ δίκην σοι καὶ πρὸς εὐτυχίαν γεγονέναι νομίζω· διαβόητον γάρ σε οὐκ ἐν ταῖς Ἀθήναις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἑλλάδι ἁπάσῃ ὁ ἀγὼν ἐκεῖνος πεποίηκεν. Εὐθίας μὲν γὰρ ἱκανὴν τιμωρίαν δώσει τῆς σῆς ὁμιλίας στερούμενος· ὑπὸ γὰρ ὀργῆς μοι δοκεῖ κινηθεὶς διὰ τὴν ἔμφυτον ἀμαθίαν ὑπεραίρει τὸ μέτρον τῆς ἐρωτικῆς ζηλοτυπίας. Καὶ νῦν ἐκεῖνον ἐρῶντα μᾶλλον εὖ ἴσθι ἢ Ὑπερίδην. Ὁ μὲν γὰρ διὰ τὴν τῆς συνηγορίας χάριν δῆλός ἐστι σπουδάζεσθαι βουλόμενος καὶ ἐρώμενον ἑαυτὸν ποιῶν· ὁ δὲ τῷ ἀποτεύγματι τῆς δίκης παρώξυνται. Προσδέχου δὴ πάλιν δι' αὐτοῦ δεήσεις καὶ λιτανίας καὶ πολὺ χρυσίον. Μὴ δὴ καταδιαιτήσῃς ἡμῶν, ὦ Φιλτάτη, τῶν ἑταιρῶν· μὴ δὲ Ὑπερίδην κακῶς δόξαι βεβουλεῦσθαι ποιήσῃς, τὰς Εὐθίου ἱκεσίας προσιεμένη· μὴ δὲ τοῖς λέγουσί σοι, ὅτι, εἰ μὴ τὸν χιτωνίσκον περιῤῥηξαμένη τὰ μαστάρια τοῖς δικασταῖς ἀπέδει-

ξας, οὐδὲν ὁ ῥήτωρ ὠφέλει, πείθου. Καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο, ἵνα ἐν καιρῷ γένηταί σοι, ἡ ἐκείνου παρέσχε συνηγορία.

## ADNOTATIO CRITICA.

2. ὦ φιλτάτη. ὦ ex Cod. Vind. A. vt sibi constet Alciphron, reuocaui.

4. πρὸς εὐτυχίαν. Vulgata πρὸς τὴν, quem articulum deleui, iubentibus Codd. Vind. A. et Doruiliano, vide ad Charitonem p. 473., iubente ipso Graecae linguae genio.

15. δι' αὐτοῦ. Mallem παρ' αὐτοῦ. *Bergler.* Ibidem pro λιτανίας Cod. Vind. A. habet λιτανείας.

18. μὴ δέ. Idem Cod. μήδ'. Gloss. Eichst. σὺ δὲ μηδέ.

19. Εὐθίου. Edd. ante Berglerum Εὐτυχίου. male.

21. μαστάρια. Pro μαστήρια emendo μαστάρια, quod est Deminutiuum a μαστός. Casaubonus quidem, hunc locum adducens, scripsit μαστίδια, non male: potest enim et tale Deminutiuum inde deduci, vt a λόγος non tantum λογάριον sed et λογίδιον. Nostrum tamen confirmatur Epist. 39. ἐγένοντο — — καὶ περὶ μαστηρίων ἀγῶνες. Pro ἀπέδειξας mallem ἐπέδειξας. *Bergler.* — Vtrumque et μαστάρια et ἐπέδειξας exhibet Cod. Doruilianus, v. ad Charit. p. 468. — μαστάρια Cod. Vind. A. etiam firmantur, ideoque recepi.

22. ὁ ῥήτωρ. Articulum addidi ex Cod. Vind. A. consentiente Doruilio l. c. p. 473. quem tamen etiam offendit πείθων, totumque locum fortasse sic legendum opinatur: οὐδὲν ὁ ῥήτωρ ὠφέλει πείθων, πείθου. Qui lusus verborum hic tamen non placet.

## COMMENTARIVS.

1. συνηχθέσθην. Demosthenes aduersus Leptinem (Vol. I. 491. 11. Reisk.) συναχθεσθείην ἂν ἔγωγε τῇ πόλει. *Bergler.*

9. τὴν ἔμφυτον ἀμαθίαν. Dinarchus contra Philoclem: οὐκ ἀπεκρύψατο τὴν ἔμφυτον πονηρίαν. *Bergler.* Apud Polybium II, 45. 1. est ἔμφυτος πλεονεξία.

13. ἐρώμενον ἑαυτὸν ποιῶν. Sic infra Ep. 37. ἀνακιζόμενος καὶ ἐρώμενον ἑαυτὸν ποιῶν. Talem fastidiosum scitissime describit Plautus in Milite glorioso, qui orandus est, *copiam vt sui potestatemque faciat* amanti mulieri, itaque ad conciliatricem ancillulam dicit, quasi aegre adnuens: *Induxi animum, ne oderim item vt alias, quando hoc orasti.* Idem: *Non aedepol tu scis, mulier, quantum ego honorem nunc illi habeo.* *Bergler.*

14. τῷ ἀποτεύγματι τῆς δίκης παρώξυνται. Adeo aegre tulisse Euthiam, quod hac causa cecidisset, vt nullam post egerit causam, dicit Athenaeus Lib. XIII. p. 590. ex Hermippo: ἦν δὲ ἡ Φρύνη ἐκ Θέσπιῶν, κρινομένη δὲ ὑπὸ Εὐθίου τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπέφυγε. διόπερ ὀργισθεὶς ὁ Εὐθίας οὐκ ἔτι εἶπεν ἄλλην δίκην. *Bergler.*

19. ἱκεσίας. Hanc vocem improbat Phrynichus, ἀδόκιμον pronuntians; nimis confidenter. Vsus est ea summus eloquentiae magister et purissimus scriptor Isocrates περὶ ἀντιδόσεως. πολλὰς ἱκεσίας καὶ δεήσεις ποιούμενοι. Hoeschelius pro ea citat Lucianum, Synesium et Philonem. Saepissime occurrit apud Heliodorum. *Bergler.* Est etiam apud Charitonem Lib. III. c. 5. p. 71. v. et Thomam Magistrum p. 470. a. b.

20. εἰ μὴ τὸν χειτωνίσκον περιβρηξαμένη τὰ μαστάρια τοῖς δικασταῖς ἀπέδειξας. Ita et Quinctilianus de hoc celebri facto Instit. Lib. II. c. 15. *Et Phrynen non Hyperidis actione quamquam admirabili, sed adspectu corporis, quod illa speciosissimum alioqui diducta nudauerat tunica, putant periculo liberatam.* Nec non Sextus Empiricus adv. Mathem. II, 4. p. 258. Fabric. Φρύνη τε, ὥς φασιν, ἐπεὶ συνηγορούντος αὐτῇ Ὑπερίδου ἔμελλε καταδικάζεσθαι, καταρρηξαμένη τοὺς χιτωνίσκους, καὶ γυμνοῖς στήθεσι προκυλινδουμένη τῶν δικαστῶν, πλεῖον ἴσχυσε διὰ τὸ κάλλος τοὺς δικαστὰς πεῖσαι τῆς τοῦ

συνηγορούντος ῥητορείας. Alii autem Hyperidem ei rupisse vestem dicunt, vt Plutarchus in eius vita p. 849. μελλούσης δὲ αὐτῆς ἁλίσκεσθαι, παραγαγὼν εἰς μέσον καὶ περιῤῥήξας τὴν ἐσθῆτα, ἔδειξε τὰ στέρνα τῆς γυναικός. καὶ τῶν δικαστῶν εἰς τὸ κάλλος ἀπιδόντων, ἀφείθη. Et Athenaeus Lib. XIII. p. 590. παραγαγὼν αὐτὴν εἰς τοὐμφανὲς καὶ περιῤῥήξας τοὺς χιτωνίσκους γυμνά τε τὰ στέρνα ποιήσας etc. vnde Eustathius repetit p. 1259. lin. 1. Sed siue Hyperides siue Phryne id fecerit, videtur ex imitatione Clytemnestrae factum: haec enim ab Oreste filio iamiam occidenda mammam ei ostendit, dicitque, vt est apud Aeschylum in Choephoris v. 880. ἐπίσχες ὦ παῖ. τόνδε δ' αἴδεσαι, τέκνον, μαστόν, πρὸς ὦ σὺ πολλὰ δὴ βρίζων ἅμα οὐλεσιν ἐξήμελξας εὐτραφὲς γάλα. *Cohibe te, fili, atque hanc reuerere, nate mi, mammam, ad quam tu saepe olim dormiscens, gingiua emulxisti bene nutriens lac.* Idem apud Euripidem in Oreste eidem obiicitur v. 510. ἐπεὶ τίν' ἔχεις, ὦ τάλας, ψυχὴν τότε, ὅτ' ἐξέβαλε τὸν μαστὸν ἱκετεύουσά σε μάτηρ; *nam quid animi tibi tunc fuit, miser, quando exseruit mammam tibi supplicans mater?* et inferius: ὦ μέλεος, ματρὸς ὅτε χρυσεοπηνήτων Φαρέων μαστὸν ὑπερτέλλοντ' ἐσιδὼν, σφάγιον ἔθετο ματέρα. *O miser, quando matris ex veste auro texta prominentem videns mammam, matrem iugulauit!* [cf. et Valkenarium ad Eurip. Phoenissas v. 1560. ff.] Idem, vt videtur, fecerat huius soror meliore successu, cum in eam gladium strinxisset maritus. Aristophanes Lysistr. v. 155. ὅ γ' ὢν Μενέλαος τὰς Ἑλένας τὰ μᾶλα πω γυμνὰς παρενιδὼν ἐξέβαλ' οἴω τὸ ξίφος. *Sane Menelaus Helenae papillas nudas cum adspexisset, abiecit nimirum gladium. Bergler.* — vide etiam Hemsterhusium ad Xenophontem Ephesium in Misc. Obseruatt. T. V. P. 3. p. 63. ff. de vocum περιῤῥῆξαι et περιῤῥήξασθαι *discrimine.* De Phryne omnino Barthelemii Anacharsin T. IV. p. 170. et qui ibi laudantur.

## Epistola XXXII.

### Βακχὶς Μυρρίνῃ.

Μὴ δὴ κρείττονος εἴη σοι τυχεῖν ἐραστοῦ, δέσποινα Ἀφροδίτη, ἀλλ' Εὐθίας σοι, ὃν νῦν περιέπεις, συγκαταβιώη. Τάλαινα γυνὴ τῆς ἀνοίας, ἥτις τῷ τοιούτῳ θηρίῳ προσέφθαρσαι. Πλὴν ἴσως τῷ κάλλει πεπίστευκας. Φρύνην γὰρ ὑπεριδὼν δηλονότι στέρξει Μυρρίνην. Ἀλλ' ἔοικας κνίσαι τὸν Ὑπερίδην βεβουλῆσθαι ὡς ἐλαττόν σοι νῦν προσέχοντα. Καὶκεῖνος ἑταῖραν ἔχει ἀξίαν ἑαυτοῦ, καὶ σὺ ἐραστὴν σοι πρέποντα. Αἴτησόν τι παρ' αὐτοῦ, καὶ ὄψει σεαυτὴν ἢ τὰ νεώρια ἐμπεπρηκυῖαν ἢ τοὺς νόμους καταλύουσαν. Ἴσθι γοῦν, ὅτι παρὰ πάσαις ἡμῖν ταῖς τὴν φιλανθρωποτέραν Ἀφροδίτην προτιμώσαις μεμίσησαι.

## ADNOTATIO CRITICA.

1. Μὴ δή. Sic pro vulgato μηδὲ, ex Cod. Vindob. A. repoſui, nec male feciſſe putauerim. Iſtum Codicem ſi conſulere Berglero licuiſſet, longa ſatis nota ſupersedere poterat, quae, quamquam ad locum noſtrum ſic emendatum nihil amplius valet, tamen et ipſa, quam peritus Graecae linguae fuerit vir eximius, teſtabitur. Hic, inquit Berglerus, mediocriter attentus lector exſpectabit, vt iſtud μηδὲ inferius alicubi repetatur, id vero factum non eſt. In hac re ſimilis locus iſte Platoni Lib. I. de Rep. (Bip. T. VI. p. 149.) vbi ſic orditur Cephalus oratione ſuam: ὦ Σώκρατες, ΟΥΔΕ θαμίζεις ἡμῖν καταβαίνων εἰς τὸν Πειραιᾶ. Χρῆν μέντοι· εἰ μὲν γὰρ ἐγὼ ἔτι ἐν δυνάμει ἦν τοῦ ῥᾳδίως πορεύεσθαι πρὸς τὸ ἄστυ,

οὐδὲν ἂν σε ἔδει δεῦρο ἰέναι, ἀλλ' ἡμεῖς ἂν παρὰ σὲ ἤμεν. Νῦν δέ σε χρὴ πυκνότερον δεῦρο ἰέναι. Sic fortasse apud Aristophanem in Acharnens. v. 562. οὐδὲ χαίρων ταῦτα τολμήσει λέγειν. Et, vt videtur, apud Lucianum in Plutone vel contra Menippum (Dial. Mort. II. Bip. T. II. p. 408.) καὶ μὴν ὦ κάκιστοι Λυδῶν καὶ Φρυγῶν καὶ Ἀσσυρίων οὕτω γινώσκετε, ὡς ΟΥΔΕ παυσομένου μου. Ἔνθα γὰρ ἂν ἦτε, ἀκολουθήσω, ἀνιῶν καὶ κατάδων καὶ καταγελῶν, vbi tamen vir doctissimus οὐδέπω nuper reponendum censebat, quod aliter completa non videretur sententia. Haec igitur *Berglerus*. [Doctissimus iste vir fuit Hemsterhusius, qui tamen deinde Berglero accessit ad hunc Luciani locum, cf. et Reitzium ad Luciani Asinum T. VI. Bipont. p. 472. et Cel. Wyttenbachium Bibl. Crit. Vol. III. P. 2. p. 70.]

4. τῷ τοιούτῳ — κάλλει πεπίστευκας. Codex Doruilianus, vide ad Chariton. p. 555. inserit hic quaedam, nam vulgata habet tantum haec: ἥτις τῷ τοιούτῳ κάλλει πεπίστευκας. Liber contra Doruil. ἥτις τῷ τοιούτῳ θηρίῳ προσέφθαρσαι, πλὴν ἴσως τῷ κάλλει πεπίστευκας. Non dubitaui Alciphroni, quod ceterorum librariorum incuria detraxerat, reddere. Lacunae suspicionem mouere quodammodo poterat τοιούτῳ, nam Bacchis profecto alia omnia maluit, quam Myrrhinae pulcritudinem nimis laudare, quam laudem particula ἴσως in supplemento Dorvilliano minuit haud parum. Praeterea φθείρεσθαι et προσφθείρεσθαι Noster hoc sensu amat (προσφθείρεσθαι est Ep. 34.) omniaque sic melius cohaerere videntur, praesertim, si proxime sequentium verborum, praeeunte egregio Codice Vind. A., mutes ordinem. Nam quum vulgata haberet: Φρύνην γὰρ στέργει δηλονότι Μυρρίνην ὑπεριδών, Codex iste inuertit: Φρύνην γὰρ ὑπεριδὼν δηλονότι στέργει Μυρρίνην. Euge, bene, belle! Nonne vero dixi omnia sic optime cohaerere. *Miseret me tui, quae ita demens fis. Malo tuo adplicuisti te ad hominem nequissimum, formae fortasse*

*confisa tuae. At vero qui Phrynen abalienauit, Myrrhinnam deperibit. Scilicet!*

7. βεβουλῆσθαι. Cod. Vind. A. βεβουλεῦσθαι.

13. μεμίσησαι. Dorvilius ad Chariton. p. 462. ita: Si inspicias locum, non *odio* rem dignam, sed *risu*, *commiseratione* inuenies, in Cod μεμίμησαι; quid si μεμώμησαι passiui vsus admitti posse videtur, an melius μεμώκησαι? Ego vero vulgatam bene habere crediderim.

## COMMENTARIVS.

Tit. Μυρρίνη. Hanc fuisse Hyperidis amicam, testatur Plutarchus in eius vita: ἐγένετο δὲ καὶ πρὸς τὰ ἀφροδίσια καταφερὴς, ὡς ἐκβαλεῖν μὲν τὸν υἱὸν, εἰσαγαγεῖν δὲ Μυρρίνην τὴν πολυτελεστάτην ἑταίραν. Eadem iisdem paene verbis et Athenaeus Lib. XIII. p. 590. nisi quod ibi τὸν υἱὸν ἀποβαλὼν legitur, quod vertit Dalecampius *eiecto filio*, cum tantum significet *amisso filio*. *Bergler.* Fortasse tamen apud Athenaeum ἐκβαλὼν reponendum.

1. δέσποινα Ἀφροδίτη. Haec est exclamatio et interiectio, vt infra Ep. 36. et 39. *Bergler.*

3. συγκαταβιώη. Ignorant hanc vocem H. Stephanus et Scottus, habet tamen etiam Plutarchus, cuius vide Indicem. Sic Illustr. de Locella ad Xenophontem Ephes. p. 163. apud quem bis occurrit p. 20. et 102.

7. ἔλαττόν σοι νῦν προσέχονται. Lucianus in Dial. Deor. 5. Iunonis et Iouis ἐξ οὗ τὸ μειράκιον τοῦτο, ὦ Ζεῦ, τὸ Φρύγιον — δεῦρο ἀνήγαγες, ἔλαττόν μοι προσέχεις τὸν νοῦν· Sed ista phrasis vbique obuia. Saepe autem omittitur τὸν νοῦν. *Bergler.* quem laudat Hemsterh. ad locum Luciani adlatum T. II. Bip. p. 259. et aliquot Aristophanis locos addit.

10. τὰ νεώρια ἐμπεπρηκυῖαν. Ita solent Sycophantae falsa crimina confingere. Apud Lucianum in Timone §. 52. (T. I. Bip. p. 121. et ibi Hemsterhus. p. 433.) Demeas Rhetor, itidem vt hic Euthias, cum Timoni adulatus fuisset

longo et hyperbolico encomio, atque pro remuneratione plagas ab eo accepisset, in contrarium versa oratione dicit: οἴμοι, τί τοῦτο; τυραννίδι Τίμων ἐπιχειρεῖς, καὶ τύπτεις τοὺς ἐλευθέρους, οὐ καθαρῶς ἐλεύθερος, οὐδ' ἀστὸς ὤν; ἀλλὰ δώσεις ἐν τάχει τὴν δίκην τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι τὴν ἀκρόπολιν ἐνέπρησας. Apud Aristophanem quoque in Acharnensibus, cum Thebanus rusticus inter alias res venales etiam ellychnia tulisset Athenas, adest statim Sycophanta, qui minatur se id apud magistratus delaturum, cumque interrogatus fuisset, cur ob rem tam leuem vellet delationem facere, respondet v. 918. αὕτη γὰρ (ἡ θρυαλλὶς) ἐμπρήσαιεν ἂν νεώριον, vbi Kuesterus non praeter rem adnotat, illuc respexisse nostrum Alciphronem in hac epistola. *Bergler.*

12. ἡμῖν ταῖς τὴν φιλανθρωποτέραν Ἀφροδίτην etc. Quasi non omnes meretrices τὴν πάνδημον habeant praesidem, et colant. *Bergler.*

---

## Epistola XXXIII.

### Θαΐς Θεττάλῃ.

Οὐκ ἄν ποτ' ᾠήθην ἐκ τοσαύτης συνηθείας ἔσεσθαί μοι τινὰ πρὸς Εὐξίππην διαφοράν. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα, ἐν οἷς αὐτῇ χρησίμη γέγονα ὑπὸ τὸν ἀπὸ τῆς Σάμου κατάπλουν, οὐκ ὀνειδίζω. Ἀλλὰ Παμφίλου, γινώσκεις τοῦτο καὶ σὺ ὅσον, ἡμῖν διδόντος ἀργύριον, ὅτι ταύτῃ ποτὲ ἐντυγχάνειν ἐδόκει, τὸ μειράκιον οὐ προσιέμην. Ἀλλὰ καλῶς ἡμᾶς ἀντὶ τούτων ἠμείψατο, τῇ κάκιστα ἀπολουμένῃ Μεγάρᾳ χαρίζεσθαι θέλουσα· πρὸς

ἐκείνην δ' ἣν τις παλαιά μοι διὰ Στράτωνα ὑπόνοια. Ἀλλὰ ταύτην μὲν οὐδὲν ᾠμην ποιεῖν παράλογον κακῶς λέγουσάν με. Ἀλῶα δ' ἦν, καὶπὶ τὴν παννυχίδα πᾶσαι, ὥςπερ ἦν εἰκὸς, παρ' ἡμῖν. Ἐθαύμαζον δὲ τῆς Εὐξίππης· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον κιχλίζουσα μετ' ἐκείνης καὶ μωκωμένη, τὴν δυσμένειαν ἐνεδείκνυτο, εἶτα Φανερῶς ποιήματα ἤδεν εἰς τὸν οὐκ ἔΘ' ἡμῖν προσέχοντα ἐραστήν. Καὶπὶ τούτοις μὲν ἧττον ἤλγουν· ἀπαναισχυντήσασα δὲ εἰς τὸ Φῦκός με καὶ τὸν παιδέρωτα ἔσκωπτεν. Ἐδόκει δέ μοι πάνυ κακῶς πράττειν, ὡς μηδὲ κάτοπτρον κεκτῆσθαι. Εἰ γὰρ οἶδεν ἑαυτὴν χρῶμα σανδαράχης ἔχουσαν, οὐκ ἂν ἡμᾶς εἰς ἀμορΦίαν ἐβλασΦήμει. Ἐμοὶ μὲν οὖν βραχὺ μέλει περὶ τούτων, ἀρέσκειν γὰρ τοῖς ἐρασταῖς, οὐχὶ Μεγάρᾳ καὶ Εὐξίππῃ βούλομαι ταῖς πιθήκοις. Δεδήλωκα δέ σοι, ἵνα μή μ' ἔτι μέμΦῃ. Ἀμυνοῦμαι γὰρ αὐτὰς οὐκ ἐν σκώμμασιν, οὐδ' ἐν βλασΦημίαις, ἀλλ' ἐν οἷς μάλιστα ἀνιάσονται. Προσκυνῶ δὲ τὴν Νέμεσιν.

## ADNOTATIO CRITICA.

6. *ἀργύριον*. Cod. Vind. A. habet *ἀργυρίου*, nec aliter ipſe Alciphron I, 38. nolui tamen mutare.

6. *ἐντυγχάνειν*. Idem liber *συντυγχάνειν*. Sed Noſter hoc ſenſu ſemper *ἐντ.*

7. *προσιέμην*. pro vulgato *προσήμην* emendauerat iam olim *Berglerus*, prouocans ad Ep. ſequentem, vbi recte *προσιέμην*. Cod. Vind. A. comprobat.

11. *ἀλλὰ ταύτην*. Cod. Vind. A. pro *ταύτην* habet *ταύτῃ*, et deinde paullulum

transponit: ἀλλὰ ταύτῃ μὲν ὤμην οὐδέν.

13. παρ' ἡμῖν. Gloss. Eichstad. παρῆμεν. bene.

14. ἐθαύμαζον τῆς Εὐξίππης. Nescio, quid in mentem venerit doctiss. Dorvilio ad Chariton. Lib. V. c. 3. p. 473. vbi pluribus exemplis, maximam partem ex Alciphrone sumtis malam consuetudinem vituperat librariorum, qua articulos vel pronomina falso vel omitterent, vel adderent. In his igitur et nostrum adducens locum, aliquid plus quam articulum vult restitui. Ad ἐθαύμαζον δὲ τῆς Εὐξίππης, το μὲν γὰρ supplere licet τῆς Εὐξ. τὴν ἀγερωχίαν, τὸ μὲν γάρ. Sed pace viri eruditissimi dixerim, haec est nimia subtilitas et ἀγερωχία κριτική. Si quid enim adiiciendum esset, quod omnino necesse non est, brevius defungi possis: ἐθαύμαζον τὸ τῆς. Sed recte habent omnia, quum hoc verbum Genitiuo iungant Graeci, si Latinorum mirari, (nostrum: *sich über etwas wundern, etwas ungewöhnlich, sonderbar finden*) Accusatiuo contra, vbi admirari (bewundern) efferre velint. v. Ammonium Valkenarii p. 68.

21. εἰ γὰρ οἶδεν. pro οἶδεν posset etiam legi εἶδεν. *Bergler.*

22. χρῶμα σανδαράχης. Cod. Vind. A. inuertit.

27. οὐδ' ἐν βλασφημ. Idem οὐδέ.

## COMMENTARIVS.

2. τὰ μὲν ἄλλα, ἐν οἷς αὐτῇ χρησίμη γέγονα — ἀλλά. Demosthenes adv. Leptinem: τὰ μὲν ἄλλα, ὅσα χρησίμους ἡμῖν ἑαυτοὺς παρέσχον, ἐάσω. ἀλλ' οὗθ' ἡ μεγάλη μάχη etc. Ibidem: τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, πόλλ' ἂν ἔχων εἰπεῖν, ὅσα εὐεργέτηκεν ἡμᾶς οὗτος ἀνήρ — ἀλλὰ προπέρυσι σιτοδείας γενομένης — οὐ μόνον σῖτον ἡμῖν ἱκανὸν ἀπέστειλεν, ἀλλὰ etc. *Bergler.* Χρήσιμον εἶναι τινὶ esse *bene de aliquo mereri*, recte monet Casaubonus ad Theophrasti Charact. 9. p. 118. ed. Fischer. nec Alciphronis immemor.

8. τῇ κάκιστα ἀπολουμένῃ. v. infra Ep. 37. et ibi notam. et Lib. III. Ep. 6.

12. Ἁλῶα. Festum Cereale, ἀπὸ τῆς ἅλω *ab area horrei.* Tunc venerabantur Cererem Ἁλωάδα, de qua Theocritus in Thalysiis, quae sunt itidem Haloa v. 155. βωμῷ παρ' Δάματρος Ἁλωάδος. Meminit Noster aliquoties huius festi, sed semper spiritu leni scriptum, vt saepe et alibi. *Bergler.* De spiritu vide Reitzium ad Luciani Dial. Meretric. §. 1. T. VIII. p. 199. et 516. De festo ipso Meursii Graeciam feriatam p. m. 15. Heringam Obseruatt. Crit. p. 153. Berglerum infra ad Lib. II. Ep. 3.

15. κιχλίζουσα. De risu fere femineo, et meretricum. Clemens Alexandr. in Paedagogo Lib II. c. 5. p. 196. ed. Potter. ἡ δὲ ἐκμελὴς τοῦ προσώπου ἔκλυσις, εἰ μὲν ἐπὶ γυναικῶν γίνοιτο, κιχλισμὸς προσαγορεύεται, γέλως δέ ἐστι πορνικός. εἰ δὲ ἐπὶ ἀνδρῶν, καγχασμός. vbi Ed. Victorii, qua vtor, κιχλιασμὸς, non recte. *Bergler.* — Lex. Reg. Ms. quod laudat Alberti ad Hesychium h. v. κιχλισμός. πορνικὸς γέλως. cf. et Sallierium et Piersonum ad Moer. p. 213. Toupium in Ep. Crit. Lipsi. T. II. p. 71. et Cel. Hindenburgium ad versionem Idylli 11. Theocritei (*Deutsches Museum* 1779. ianuar. p. 54.)

15. μωκωμένη. Aristaenetus Lib. I. Ep. 27. p. 66. Abr. ἡ δὲ διαμωκωμένη καὶ ὑποβλέπουσα λοξὸν — ὑπεροπτικῶς ἀπεκρίθη. *illa autem subsannans et limis intuens, superbe respondit*, vbi male legitur διαμυκωμένη, *boatum edidisset.* Philoxeni Glossarium: μῶκος *haec sanna, scurra, subsannator.* Vtitur hac voce Athenaeus Lib. V. p. 187. vbi de conuiuiis immodestis: τοῖς δ' ὁ κόλαξ πρῶτος ὑφαίνειν ἤρχετο μῶκον, *illis autem scurra omnium primus texere incipiebat cauillationem.* Inde μωκία, qua voce vtitur Aelianus Var. Histor. Lib. II. c. 19. de Aristotele loquens: καὶ μωκία δέ τις ἦν αὐτοῦ περὶ τὸ πρόσωπον, *sed et vultus eius habitum quemdam subsannatorium prae se ferebat.* Verbo composito vtitur et Heliodorus Lib. VII. p. 393. ἐγγελῶν δὲ ὁ Ἀχαιμένης καὶ τοῦ Θεαγέ-

νους καταμωκώμενος. *Bergler.* κιχλίζειν et μωκᾶσθαι iunguntur etiam infra Lib. III. Ep. 27. διαμώκωσις est etiam ap. Athenaeum Lib. V. p. 220.

10. ἀπαναισχυντήσασα. Demosthenes aduersus Cononem (Vol. II. 1267. 15. Reisk.) ἐὰν ἅπαξ ἀπαναισχυντήσωσί τινες, καὶ φανερῶς τὰ ψευδῆ τολμήσωσι μαρτυρεῖν. Idem tertia in Aphobum (ib. 1580. 17.) οὗτος δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἀπηναισχύντει, *impudentia vtebatur*, in negando scilicet. Heliodorus Lib. VIII. p. 409. λανθάνειν μὲν οἰόμενοι καὶ ἐρυθριῶσιν, ἁλισκόμενοι δὲ ἀπαναισχυντοῦσι. Similiter autem cum praepositione vsurpatur et ἀπαναιδεύεσθαι, quod idem significat. *Bergler.*

19. παιδέρωτα. Vnguentum erat et pigmentum παιδέρως, quod faciei illinebant mulieres, quae rubentiores videri vellent. Mentio eius [infra Lib. III. Ep. 11.] apud Athenaeum Lib. XIII. p. 568. et Lib. XII. p. 542. et apud Aelianum Var. Hist. Lib. IX. c. 9. vbi v. Perizonium. Eustathius p. 974. lin. 58. οἱ ὕστερον — μῦρον ἐφεῦρον ὁ ἑκάλλουν παιδέρωτα. ᾧ καὶ γυναῖκες ἐχρῶντο. (mallem ἐχρίοντο.) De eo aliquoties Salmasius ad Solinum v. c. p. 398. *Bergler.* Hesychius: Παιδέρως. οἱ μὲν σφραγίδος ὄνομα, οἱ δὲ ἀλείμματα, οἱ δὲ μύρου εἶδος. vbi Alberti laudat etiam Salmas. ad Vopiscum T. II. p. 560. Pausan. Corinth. II, 19. p. 135.

20. κακῶς πράττειν. Hic vt apud Aristophanem in Pluto v. 29. κακῶς ἔπραττον καὶ πένης ἦν. Sic alibi saepissime. *Bergler.*

21. ὡς μηδὲ κάτοπτρον κεκτῆσθαι. Forte falsum habebat speculum, vt deformis illa, de qua Lucillius in Epigr. Anthol. Lib. II. c. 13. (Iacobs Vol. III. p. 35.)

Ψευδὲς ἔσοπτρον ἔχει Δημοσθενίς. εἰ γὰρ ἀληθὲς
Ἔβλεπεν, οὐκ ἂν ὅλως ἤθελεν αὐτὸ βλέπειν.

*Bergler.*

22. σανδαράχης. Σανδαράχη minerale, vt arsenicum. *Bergler.* Hesychius: Σανδαράχη. χρώματος εἶδος.

it. σανδαράκη. τροφή τις τῶν μελισσῶν. v. Iunii Animadv. p. 403. Salmaſ. ad ſcript. H. A. T. II. p. 485. σανδαράκινοι apud Herodotum Lib. I. ſegm. 98. *Alberti.* adde Arnaldi Lectt. Graecas p. 120. et Geſnerum in Theſ. h. v.

23. ἐμοὶ μὲν οὖν βραχὺ μέλει. Demoſthenes de foed. Alex. (Vol. I. 212. 29. Reisk.) βραχὺ φροντίσας ὑμῶν. Apud Ariſtophanem in Veſpis v. 1402. quaſi proverbiale eſt: ἔπειθ' ὁ Λᾶσος εἶπον· ὀλίγον μοι μέλει. *Bergler.* cf. et infra Ep. 37. in fine.

25. ταῖς πιθήκοις. Sic de vetula Ariſtophanes in Eccleſiaz. v. 1064. πίθηκος ἀνάπλεως ψιμμυθίου. *Simia ceruſſata*, et Therſitem Lycophron vocauit πιθηκόμορφον. v. 1000. *Bergler* locum ex Longo Lib. III. (p. 89. edit. Villoiſ.) βούλεται συγκαθεύδειν πένητι καλῷ μᾶλλον, ἢ πιθήκῳ πλουσίῳ, attulit Abreſch. ad Ariſtaenet. p. 153.

29. προσκυνῶ δὲ τὴν Νέμεσιν. Ita dicebant, cum vellent inuidiam a ſe amoliri. Demoſthenes I. adv. Ariſtogitonem (Vol. I. 781. 8. Reisk.) καὶ Ἀδράστειαν μὲν, ἄνθρωπος ὢν ἔγωγε προσκυνῶ, καὶ ἔχω τοῖς θεοῖς καὶ ἅπασιν ὑμῖν χάριν — τοῖς σώσασιν ἐμέ. Plato de Rep. Lib. V. non longe a principio: προσκυνῶ δὲ τὴν Ἀδράστειαν, χάριν ὧν μέλλω λέγειν. *Bergler.* cf. infra Ep. 37. Doruilium ad Chariton. p. 401. et Cel. Herderum (zerſtreute Blätter B. 2. S. 215. ff.)

## Epistola XXXIV.

### Θαΐς Εὐθηδήμῳ.

Ἐξ οὗ Φιλοσοφεῖν ἐπενόησας, σεμνός τις ἐγένου, καὶ τὰς ὀφρῦς ὑπὲρ τοὺς κροτάφους ἐπῆρας. Εἶτα σχῆμα ἔχων καὶ βιβλίδιον μετὰ χεῖρας εἰς τὴν Ἀκαδημίαν σοβεῖς, τὴν δὲ ἡμετέραν οἰκίαν ὡς οὐδὲ ἰδὼν πρότερον παρέρχῃ. Ἐμάνης, Εὐθύδημε, οὐκ οἶδας, οἷός ἐστιν ὁ σοφιστὴς οὗτος ὁ ἐσκυθρωπακὼς καὶ τοὺς θαυμαστοὺς τούτους διεξιὼν πρὸς ὑμᾶς λόγους. Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν πράγματα, πόσος ἐστὶν οἶει χρόνος, ἐξ οὗ παρέχει βουλόμενος ἐντυχεῖν. Προσφθείρεται δὲ Ἐρπυλλίδι τῇ Μεγάρας ἄβρᾳ. Τότε μὲν οὖν αὐτὸν οὐ προσιέμην, σὲ γὰρ περιβάλλουσα κοιμᾶσθαι μᾶλλον ἐβουλόμην, ἢ τὸ παρὰ πάντων σοφιστῶν χρυσίον. Ἐπεὶ δέ σε ἀποτρέπειν ἔοικε τῆς μεθ' ἡμῶν συνηθείας, ὑποδέξομαι αὐτὸν· καὶ εἰ βούλει, τὸν διδάσκαλον τουτονὶ τὸν μισογύναιον ἐπιδείξω σοι νυκτὸς οὐκ ἀρκούμενον ταῖς συνήθεσιν ἡδοναῖς. Λῆρος ταῦτα εἰσὶ καὶ τύφος καὶ ἐργολάβεια μειρακίων, ὦ ἀνόητε. Οἴει δὲ διαφέρειν ἑταίρας σοφιστήν; τοσοῦτον ἴσως, ὅσον οὐ διὰ τῶν αὐτῶν ἑκάτεροι πείθουσιν· ἐπεὶ ἕν γε ἀμφοτέροις τέλος πρόκειται. τὸ λαβεῖν. Πόσῳ δὲ ἀμείνους ἡμεῖς καὶ εὐσεβέστεραι; Οὐ λέγομεν θεοὺς οὐκ εἶναι, ἀλλὰ πιστεύομεν ὀμνύουσι ταῖς ἐρασταῖς, ὅτι φιλοῦσιν ἡμᾶς. Οὐδ' ἀξιοῦμεν ἀδελφαῖς καὶ μητράσι μίγνυσθαι τοὺς ἄνδρας,

ἀλλ' οὐδὲ γυναιξὶν ἀλλοτρίαις. Εἰ μὴ, ὅτι τὰς νεφέλας ὁπόθεν εἶεν, καὶ τὰς ἀτόμους ὁποῖαι, ἀγνοοῦμεν, διὰ τοῦτο ἥττους δοκοῦμέν σοι τῶν σοφιστῶν. Καὶ αὐτὴ παρὰ τούτοις ἐσχόλακα καὶ πολλοῖς διείλεγμαι. Οὐδεὶς ἑταίραις ὁμιλῶν τυραννίδας ὀνειροπολεῖ καὶ στασιάζει τὰ κοινά· ἀλλὰ σπάσας τὸν ἑωθινὸν καὶ μεθυσθείς, εἰς ὥραν τρίτην ἢ τετάρτην, ἠρεμεῖ. Παιδεύομεν δὲ οὐ χεῖρον ἡμεῖς τοὺς νέους. Ἐπεὶ σύγκρινον, εἰ βούλει, Ἀσπασίαν τὴν ἑταῖραν, καὶ Σωκράτην τὸν σοφιστὴν, καὶ πότερος ἄμεινον αὐτῶν ἐπαίδευσεν ἄνδρας, λόγισαι· τῆς μὲν γὰρ ὄψει μαθητὴν Περικλέα, τοῦ δὲ Κριτίαν. Κατάβαλε τὴν μωρίαν ταύτην καὶ ἀηδίαν, ὁ ἐμὸς ἔρως, Εὐθύδημε, (οὐ πρέπει σκυθρωποῖς εἶναι τοιούτοις ὄμμασι,) καὶ πρὸς τὴν ἐρωμένην ἧκε τὴν ἑαυτοῦ, οἷος ἐπανελθὼν ἀπὸ Λυκείου πολλάκις τὸν ἱδρῶτα ἀποψώμενος· ἵνα μικρὰ κραιπαλήσαντες ἐπιδειξώμεθα ἀλλήλοις τὸ καλὸν τέλος τῆς ἡδονῆς. Καὶ σοὶ νῦν μάλιστά γε φανοῦμαι σοφή. Οὐ μακρὸν δίδωσιν ὁ δαίμων χρόνον τοῦ ζῆν· μὴ λάθῃς τοῦτον εἰς αἰνίγματα καὶ λήρους ἀναλώσας. Ἔρρωσο.

## ADNOTATIO CRITICA.

3. *βιβλίδιον*. Edd. per υ in prima syllaba, et sic invenitur aliquando, itaque nolui mutare. *Bergler*. — Ego vero mutaui, praeeunte Cod. Vind. A.

8. *πόσος ἐστὶν οἶει χρόνος*. Nil mutes, est enim

interrogatiue ſumendum. De interiectis eiusmodi interrogationibus v. Cel. Burgeſium ad Daweſii Miſcell. p. 521. vbi nec Alciphronem neglexit.

11. ἄβρα. De ſpiritu non conſentiunt. Cum aſpero praeſtare, ait Alberti ad Heſychium h. v. et cum eo Illuſtris de Locella ad Xenophontem Epheſ. p. 122. ſ.

11. αὐτὸν οὐ προσιέμην. Vindob. A. non habet αὐτόν.

14. μεθ' ἡμῶν. Idem liber καθ' ἡμᾶς.

17. ἀρκούμενον. Edd. ἀρνούμενον, quo ſtante dicendum fuiſſet ἀρνούμενον τὰς συνήθεις ἡδονάς. Ego ad euitandum ſoloeciſmum non dubitaui leuiorem mutationem admittere, impulſus etiam literis Clariſſ. *la Croze*, vbi ἀρκούμενον legendum eſſe cenſet. Ita autem Lucianus in Amoribus §. 22. (T. V. Bip. p. 281.) ταῖς μετὰ γυναικῶν ὁμιλίαις ἡρκούμεθα ἄν. *Bergler.*

20. ἑταίρας. Operarum vitium erat in Bergleri contexto ἑτέρας, nam in verſione recte.

21. πείθουσιν. Vulgata πείθειν. Poſt ὅσον poni Infinitiuum loco finiti tralatitium eſt. v. Aelian. Var. Hiſt. l, 4. Vigerum p. 127. ed. Zeun. 1777. Reitz ad Lucian. pro lapſu inter ſaltandum T. III. Bipont. p. 595. et ad Hermot. T. IV p. 362. Quum vero in eiusmodi locis ἐστὶ, ἔξεστὶ etc. ſubintelligi, et Accuſatiuus Infinitiuum comitari ſoleat, vti apud ipſum Noſtrum ἀπομνημονεύσαντα εἰπεῖν; equidem non improbo Arnaldi emendationem, qui Lectt. Graec. p. 229. addi ſuadet βούλονται, (quod Berglerus etiam in animo habuit, vertit enim *conantur*) pro quo εἰώθασι etiam ponere queas, optimum tamen iudicaui lectionem Codicis Vind. A. πείθουσιν adoptare.

22. πρόκειται. Hoc iam maluit Berglerus pro πρόσκειται vulgato, quod hic nihili eſt. Secutus eſt Cel. Fiſcherus ad Theophraſtum p. 7. nec aliter habet Cod. Vind. A.

26. ἀδελφαῖς καὶ μητράσι. Καὶ abeſt a Vind. A. male.

28. ἀτόμους ὀποῖαι. Id. Codex ὀπόθεν. Vulgata melior, vel eam ob cauſam, quod ſic variatur oratio, nam paullo ante ὀπόθεν.

29. δοκοῦμέν σοι. Cod. Vind. A. invertit σοὶ δοκοῦμεν.

31. ἑταίραις ὁμιλῶν. Cum hic vulgata scriptura: ὁ δὲ εἰς ἑτέρας ὁμιλῶν, quod interpres vertit: *ille vero aliis se tyrannidibus admiscens*, cum interim aliter etiam possit reddi, multa haberet incommoda, non dubitaui emendatione optima et certissima minimeque coacta illis omnibus mederi. Debetur ea ingenio Viri Clariss. atque eruditissimi *la Croze*, qui vltro alias etiam benique mecum communicauit, quas suis locis commemoro. *Bergler.* Qui idem, quum serius in Meursii Atticas Lectiones VI, 7. incidisset, qui ita verterat: *Ille autem in alterius* (nempe feminae domum) *se conferens, tyrannides in somniis fingit, et nouas res publico concitat*, deinde vero restituerat εἰς ἑταίρας ὁμιλῶν *ad meretrices visitans*,— non multo meliorem hanc Meursii, quam veterem lectionem pronuntiauit ad Lib. III. Ep. 4. — Ceterum Crozii coniecturam firmat Cod. Vind. A. nisi quod singularem habeat ἑταίρᾳ.

33. σπάσας τὸν ἑωθινόν. Potest quidem, ait *Bergerus*, manente τὸν subaudiri οἶνον, vt saepe alias, veluti cum Θάσιον, et similia dicunt. [Sic supra Ep. 20. Χαλυβώνιον. W.] Sed malim scribere ΤΟ, vt τὸ ἑωθινὸν sit, quemadmodum apud Lucianum in Gallo sub initium: (T. VI. Bip. p. 288.) εἴ γε χρὴ τεκμαίρεσθαι — τῷ κρύει μηδέπω με τὸ ὀρθρινὸν ὥσπερ εἴωθεν ἀποκαίοντι, *siquidem coniectandum est ex frigore, nondum me, vt mane adsolet, vexante.* Et in Ioue Tragoedo §. 15. (T. VI. Bip. p. 241.) ἀνῆλθον ἐς τὸ ἄστυ ὡς περιπατήσαιμι τὸ δειλινὸν, *adscendi in vrbem, vt pomeridiano tempore deambularem.* Talia autem supplentur vel per κατὰ τὸ τοῦ καιροῦ, vt in hoc posteriore exemplo fieri potest: [consentit ibi Reitzius in notis p. 528.] vel per nomen verbale, a verbo, ad quod Adiectiuum refertur, deductum, vt in isto Aristophanis in Acharnens circa finem (v. 1199.) φίλησατόν με — τὸ περιπεταστὸν scil. φίλημα, qualia per Aduerbium bene possunt exponi. v. ad

Ep. 36. vbi τὸ καλὸν πεινήσω. Quod si commodum a verbo non potest deduci nomen, sumendum aliquod a Synonymo, vt in priore Luciani loco, cum non detur κναίσμα a κναίω, adsumendum κνίσμα a κνίζω, vel κνῦμα a κνύω, et apud Nostrum a πίνειν, pro quo σπᾶν positum, πόμα vel ποτὸν (nam σπάσμα huc non conuenit) in quo potest etiam subaudiri ποτήριον, [vel κύλικα, vti Gloss. Eichstad.] quatenus poculum poni solet pro vino, *continens pro contento*, vt in isto Aristophanis in Equitibus v. 107. vbi alter alterum potantem sic adhortatur: ἕλχ' ἕλκε τὴν τοῦ δαίμονος τοῦ Πραμνίου scil. κύλικα. Ponitur autem et hic ἕλκειν, quod idem est cum σπᾶν *trahere*, pro πίνειν *bibere*, quemadmodum verbo *educere* vtitur Plautus in Amphitr. Act. I. Sc. I. v. 273. Coniunxit haec duo verba eadem translatione ad potum Euripides in Cyclope v. 416. ἔσπασεν ἄμυστιν ἑλκύσας, *eduxit vno hausiu trahens*. [vbi vide Clar. Hoepfnerum] Et trahere sic accipitur apud Latinos, Horat. Epod. XIV. v. 3. *Pocula — arente fauce traxerim*. Insignis autem temulentiae est *mane bibere*, quam in Tarentinis notans Aelianus V. H. XII. c. 30. dicit: Ταραντίνοις ἐν ἔθει ἦν πίνειν ἐξ ἐωθινοῦ. Haec omnia erudite *Berglerus*. [Inprimis conditum vinum mane haustum fuisse ex Fulu. Vrsino notat Gorius Obseruat. in monum. antiquis p. 59. quod me docuit Io. Steph. Bernardus ad Nonnum T. II. p. 291.] vult.

37. ἄμεινον. Cod. Vind. A. habet ἀμείνους, quod tamen huc non conuenire videtur, nisi pro ἐπαίδευσεν malis legere ἀπέδειξεν.

39. κατάβαλε. Ex Cod. Vind. A. pro καταβάλλε. Illud infra Lib. III. Ep. 56.

41. τοιούτοις ὄμμασι. Bernardus ad Nonnum p. 213. mauult τοιούτους, quod nolim.

42. ἑαυτοῦ. Idem liber σαυτοῦ. Nil opus, nam ἑαυτοῦ pro σεαυτοῦ et ἐμαυτοῦ. v. Ind. — Ib. Gloss. Eichst. ante ἐπανελθὼν inserit εἴωθας, quod necesse non est, si ex praecedenti ἦκε ἀπὸ κοινοῦ sec. personam resumas.

43. Λυκείου. Vſitate hoc per ει, non vt in vulgatis Λυκίου. *Bergler.* Illud firmat etiam Cod. Doruilianus v. ad Chariton. p. 617.

44. ἵνα μικρά. Cod. Vind. A. ἵνα καὶ μικρά, cum contra τὸ γε poſt μάλιστα ignoret.

49. Ἐρῶσσο. In epiſtolis Graecanicis modo adeſt, modo abeſt. Habent h. l. Cod. Vind. A. Doruilianus et Aldina, itaque recepi.

## COMMENTARIVS.

Tit. Εὐθυδήμῳ. Circa haec tempora tres mihi occurrunt Euthydemi: apud Platonem duo, et vnus in Socraticis Epiſtolis in ea, quae eſt XIII. Sed videntur aliquantulum natu maiores iſto. Ille in Socraticis Epiſt. videtur eſſe idem cum eo, de quo Xenophon in Apomnem. Lib. I. c. 2. §. 29. vbi dicit eum amatum fuiſſe a Critia. (it. Lib. IV. c. 2. 3.) *Bergler.*

1. ἐξ οὗ φιλοσοφεῖν ἐπενόησας, σεμνός τις ἐγένου. Ita orditur et Lucianus in Nigrino, vbi ad nouum itidem vt hic philoſophiae candidatum: ὡς σεμνὸς ἡμῖν σφόδρα καὶ μετέωρος ἐπανελήλυθας. οὐ τοίνυν προσβλέπειν ἡμᾶς ἔτι ἀξιοῖς. *Bergler.*

2. καὶ τὰς ὀφρῦς ὑπὲρ τοὺς κροτάφους ἐπῆρας. Lucianus in Amoribus §. 54. (T. V. Bip. p. 319. et ibi Reitzius p. 603.) ὅσοι τὴν φιλοσοφίας ὀφρῦν ὑπὲρ αὐτοὺς τοὺς κροτάφους ὑπερήρκασι. Idem in Dial. Mort. Dial. 10. Charontis, Mercurii et Mort. (T. II Bip. p. 162.) vbi adiuncta Philoſophis propria cuidam detrahunt: βούλει μικρὸν ἀφέλωμαι καὶ τῶν ὀφρύων; deinde alter: μάλιστα. ὑπὲρ γὰρ τὸ μέτωπον ταύτας ἐπῆρκεν. De eodem plura dicit paullo ante (p. 160.) iisdem, quibus Noſter, verbis: ὁ σεμνὸς δὲ οὗτος ἀπό γε τοῦ σχήματος, ὁ τὰς ὀφρῦς ἐπηρκώς. [ad quem locum vide Hemſterhuſium, et ad Ariſtophanis Plutum p. 255.] Sed non tantum *ſupra frontem attollere ſupercilia*, quod vix fieri poteſt, dicunt;

verum etiam *supra verticem*, quod plane impossibile. Alexis apud Athenaeum Lib. VI. p. 224.

Ἐπὰν ἴδω κάτω βλέποντας, τὰς δ' ὀφρῦς
Ἔχοντας ἐπάνω τῆς κορυφῆς ἀποπνίγομαι.

Ibidem paullo ante alio verbo in hac re vsitato vtitur, τοὺς τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακότας dicens, vt Demosthenes de falsa leg. (Vol. I. 442 11. Reisk.) τὰς ὀφρῦς ἀνέσπακε. Aristophanes in Acharn. v. 1068. τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακώς. Aptum etiam ἀνατείνειν. Lucianus in Timone §. 54 (T. I. Bip. p. 122.) ἐκπετάσας γοῦν τὸν πώγωνα, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνατείνας. *Bergler.* De his contrario συσπᾶν τὰς ὀφρῦς vide supra ad Ep. 26.

3. σχῆμα ἔχων. Vide, quam scite cum his conueniant, quae Plutarchus dicit de eiusmodi nouitiis Philosophastris in Lib. de Adul. et Amici discr. [vbi tamen locum istum inuenire non potui] τῶν φιλοσοφεῖν βουλομένων νέων οἱ μάλιστα κενοὶ καὶ βάρος οὐκ ἔχοντες, θράσος ἔχουσι καὶ σχῆμα καὶ βάδισμα, καὶ πρόσωπον ὑπερόψίας καὶ ὀλιγωρίας μεστὸν, ἀφειδούσης ἁπάντων. Saepe Lucianus ridet Philosophos, qui habitu suo peculiari mentiuntur verum philosophum. In Hermotimo §. 18. (T. IV. Bip. p. 23.) dicit ironice: χρὴ ἀπὸ σχημάτων καὶ βαδισμάτων καὶ κουρᾶς διαγιγνώσκειν τοὺς ἀρίστους. Illud autem σχῆμα ἔχειν occurrit et apud Sophoclem in Antigona v. 1168. 69. Πλούτει τε γὰρ κατ' οἶκον, εἰ βούλει, μέγα, καὶ ζῇ τύραννον σχῆμ' ἔχων — *Sint sane diuitiae tibi domi quam voles magnae, et viuas regalem cultum habens.* Et apud Theocritum Idyll. X. v. 35. vbi tamen aliud significatur. Eum locum, quia non recte intelligi video, hic clarius exponam. Battus ibi dicit ad amicam tibicinam in hanc sententiam: *Si mihi Croesi essent diuitiae, duo aurea simulacra dedicarem Veneri, alterum tui, alterum mei, facta in hunc modum: Tu stares, tibias habens, et praeterea aut rosam aut pomum: ego vero gestum saltantis, et nouos in vtroque pede calceos Amyclaeos*, quae posteriora sic efferuntur:

Τὼς αὐλὼς μὲν ἔχοισα, καὶ ἢ ῥόδον ἢ τύγε μᾶλον·
Σχῆμα δ' ἐγὼ, καὶ καινὰς ἐπ' ἀμφοτέροισιν Ἀμύκλας.

Hic ἔχων sumitur ἀπὸ κοινοῦ mutato genere ab ἔχουσα. Casaubonus sic exponit hos versus: *Ac tu quidem tibiam tenens, sertis redimita stares: ego autem non habitu isto hominis rustici et pauperis: sed vel habitu citharoedi cum syrmate, vel vt aliquis procerum palliatus, et eleganter calceatus.* Σχῆμα est vestis exterior, quae induitur, quoties opus εὐσχημονεῖν: *opifices fere nullam gestabant, erantque tunicati, ne ditiores quidem intra aedes aut in remissione. Alciphron in Epistolis.* Haec sane nollem omnia excidisse viro incomparabili. Ea significatione vocis σχῆμα, quam in Theocrito agnosco, et Euripides in Cyclope v. 221. πηδῶντες ἀπολέσαιτ' ἂν ὑπὸ τῶν σχημάτων. *saltantes perderetis me gestibus*, et σχηματίζειν in eadem significatione. Aristophanes in Pace v. 323. Ἀλλ' ἔγωγ' οὐ σχηματίζειν βούλομ', ἀλλ' ὑφ' ἡδονῆς Οὐκ ἐμοῦ κινοῦντος, αὐτὼ τὼ σκέλη χορεύετον. *Atqui ego gestus saltatorios facere nolo: verum prae voluptate, me non mouente, crura ipsa tripudiant*, vbi etiam σχήματα de eadem re versu haec antecedente. *Bergler.*

3. μετὰ χεῖρας. Epictetus apud Stobaeum: ἐν Ῥώμῃ αἱ γυναῖκες μετὰ χεῖρας ἔχουσι τὴν Πλάτωνος πολιτείαν, ὅτι κοινὰς ἀξιοῖ εἶναι τὰς γυναῖκας. Aeschines in Tim. καὶ μάλιστα ἐκ τούτων ἃ νῦν μετὰ χεῖρας ἔχετε. *Bergler.* cf. infra Lib. III. Ep. 40.

4. εἰς τὴν Ἀκαδημίαν σοβεῖς. σοβεῖν de insolenti, fastuoso et concitatiore incessu, cum iactatione quadam corporis. Exempla notauit H. Stephanus in Thesauro. Interdum simpliciter *propero*. Sic ἀποσοβῶ apud Lucianum pro imaginibus §. 29. (T. VI. Bip. p. 54. et ibi Reitzium p. 421.) καὶ ὡς ὁρᾷς ἤδη ἀποσοβῶ παρ αὐτήν. *Bergler.* cf. et Ep. 38. et Lib. III. Ep. 51.

4. τὴν δὲ ἡμετέραν οἰκίαν ὡς οὐδὲ ἰδὼν πρότερον παρέρχῃ. Haec sine mutatione in centones suos adsciuit

Aristaenetus Lib. II. Ep. 16. *Bergler.* — Abreschius in Misc. Obseruatt. nouis Vol. VI. p. 508. παρέρχῃ exponit *negligis*, despicis, quem sequitur Ill. Locella ad Xenoph. Ephes. p. 284. monens, Latinos sic etiam τὸ *praeterire* vsurpare. Audio, propriam tamen significationem h. l. retinere malim.

10. προσφθείρεται δὲ Ἑρπυλλίδι. Bene interpretatur hoc verbum Guil. Budaeus: *cum pernicie accedo*, adducto hoc Alciphronis loco, et alio Chrysostomi: ἐπειδὰν ὁ παῖς τύχῃ προσεφθαρμένος ἑταίρᾳ τινί. [cf. Doruilium in Vanno Critica p. 617. Abreschium in Lectt. Aristaenet. p. 220. et Reitzium ad Luciani Asinum T. VI. p. 503. Hanc vocem hac notione reddidit etiam ex Ms. Nostro supra Ep. 32. Doruilius.] Quandoque est *adoriri aliquem*, *impetum in aliquem facere.* Aristophanes in Eccles. v. 248. ἀτὰρ ἢν Κέφαλός σοι λοιδορῆται προσφθαρείς. *verum si Cephalus irruens conuitietur tibi*, vt non male vertit Tan. Faber. *Bergler.* cf. quae supra ad Ep. 13. de voce φθείρεσθαι adlata sunt.

10. Ἑρπυλλίδι. Herpyllis vocata et ea, quae cum Aristotele fuit, ex qua Nicomachum suscepit. Athenaeus. Laërtius. *Bergler.*

11. ἄβρα. Non quaeuis ancilla, sed interioris admissionis et delicatula, nostris: *Kammerjungfer*, *Zofe.* Nec ignorant poëtae Latini, [saltem antiquiores editiones habent] v. Olearii Obseruationes in Suidam p. 192. et Doruilium ad Chariton. p. 226. W.

14. ἐπεὶ δέ σε ἀποτρέπειν ἔοικε. Vt apud Lucianum in eiusdem cum hac epistola argumenti dialogo, Chelidonii et Drosae 10. (T. VIII. Bip. p. 242.) vbi Philosophus adolescenti inculcat: ἀπρεπὲς εἶναι ἑταίρᾳ συνεῖναι. *Bergl.*

18. λῆρος ταῦτά εἰσι. Aristophanes in Ranis v. 821. λῆρόν τε τἄλλ' ἡγεῖτο. in Lysistrata v. 860. ὅτι λῆρός ἐστι τἄλλα πρὸς Κινησίαν. *Bergler.*

18. καὶ τύφος. Aelianus Var. Histor. Lib. IX. c. 34. Διογένης εἰς Ὄλυμπίαν ἐλθὼν, καὶ θεασάμενος ἐν τῇ πανηγύρει Ῥοδιακούς τινας νεανίσκους πολυτελῶς ἠσθη-

μένους, γελάσας ἔφη, τύφος τοῦτό ἐστι. εἶτα περιτυχὼν Λακεδαιμονίοις ἐν ἐξωμίσι φαύλαις· Ἄλλος εἶπεν οὗτος τύφος. *Bergler.*

18. ἐργολάβεια. Hic ἐργολάβεια vel ἐργολαβία eſt, quando quis operam ſuam venditat, et aliquos venatur, a quibus lucro adficiatur, vt Sophiſtae ſolebant adoleſcentes venari recitatis publice orationibus adcurate ſcriptis: quas recitationes ἐπιδείξεις vocabant, in quibus ſcilicet vim ſuam et facultatem dicendi oſtentabant. Tales orationes vocat Iſocrates λόγους πρὸς ἐπίδειξιν καὶ πρὸς ἐργολαβίαν γεγραμμένους. in Or. ad Philippum. *Bergler.*

19. οἴει δὲ διαφέρειν ἑταίρας σοφιστήν. Videtur omnino reſpicere ad disputationem, quam Glycera habuit cum Stilpone in conuiuio quodam. Eam ex Satyro refert Athenaeus Lib. XIII. p. 584. κατηγορουῦντος ποτὲ Στίλπωνος Γλυκέρας παρὰ πότον ὡς διαφθειρούσης τοὺς νέους· ὑποτυχοῦσα ἡ Γλυκέρα, τὴν αὐτὴν ἔφη ἔχομεν αἰτίαν ᾧ Στίλπων. σέ τε γὰρ λέγουσι διαφθείρειν τοὺς ἐντυγχάνοντάς σοι ἀνωφελῆ καὶ ἐριστικὰ σοφίσματα διδάσκοντα, ἐμέ τε ὡσαύτως. Μηδὲν οὖν διαφέρειν ἐπιτριβομένοις καὶ κακῶς πάσχουσιν, ἢ μετὰ φιλοσόφου ζῆν ἢ ἑταίρας. In hoc loco ſcripſi ἐριστικὰ pro vulgato ἐρωτικὰ, loco cuius Caſaubonus coniicit ἐρωτητικα, quod mihi minus placet quam vulgatum. Noſtrum confirmatur ex Laërtio, qui de eodem Stilpone in eius vita: δεινὸς δὲ ἄγαν ὢν ἐν τοῖς ἐριστικοῖς. Quod ſi tamen vulgatum retinendum ſit, debet accipi, quod Caſaubonum non fugit, de illis disputationibus Philoſophorum, quas de Amore habent, περὶ ἔρωτος, quem σεμνὸν et οὐράνιον vocant, quaſi illae ſint *argutiae*, quibus adoleſcentuli corrumpantur. *Bergler.*

23. οὐ λέγομεν θεοὺς οὐκ εἶναι. Quaſi id Philoſophi, quos hic Sophiſtas vocat, ſoleant facere. Fuerunt quidem aliqui huic crimini adfines. Phyſici praecipue ad eam rem procliues, vt et apud Platonem diſſeritur de Legibus Libro X. ſed nec illi omnes omnino; nam ſi illa ſtudia recte

tractentur, nullum periculum esse, idem Plato ostendit Lib. XII. Atque vtinam hoc tempore, quod talium est satis ferax, omnes tales vellent et possent eum legere, inuenirent, quae fortasse feroces ipsorum animos contunderent. *Bergler.* — Gloss. Eichstad. haec et sequentes νεφέλας Aristophanis Nubes olere recte existimat.

24. πιστεύομεν ὀμνύουσι τοῖς ἐραστοῖς. Scit auctor, se in paradoxo argumento hic versari, itaque data opera tribuit futilia et sophistica argumenta meretriculae. Sunt autem omnia congrua vafro talium ingenio. *Bergler.* Bona verba, quaeso! Argute profecto, et festiue Thais: *Die Herren Philosophen glauben nur immer zu wenig, und wir — leider! zu viel.*

25. οὐδ' ἀξιοῦμεν ἀδελφαῖς καὶ μητράσι μίγνυσθαι τοὺς ἄνδρας. Tangit Politiam Platonis, in qua αἱ γυναῖκες κοιναί. Contingit autem in ea ignorari, quorum quis sit parentum, et quos habeat consanguineos. Itaque et illud pluribus accidere potest, quod Oedipodi in Tragoediis et matri eius. De sororibus quidem et fratribus liquidum est. Conatur quidem ei rei mederi et talibus δυσχερείαις obuiam ire, sed vix satis facit. Qui amat Platonem, sat scio dolebit illa in mentem venisse, siue ipsi, siue Socrati. *Bergler.*

27. οὐδὲ γυναιξὶν ἀλλοτρίαις. Ex inuidia hoc faciunt, non quia matrimoniis consultum volunt, quo fine lupanaria vel permissa vel tolerata. Vnde et Cato apud Horatium Serm. I, 2. 34. 35. *Huc iuuenes aequum est descendere, non alienas permolere uxores. Bergler.*

30. αὐτὴ παρὰ τούτοις ἐσχόλακα. Σχολάζειν παρά τινι, *apud aliquem otium ponere, alicui vacare et operam dare*, de iis, qui philosophorum scholas frequentant. Athenaeus Lib. VIII. p. 354. Σφαῖρον τὸν συσχολάσαντα Χρυσίππῳ παρὰ Κλεάνθει. idem Lib. XIII. p. 593. aliter, sed itidem de meretrice philosophum audiente: Λεοντίου — τῆς μετ' Ἐπικούρου τοῦ φυσικοῦ σχολασάσης. De hac Leontio plura inferius. Nihil autem tunc erat noui

meretrix ſtudiis literarum dedita iisque exculta. Athenaeus Lib. XIII. p. 583. καὶ ἄλλαι δὲ ἑταῖραι μέγα ἐφρόνουν ἐφ' ἑαυταῖς, παιδείας (ita emendo pro παιδείαις) ἀντεχόμεναι, καὶ τοῖς μαθήμασι χρόνον ἀπομερίζουσαι. Sed omnes hac gloria ſuperauit Aſpaſia, de qua mox. *Bergler.*

31. καὶ πολλοῖς διείλεγμαι. Verti etiam poteſt, *cum multis rem habui*, et hanc enim ſignificationem verbi διαλέγεσθαι hic agnoſco. *Bergler.* Quod nollem tibi excidiſſet, mi Berglere. Quamquam enim euphemiſmus iſte me non fugit, hic tamen locum non habet; et profecto, quam de ſe ipſa talia fatentem inducis, Thais neſcio quid tecum egiſſet, διαλέγεσθαι certe tecum, quocumque ſenſu ſumſeris, noluiſſet. Recte interpres *diſſerui*, *disputaui.*

31. οὐδεὶς ἑταίραις ὁμιλῶν. Eſt et hoc argumentum, quo probatur, meretrices Reip. minus nocere quam philoſophos, eiusdem cum antecedentibus commatis, nempe ſophiſticum. Nititur autem probabilitate, quia verum eſt, eos, qui in luſtris pereunt, nullam rem arduam et praeclaram moliri, nec de Rep. ſollicitos eſſe, cum contra philoſophi de Rep. vel maxime disputare ſoleant. Quorum diſcipulum quemdam cum contigerit tyrannidem exercere, id ſolummodo arripit meretricula, Critiam obiiciens, quaſi id philoſophiae vitio factum ſit. Quaſi vero a meretricibus nullum vnquam publice etiam ſit ortum malum. Propter illam ipſam Aſpaſiam, quam pro ſe adducit, et ancillulas eius eumdem quaeſtum facientes, Pericles ille non temere creditur grauiſſimum illud bellum Peloponneſiacum excitaſſe. *Bergler.*

35 ἐπεὶ σύγκρινον. Verbum συγκρίνειν in ſignificatione *comparandi*, vt hic ponitur, improbat Phrynichus, qui etiam Plutarchum ſugillat, qui librum ſuum, cuius epitomen habemus, inſcripſerit σύγκρισιν Ἀριστοφάνους καὶ Μενάνδρου, et Thomas Magiſter illi ſuccinens, negat apud veteres et probatos ſcriptores ſic inueniri συγκρίνειν. Sed non eſt illis auſcultandum. Satis defenditur auctoritate Philemonis, qui ita vſurpat in iſtis: ἐὰν μεγίστην ὁ φίλος ἦν

λέξῃ πόλιν· Σὺ τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα μὴ ἀντισυγκρίνῃς. Ἐχθροὺς ποιοῦσι τοὺς φίλους αἱ συγκρίσεις. *Si amicus maximam esse suam dixerit ciuitatem, tu noli tuam patriam contra comparare: inimicos ex amicis faciunt comparationes.* Alia loca aliorum adduxit Hoeschelius ad Phrynichum. *Bergler.* Est iterum apud Nostrum Lib. II. Ep. 1. et σύγκρισις infra Ep. 39. Atticos tamen eum vsum fastidiuisse certum videtur Lennepio ad Phalaridem. p. 5.

35. σύγκρινον, εἰ βούλει Ἀσπασίαν etc. Perquam similiter Plutarchus in Or. I. de Alexandro M. vbi hunc dicit factis et dictis se philosophum probasse, tantoque meliorem, quod barbaras licet nationes sibi obsequentes et mansuetiores reddiderit; cum interim Socrates et Plato inter Graecos et humaniores id adsequi non potuerint, vt discipulos morigeros haberent, inter alia dicit: καὶ πρῶτον — εἰ βούλει, σκόπει, τοὺς Ἀλεξάνδρου μαθητὰς τοῖς Πλάτωνος καὶ Σωκράτους ἀντιπαραβάλλων. Εὐφυεῖς οὗτοι καὶ ὁμογλώσσους ἐπαίδευον — καὶ πολλοὺς οὐκ ἔπεισαν· ἀλλὰ Κριτίαι καὶ Ἀλκιβιάδαι καὶ Κλειτοφῶντες, ὥσπερ χαλινὸν τὸν λόγον ἐκπτύσαντες, ἄλλῃ που παρετράπησαν· τὴν δὲ Ἀλεξάνδρου παιδείαν ἂν ἐπιβλέπῃς. etc. Recte autem Plutarchus culpam non tribuit Socrati, nec Platoni, sed discipulis, qui disciplinam veluti equi feri frenum excussserint, de qua re mox, vbi de Critia. Similiter autem et apud Aristophanem in Ranis, vbi Aeschylus et Euripides inter se certant, iudicium de praeceptoribus capitur ex discipulis. Euripides, qui malos efficiebat suos discipulos, tamen, quasi praeclaros reddidisset, dicit ad iudicem v. 995. γνώσει δὲ τοὺς τούτου τε κἀμοῦ γ' ἑκατέρου μαθητάς. Τούτου μὲν οὖν Φορμίσιος, Μεγαινέτης θ' ὁ μάννης. Οἱ ἐμοὶ δὲ, Κλειτοφῶν τε καὶ Θηραμένης ὁ κομψός. *Cognoscetes autem huius atque meos vtriusque nostrum discipulos. Huius igitur est Phormisius* etc. *Bergler.*

36. Σωκράτην τὸν σοφιστήν. Sophistam vocat Socratem per contemtum. Ita Aeschines in Timarchum de

eodem discipulatu Critiae apud Socratem loquens: ἔπειθ' ὑμεῖς, ὦ Ἀθηναῖοι, Σωκράτην μὲν τὸν σοφιστὴν ἀπεκτείνατε, ὅτι Κριτίαν ἐφάνη πεπαιδευκὼς ἕνα τῶν τριάκοντα τῶν τὸν δῆμον καταλυσάντων. *Bergler.*

38. τῆς μὲν γὰρ ὄψει μαθητὴν Περικλέα. In Rhetoricis duntaxat magistra vsus est Aspasia Pericles. Plato in Menexeno siue Epitaphio sub initium, vbi Socrates se etiam ea vsum magistra dicit, quamuis hoc non satis serio: καὶ ἐμοὶ μέν γε — οὐδὲν θαυμαστὸν οἵῳ τ' εἶναι εἰπεῖν, ᾧ τυγχάνει διδάσκαλος οὖσα, οὐ πάνυ φαύλη περὶ ῥητορικῆς, ἀλλ' ἥπερ καὶ ἄλλους πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἐποίησε ῥήτορας, ἕνα δὲ καὶ διαφέροντα τῶν Ἑλλήνων Περικλέα τὸν Ξανθίππου. Deinde alter: τίς αὕτη; ἢ δῆλον ὅτι Ἀσπασίαν λέγεις; Socrates: λέγω γάρ. — Vbi etiam dicit orationem illam funebrem, quam Pericles apud Thucydidem Lib. II. recitat, ab Aspasia compositam fuisse. Hinc alii sua hauriunt de Aspasia Periclem docente, vt Plutarchus in Pericle, et Clemens Alex. Strom. IV. p. 215. quorum tamen posterior memoria lapsus videtur, dum scribit: Ἀσπασίας γὰρ τῆς Μιλησίας — Σωκράτης μὲν ἀπέλαυσεν εἰς φιλοσοφίαν, Περικλῆς δὲ εἰς ῥητορικήν. Nempe videtur hunc locum Platonis confundere cum illo in Symposio, vbi Socrates Diotimam magistram agnoscit, quae ipsum docuerit τὰ ἐρωτικά, de quibus multa tunc philosophi. Philostratus etiam Ep. 12. scribit: λέγεται δὲ καὶ Ἀσπασία ἡ Μιλησία τὴν τοῦ Περικλέους γλῶτταν κατὰ Γοργίαν θῆξαι. (exacuisse) *Bergler.* De Aspasia vero dicere, quid esset aliud, quam Iliada post Homerum Nostrum. cf. tamen etiam Bailium Diction. hist. sub Pericle not. O. et P.

39. τοῦ δὲ, Κριτίαν. Hoc in accusatione Socratis ab aduersario obiectum fuerat. Xenophon. in Apomnem. Lib. I. c. 2. vbi plura ad defensionem Socratis, quam in ipsa pro eo Apologia ἀλλ' ἔφη γε ὁ κατήγορος, Σωκράτει καὶ ὁμιλητὰ γενομένω Κριτίας τε καὶ Ἀλκιβιάδης πλεῖστα κακὰ τὴν πόλιν ἐποιησάτην. Quam obiectionem so-

lidissimis argumentis diluit, et ab omni culpa Socratem liberat. Totum locum legisse ibi non poenitebit. *Bergler.*

41. οὐ πρέπει σκυθρωποῖς εἶναι. etc. Aristaenetus Lib. I. Ep. 17. μὴ σκυθρώπαζε, καλή γε οὖσα· μηδὲ τὰς ὀφρῦς ἄναγε. εἰ γὰρ φοβερὰ γένοιο, ἧττον ἔσῃ καλή. Aristophanes in Lysistrata v. 7. μὴ σκυθρώπαζ' ὦ τέκνον· οὐ γὰρ πρέπει τοξοποιεῖν σοι τὰς ὀφρῦς, *non enim decet te arcuare supercilia. Bergler.*

43. τὸν ἱδρῶτα ἀποψώμενος. Sudorem, quem palaestra elicuit. Lucianus in Amoribus §. 45. (T. V. Bip. p. 308.) εἶθ' αἱ λιπαραὶ παλαῖστραι — οἵ τε τῶν ἐναγωνίων πόνων ἀλοσταλάζοντες ἱδρῶτες. Totum autem, quod Noster dicit, Aristophanes in Acharn. v. 697. sic: θερμὸν ἀπομορξάμενον ἀνδρικὸν ἱδρῶτα, *eum qui calidum absterfit et virilem sudorem. Bergler.*

41. τὸ καλὸν τέλος τῆς ἡδονῆς. Adludit ad Epicuri finem bonorum, qui suum faciebat illud Homericum: Οὐ γὰρ ἔγωγέ τι φημὶ τέλος χαριέστερον εἶναι. *Bergler.* Clar. Kuenoelius ad Cydonium p. 138. exponit τέλος per *fructum, commodum.* Nonne vero fortasse in animo habuit, quod Francogallis est *la derniere faveur?* Et hic modestiam verborum secuta est Thais, vti scite postea sese adpellat σοφήν? Vos philosophi nomen vobis adrogatis τῶν σοφῶν, at vero et ego σοφὴ, quamquam in alio genere.

## Epistola XXXV.

### Σιμαλίων Πεταλῇ.

Εἰ μὲν ἡδονὴν σοί τινα φέρειν ἡ φιλοτιμίαν πρός τινας τῶν διαλεγομένων οἴει, τὸ πολλάκις ἡμᾶς ἐπὶ τὰς θύρας φοιτᾶν, καὶ τοῖς πεμπομένοις πρὸς τοὺς εὐτυχεστέρους ἡμῶν θεραπαινιδίοις ἀποδύρεσθαι, οὐκ ἀλόγως ἡμῖν ἐντρυφᾷς. Ἴσθι μέντοι, (καί τοι ποιῶν οἶδα πρᾶγμα ἀσύμφορον ἐμαυτῷ,) οὕτω με διακείμενον ὡς ὀλίγοι τῶν ἐντυγχανόντων σοι νῦν ἀμεληθέντες ἂν διατεθεῖεν. Καί τοι γε ᾠμην τὸν ἄκρατον ἔσεσθαί μοι παρηγόρημα, ὃν παρ' Εὐφρονίῳ τρίτην ἑσπέραν πολύν τινα ἐνεφορησάμην, ὡς δὴ τὰς παρὰ τὴν νύκτα φροντίδας διωσόμενος· τὸ δὲ ἄρα ἐναντίως ἔσχεν. Ἀνερρίπισε γάρ μου τὴν ἐπιθυμίαν, ὥστε κλαίοντά με καὶ βρυχώμενον, ἐλεεῖσθαι μὲν παρὰ τοῖς ἐπιεικεστέροις, γέλωτα δὲ τοῖς ἄλλοις παρέχειν. Μικρὰ δὲ ἔπεστί μοι παραψυχὴ καὶ μαινόμενον ἤδη παραμύθιον, ὅ μοι ὑπὸ τὴν λυπρὰν τῷ συμποσίῳ μέμψιν προσέρριψας ἀπ' αὐτῶν περισπάσασα τῶν πλοκάμων· ὡς δὴ πᾶσι τοῖς ὑφ' ἡμῶν πεμφθεῖσιν ἀχθομένη. Εἰ δή σοι ταῦτα ἡδονὴν φέρει, ἀπόλαυε τῆς ἡμετέρας μερίμνης· κἂν ᾖ σοι φίλον, διηγοῦ τοῖς νῦν μὲν μακαριωτέροις ἡμῶν, οὐκ εἰς μακρὰν δὲ, ἂν ὥσπερ ἡμεῖς ἔχωσιν, ἀνιασομένοις. Εὔχου μέν τοι μηδέν σοι νεμεσῆσαι ταύτης τῆς ὑπεροψίας τὴν Ἀφροδίτην. Ἕτερος ἂν λοιδορούμενος ἔγραφε καὶ ἀπειλῶν·

ἀλλ' ἐγὼ δεόμενος καὶ ἀντιβολῶν, ἐρῶ γὰρ, ὦ Πετάλη, κακῶς. Φοβοῦμαι δὲ μὴ κάκιον ἔχων μιμήσομαί τινα τῶν περὶ τὰς ἐρωτικὰς μέμψεις ἀτυχεστέρων. 30

## ADNOTATIO CRITICA.

Tid. Πετάλη. Editt. hic Πεπάλη, inferius bis Πετάλη, quod rectum puto. Ita apud Ariſtaenetum Lib. I. Ep. 25. quae inſcribitur Φιλαινὶς Πετάλῃ. *Bergler.* — Πέταλα, teſte Heſychio, omnino ſunt ὀνόματα θήλεια, ſeu nomina feminarum et amicarum, vt clare patet ex Alciphrone Ep. 35. et 36. et Ariſtaenet. l. l. vt Athenaeum aliosque taceam. Sic *Trillerus* Emendatt. Heſych. p. 33.

1. πρός τινας τῶν διαλεγομένων οἶει. Cod. Vindob. A. primum locum dat voculae οἶει, ſic: οἶει πρός τινας κ. τ. λ.

4. τοὺς εὐτυχεστέρους. Idem liber τὰς εὐτυχεστέρας. male tamen.

9. παρηγόρημα. Sic legendum pro vulgato κατηγόρημα coniecerat iam ſua aetate *Berglerus*. Nil mutant Codices, nil Criticorum, quos legere licuit, libelli. Quum vero κατηγόρημα idoneum ſenſum h. l. non det, etiamſi ironice velis accipere, παρηγόρημα, quod in verſionem Berglerus, ego in textum recepi. Paullo poſt in hac epiſtola παραψυχὴ et παραμύθιον eodem ſenſu occurrunt.

10. πολύν τινα ἐνεφορησάμην. Vulgata πολλὴν τινα ἐφορησάμην. Hic iterum Berglerus profecto timidior iuſto videt meliora probatque in notis, deteriora ſequitur in contexto. Primum, inquit, ſine dubio legendum πολὺν pro πολλὴν, vt ad ἄκρατον referatur, [quod cuique attentius legenti in oculos incurrit] non ad ἑσπέραν, deinde pro ἐφορησάμην potius ἐνεφορησάμην, vt videatur ἐν omiſſum propter ſimilitudinem antecedentis

tis - IN. Vsitatum quidem ἐμφορεῖσθαι cum Genitiuo, vt ἐμφορεῖσθαι ἀκράτου, sed hoc de passiua voce accipiendum est; in media autem voce recte cum Accusatiuo construetur. Adducit Phavorinus ex Libanio: [Ep. 1230.] οἱ δὲ τὸν ἄκρατον ἐμφοροῦντο, vbi sic pro ἐνεφοροῦντο vel ἐμφοροῦνται.

Hanc igitur felicissimam vtriusque vocabuli emendationem comprobant Codices, et Vind. A. et Doruillianus v. ad Chariton. p. 582. Lipsi. Vide etiam *Lennepium* ad Phalaridem p. 27. vbi non solum scriptores adducit, qui verbo ἐμφορεῖσθαι vsi sint, Heliodor. Aethiop. 2. p. 124. Diodor. Sic. XVI. p. 149. l. 23. Parthen. Amator. c. 9. p. 363. πολὺν ἄκρατον εἰσφοροῦνται, vbi haud dubie scriptum erat ἐμφοροῦνται. [quibus adde Dionem Cassium LI, 24. ἐμφορεῖται οἴνου, et saepe alibi, v. Reimari Ind. Lucian. Dial. Deor. 18. T. II. Bip. p. 53. ἐμφορεῖσθαι ἀκράτου, et ipsum Nostrum supra Ep. 1. voce vlt.] sed etiam animaduertisse sibi visus est, iisthoc verbum, si *absolute* ponatur, casum secundum, *addito nomine quantitatis* quartum adsumere.

12. τὸ δὲ ἄρα. Eamdem Graecitatis peritiam, ingeniique felicitatem probauit *Berglerus*, qui pro vulgato: τότε δ' ἄρα mauult, quod recepimus, firmante optimae notae Codice Vind. A. Ita enim solent, pergit Berglerus, τὸ δ' ἐστὶν ἄλλως ἔχον, item: τὸ δ' οὐκ ἔστιν ἀναγκαῖον. Articulus in talibus loco pronominis τοῦτο.

15. τοῖς ἄλλοις παρέχειν. Cod. Vind. A. παρέχειν παρὰ τοῖς ἄλλοις, quod non placet. Vulgatum tuetur Ep. 37. Θεττάλῃ γέλωτα παρέξομεν.

16. καὶ ante μαραινόμενον deest in eodem Codice.

17. ὅ μοι. Idem liber ὅτε με, cuius tamen lectionis nihil in vsum Alciphronis convertere scio.

17. τῷ συμποσίῳ. Forte ἐν τῷ συμπ. vt hic etiam propter similitudinem antecedentis - AN exciderit EN. Sic *Berglerus*. — Bernardus ad Nonnum ablegat tamen ad Hemsterhus. Lucian. Dial. Mort. p. 21. addit etiam locum ex Aeliani Ep. VII. καὶ

ταῦτα ἀνδρὶ (ἐν) γεωργίᾳ ζῶντι, Latini etiam τὸ in ſaepe omittere ſolent. Facilius ſine dubio, quod exhibet Cod. Vind. A. τῶν συμποσίων.

19. ὡς δὴ πᾶσι. Mallem ὡς μὴ πᾶσι. *Bergler.* — Fortaſſe vtrumque retinere poſſis ὡς δὴ μή.

24. Εὔχου μέν τοι etc. Locum imitatus eſſe videtur Ariſtaenetus Lib. II. Ep. 9. τοιγαροῦν ἱκετεύων — ἀδικούμενος, quod animaduertit Abreſchius Lection. Ariſtaenet. p. 252. qui, quamquam apud Noſtrum pro εὔχου μέν τοι haud deterius legi poſſe exiſtimat εὔχομαι μέν τοι, tamen, quia edita ſenſum itidem fundant commodum, nil mutat.

23. ταύτης τῆς ὑπεροψίας. Articulum omittit Cod. Vind. A. quod nollem factum.

## COMMENTARIVS.

2. τῶν διαλεγομένων. Contra interpretem, qui verterat *confabulantium*, iterum disputat Berglerus ſic: potius *eorum, qui rem tecum habent et conſuetudinem Veneream.* Iulius Pollux Lib. V. c. 15. vbi verba in hac re vſitata collegit: ἐπὶ δὲ τούτων (τῶν ἀνθρώπων) ἐρεῖς ὁμιλῆσαι, μιχθῆναι, διαλεχθῆναι, ἐντυχεῖν, πλησιάσαι etc. quem locum et Kueſterus rectiſſime obſeruauit ad Ariſtophanis Plutum v. 1083. ita et Ep. ſequente. — Nec hic admodum refragari velim. W.

12. ἐναντίως ἔσχεν. Non mirum, contrarium ei euenisſe, quia *oleum camino addidit*, et πῦρ ἐπὶ πῦρ, vt Plato ait de pueris a vini vſu arcendis loquens. Sed ſunt tales, qualis hic eſt, procliues ad temulentiam, et temulenti ad amorem. Heliodorus Lib. III. p. 193. πρὸς μέθην ὁ ἐρῶν, καὶ πρὸς τὸ ἐρᾶν ὁ μεθύων ἐπίφορος, vbi Bourdelotius congeſſit loca ad eam rem. *Bergler.*

16. παραψυχή. Heſychius: παραψυχή. παραμυθία.

18. προσέρριψας ἀπ' αὐτῶν περισπάσασα τῶν

πλοκάμων. Haec ſubobſcura videntur, ſed ſatis, vt puto, illuſtrabuntur Epigrammate, quod ſubiiciam Pauli Silentiarii ex Anthol. Lib. VII. (Iacobs T. IV. p. 48.) eſt autem perquam elegans:

Χρυσῆς ΕΙΡΥΣΣΑΣΑ μίαν ΤΡΙΧΑ Δωρὶς ΕΘΕΙΡΗΣ
Οἷα δορυκτήτους δῆσεν ἐμὰς παλάμας.
Αὐτὰρ ἐγὼ τὸ πρὶν μὲν ἐκάγχασα, δεσμὰ τινάξαι
Δωρίδος ἱμερτῆς εὐμαρὲς οἰόμενος.
Ὡς δὲ διαῤῥῆξαι σθένος οὐκ ἔχον, ἔστενον ἤδη,
Οἷά τε χαλκείῃ σφιγκτὸς ἀλυκτοπέδῃ.
Καὶ νῦν ὁ τρισάποτμος ΑΠΟ ΤΡΙΧΟΣ ΗΕΡΤΗΜΑΙ,
Δεσπότις ἔν θ' ἑρύσῃ πυκνὰ μεθελκόμενος.

*Ab aurea caeſarie detrahens vnum pilum Doris, veluti captiuas ligauit meas palmas. Aſt ego prius quidem ridebam, vincula excutere Doridis amabilis facile eſſe putans. Cum autem rumpere robur eorum non poſſem, iam ingemiſcebam, tamquam aerea vinctus ineluctabili compede. Et nunc ego infeliciſſimus e pilo pendeo, domina quo trahit plerumque tractim ſequens.* Quemadmodum hic, vt Brodaeus etiam vidit, ad prouerbium ἐκ τριχὸς κρέμαται, *e filo pendet*, reſpicitur, quod Zenobius, Diogenianus et Suidas exponunt, ἐπὶ τῶν σφόδρα κινδυνευόντων: (cum interim aliud quid etiam dicatur, nempe vt Horatius itidem de eo, qui mulierum amore captus eſt — *ſeruis miſer, atque Duceris vt neruis alienis mobile lignum.* Sat. Lib. II. 7, 82.) ſic apud Noſtrum eodem fine dubio reſpicitur, ſimul autem *ſpes tenuis*, nempe inſtar pili, denotatur, de qua prouerbialiter ἐπὶ λεπτῆς ἐλπίδος ὀχεῖσθαι, de quo nonnihil dico ad Ariſtophanis Equites v. 1241. quae videri poſſunt, vbi prodierint. [laudantur ibi Athenaeus Lib. XII. p. 551. qui alium Ariſtophanis locum adfert, et Euripides in Oreſte v. 68.] Hanc tenuem ſpem Noſter vocat μικρὰν παραψυχὴν καὶ μαραινόμενον παραμύθιον. Haec ſic ſatis certa puto: ſequentia haeſitabundus ſum dicturus. Videtur Petale Simalionem in conuiuio illo ſaltem tralatitie et

perfunctorie salutasse; vnde adolescenti solatiolum illud ortum, Οἴμοι, πρὸς αὐτῷ γ' εἰμὶ τῷ δεινῷ λέγειν. Videtur salutantium gestus quidam fuisse, comam sibi ipsis mulcere, qui scilicet promissiorem haberent: quemadmodum hodienum Turcae quandoque et Iudaei barbam, vt Ianus apud Ouidium Fast. I. v. 259. *Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam.* De coma idem probari potest ex loco quodam Luciani in Rhetorum praeceptore. Sed ille locus corruptus est. Proferam eum, vt in Ms. se inuenisse testatur Io. Ge. Graevius. Sermo est de primo aditu Candidati Rhetorices ad Magistrum, et quo adfatu atque amplexu is excipiendus sit: Φραίη ἂν τοιγαροῦν πρός σε ὧδέ πως, ἐπισπασάμενος ὁπόσον ἔτι λοιπὸν τῆς κόμης, καὶ ὑπομειδιάσας τὸ γλαφυρὸν ἐκεῖνο, οἷον εἴωθεν etc. *Compellabit igitur te ad hunc fere modum, demulcens sibi quantum adhuc reliquum est comae, et delicate subridens, vt solet* etc. Hic verbum σπᾷν quaecumque ei praepositio adiuncta fuerit, non alienum puto, et rectissime vertisse, quicumque primum vertit per *demulcere* (licet male sit editum ἀσπασάμενος) quandoquidem id *tractim* fieri solet; in eo erratum, quod *tibi* positum pro *sibi*, quod in notis etiam animaduersum. Ceterum ἐκ τριχὸς κρέμαται, de eo, qui perdite amat, vsurpauit Aristaenetus Lib. I. Ep. 1. p. 70. οὗτος δὲ ἐρᾷ σου — καὶ τῷ σῷ φθείρεται γλυκυτάτῳ πυρί. καὶ τεθνήξεται θᾶττον ἐκ τριχὸς κρεμάμενος καὶ σκιᾶς γεγονώς· εἰ μὴ τὴν — θεραπείαν ἐπινεύσεις τῷ μειρακίῳ. *Ille autem amat te, tuaque dulcissima flamma perit, et iamiam morietur e pilo pendens, et vmbrae imago factus, nisi medicinam adnuas adolescentulo.* Quo in loco ante θεραπείαν, vbi editiones habent vocem παροῦσαν, mallem in Nominatiuo, et transposito articulo: εἰ μὴ παροῦσα τὴν θεραπείαν etc. non autem est necesse, vt de accessu id intelligatur. *Bergler.*

Haec tam copiose a Berglero disputata plausum tamen eruditorum non tulerunt. Et primo quidem, vt ab vltimis incipiam, haud necessariam istam Aristaeneti emendationem

pronuntiauit Abreſchius in Lection. Ariſtaenet. p. 179. — Deinde vero, quae ſuperius de geſtu illo ſalutantium adlata ſunt, in Animaduerſ. crit. miſcellis Cel. Herelius recte nimis coacta eſſe exiſtimat, addita hac nota cenſoria: *Scilicet, dum nimis acuti videri volumus, et abditos ſcriptorum ſenſus primi feliciter eruiſſe, quae vltro quaſi nobis ſe offerebat, veritatem, varias ſectando ambages, male negligimus. Namque vt taceam, geſtum hunc ſalutantium apud Graecos vix alius cuiusdam teſtimonio, neque adeo verbis Luciani laudatis idonee probari poſſe, Alciphronem, ſi hoc voluiſſet intelligi, ambigue praeter morem, et contorte ſcripſiſſe; quomodo, quaeſo, Simalion ſanus inde colligeret, non omnia, quae miſerit, Petalae ſordere ſua munera? Quidnam eſt probabilius, quam per μαραινόμενον παραμύθιον intelligi florem, quem Petala decerptum e corolla (hanc enim comeſſabunda geſtabat more ſolemni veterum) in amatorem miſellum παρ' Εὐφρονίῳ τρίτην ἑσπέραν, vt paullo ante narrat, iaculata eſt, quemque adeo recte Noſter iam exaruiſſe refert? Quidni etiam iactus iſte, anxii adoleſcentis ex mente, donis placatam puellam argueret? Corollas quippe mittere illum conſueviſſe, Petalae reſponſione Ep. 36. docemur, στεφάνιά μοι, καὶ ῥόδα, ὥσπερ ἀώρῳ τάφῳ πέμπει. Sic puto turbae a Berglero temere excitatae pulueris exigui iactu quieſcunt.* — Idem ſentit Gloſſ. Eichſt.

20. εἰ δή σοι ταῦτα ἡδονὴν φέρει. Nempe quod illa quibusdam narrare ſolet, hunc excluſum licet, ad oſtium tamen accedere, et lamentari, vt initio. Epanalepſis initii. *Bergler.*

23. οὐκ εἰς μακράν. Ariſtophanes in Veſpis v. 452. τούτων δώσετον καλὴν δίκην οὐκέτ' ἐς μακράν. quod Heliodorus Lib. V. p. 303. ſic: τούτων ὑφέξεις, οὐκ εἰς μακρὰν, δίκην. *Bergler.*

## Epistola XXXVI.

### Πετάλη Σιμαλίωνι.

Ἠβουλόμην μὲν ὑπὸ δακρύων ἑταίρας τρέφεσθαι οἰκίαν. Λαμπρῶς γὰρ ἂν ἔπραττον ἀφθόνων τούτων ἀπολαύουσα παρὰ σοῦ· νῦν δὲ δεῖ χρυσίου ἡμῖν, ἱματίων, κόσμου, θεραπαινίδων. Ἡ τοῦ βίου διοίκησις ἅπασα ἐντεῦθεν. Οὐκ ἔστιν ἐν Μυρρινοῦντι πατρῷον ἐμοὶ κτημάτιον, οὐδ' ἐν τοῖς ἀργυρίοις ἐμοὶ μέταλλον, ἀλλὰ μισθωμάτια καὶ αἱ δυστυχεῖς αὗται καὶ κατεστεναγμέναι τῶν ἀνοήτων ἐραστῶν χάριτες. Σοὶ δὲ ἐνιαυτὸν ἐντυγχάνουσα ἀδημονῶ, καὶ αὐχμηρὰν μὲν ἔχω τὴν κεφαλήν, μηδὲ ἰδὼν τὸν χρόνον τοῦτον μύρον· τὰ δὲ ἀρχαῖα καὶ τρύχινα περιβαλλομένη Ταραντινίδια αἰσχύνομαι τὰς Φίλας. Οὕτως ἀγαθόν τι μοι γένοιτο. Εἶτα οἴει μέ σοι παρακαθημένην ποθὲν ζήσειν; Ἀλλὰ δακρύεις; πεπαύσῃ μετὰ μικρόν. Ἐγὼ δὲ ἂν μή τις ὁ διδοὺς ᾖ, πεινήσω τὸ καλόν. Θαυμάζω δέ σου καὶ τὰ δάκρυα ὡς ἔστιν ἀπίθανα. Δέσποινα Ἀφροδίτη, Φιλεῖς, ἄνθρωπε. Φιλεῖς, καὶ βούλει σοι τὴν ἐρωμένην διαλέγεσθαι, ζῆν γὰρ χωρὶς ἐκείνης μὴ δύνασθαι. Τί οὖν; οὐ ποτήρια ἐστὶν ἐπὶ τῆς οἰκίας ὑμῖν, μὴ χρυσία τῆς μητρὸς, μὴ δάνεια τοῦ πατρὸς κομιουμένοις; Μακαρία Φιλότης, εὐμενεστέροις ὄμμασιν εἶδον ἐκείνην αἱ Χάριτες, οἷον ἐραστὴν ἔχει Μενεκλείδην, ὃς καθ' ἡμέραν δίδωσί τι· ἄμεινον γὰρ ἢ κλάειν. Ἐγὼ δὲ ἡ τάλαι-

να θρηνῳδὸν οὐκ ἐραστὴν ἔχω, στεφάνιά μοι καὶ ῥόδα ὥςπερ ἀώρῳ τάφῳ πέμπει, καὶ κλαίειν δι' ὅλης φησὶ τῆς νυκτός. Ἐὰν φέρῃς τι, ἥκε ȝομὴ κλαίων, εἰ δὲ μὴ, σεαυτὸν οὐχ ἡμᾶς ἀνιάσεις.

## ADNOTATIO CRITICA.

1. ἠβουλόμην μὲν ὑπὸ δακρύων ἑταίρας τρέφεσθαι οἰκίαν. Cod. Vind. A. ἐβουλόμην, ſequentibus ita collocatis: οἰκίαν ἑταίρας τρέφεσθαι.

3. χρυσίου. Idem liber χρυσίων, quod fere melius putauerim, quod Pluralem amant meretriculae in munuſculis, nec aliter eſt paullo poſt in hac epiſtola.

4. θεραπαινίδων. Cod. Vind. A. habet θεραπαινιδίων, reſtituique etiam iubet, ex mera tamen coniectura Doruilius ad Charitonem p. 542. Eſt quidem θεραπαινίδιον Ep. praec. 35. ſed θεραπαινὶς quater, θεράπαινα bis apud Noſtrum v. Ind.

7. ἀργυρίοις. Sic ſine diphthongo, vt et editt. hic habent, ſaepiſſime inueni. Ita ſemper apud Xenophontem de reditibus Athenienſium, vbi multa de argentifodinis Atticis. *Bergler.* cf. tamen Zeunium ad Xenoph. opuſcula politica etc. de Vectigalibus c. 4 §. 1.

11. τὸν χρόνον τοῦτον. Elegantius hic τοῦ χρόνου τούτου. Sic Doruilius ad Chariton. p. 465. ex coniectura, vti videtur.

12. ἀρχαῖα. Gloſſ. Eichſtad. ἀραιὰ, *pellucida*, quod locum haberet, ſi vulgatam τρίχινα retinere velles, de quo nunc videbimus.

12. τρύχινα. Vulgata, vt modi dixi, τρίχινα. Non poterat concoquere Arnaldus Miſc Obſeruatt. T. V. p. 56. τρίχινα Ταραντινίδια. Hactenus bene: nam Tarentinae illae veſtes e molliſſima lana erant confectae, et pellucidae; et quod deinde locum deprauatum ſic fortaſſe integritati reſtituendum putaret: τὰ δὲ ἀρχαῖα καὶ τρίχινα ſc. ἱμάτια ΠΑΡΑβαλλομέ-

νη Ταραντινιδιοις αἰσχύνομαι τὰς φίλας, hoc ſenſu: *has antiquas et detonſas* [ſed tales τριχιναι non ſunt] *veſtes comparans Tarentinis pudet me* [in coetu] *amicarum;* nec hoc infeliciter excogitatum. Longe tamen felicius expediunt locum Codices, nam primo quidem Cod. Vindob. A. pro τρίχινα habet τρύχινα, quod vnice verum eſt, (*abgetragen, verſchoſſen*) de quarum vocum permutatione vide Valkenarium ad Euripidis Phoeniſſas v. 328. p. 114. deinde, quod Berglerus iam, vti ex verſione patet, coniecerat, περιβαλλομένη pro προβ. confirmatur Cod. Doruilliano v. ad Charit. p. 465. Sic ſana omnia. Ceterum de Tarentinis veſtibus v. Commentarium.

19. φιλεῖς, ἄνθρωπε, φιλεῖς. Vulgata ſecundo loco φῄς, (dicis) quod, quamquam defendi poſſit, ſi ponas ὡς φῄς, vt eſt Ep. 37. languet tamen h. l. Rectius, quod dedimus ex Cod. Vind. A. nam amant in epiſtolis repetitiones verborum, et ſaepe ita Noſter.

22. ὑμῖν — κομιουμένοις. Cod. Vind. A. ἡμῖν, quod et ipſum non abſurdum ſit, et Arnaldo etiam Miſc. Obſ. T. V. p. 56. in mentem venit, qui, quum Berglerus verbum aliquod deeſſe ſuſpicatus eſſet, omnia recte ſe habitura arbitratus eſt, ſi ita conſtitueret: τί οὖν οὐ ποτήρια ΗΛΘΕΣ ΑΠΟ τῆς οἰκίας ἡμῖν, μὴ χρυσία κ. τ. λ. Sed hoc eſt vim inferre. Mihi quidem etiam locus non omnino ſanus videbatur, cui tamen integritas omnis vna literula addita reſtitui poſſe exiſtimaui, ſi mecum loco vulgati κομιούμενος legas κομιουμένοις, ita vt referatur ad ὑμῖν, quod igitur noli tangere. *Nonne habes domi pocula, aurea monilia matris, ſyngraphas patris, quae tu, (ſeruique, qui filius herilibus hanc talem operam tam promte ſolent praeſtare) adferatis?* — Ceterum, quae ad χρυσία, tamquam rarius vocabulum (frequentius enim eſſe χρυσεῖα, adeoque apud ipſum Noſtrum Lib. II. Ep. 2. occurrere) adnotauit Arnaldus l. l. laudaſſe ſat eſt, nam in his ſibi non conſtant librarii. Ipſe Cod. Vind A. h. l. habet χρυσεία,

ſupra tamen ſine E. cf. Toupium ad Longinum p. m. 374. qui diphthongum etiam non agnoſcit.

23. εὐμενεστέροις. Vulgata τοῖς εὐμεν. articulum tamen deleri vult Arnaldus l. c. quod linguae Graecae genio conuenientius, nec articulum habet Ariſtaenetus duobus locis a Berglero in Commentario laudatis.

24. Χάριτες. poſt hanc vocem Cod. Vind. A. habet: σοὶ δὲ ἐνιαυτὸν ἐντυγχάνουσα ἀδημονῶ, quae debentur librarii oſcitantiae, cuius oculi ad priora recurrerunt, nam ſupra adfuerant ſuo loco, hic aſſent alieno.

25. καθ' ἡμέραν. Cod. Vind. iunctim καθημέραν.

27. στεφάνια. Malim ὃς praeponere. In dictione tamen epiſtolica abeſſe poteſt.

30. ἀνιάσεις. Cod. Vind. A. ἀνιάσῃς. cf. Ariſtaenet. I. 21. et ibi Abreſchium p. 131.

## COMMENTARIVS.

1. ἠβουλόμην μὲν — νυν δέ. Syllabicum augmentum tempore auctum, quod in hoc verbo ſolet fieri. Apud Demoſthenem aliquoties, vt Exordiorum triceſimo quinto, (Vol. II. 1441. 6 Reisk) ἠβουλόμην μὲν — τὴν ἴσην σπουδὴν ἐνίους τῶν λεγόντων ποιῆσαι, — νῦν δὲ κ. τ. λ. (Reliqua notae Berglerianae omittere malui, quam exſcribere, quae vel pueri norunt.)

6. Μυῤῥινοῦντι. Μυῤῥινοῦς pagus Atticus, de quo egit Meurſius. *Bergler.* Erat tribus Pandionidos.

7. ἀργυρίοις. Solebant Athenis et priuati homines conducere metalla, vt praeterquam ex Xenophontis libro de reditibus videre eſt etiam ex Demoſthenis oratione contra Pantaenetum. (Vol. II. 973. 5. et 977. 14. Reisk.) Celeberrimae ſunt illae in Laureo Atticae loco argentifodinae. *Bergler.* v. etiam Pauſaniam l. 1. et Conſultiſſ. Reitemaierum (*Geſch. des Bergbaues bey den alten Völkern* p. 59. ff.)

7. μισθωμάτια Thomas Magiſter p. 617. μίσθωμα ἐπὶ πόρνης λέγεται. Hoc recte obſeruatum. Sic ali-

quoties apud Athenaeum, loca H. Stephanus in Thesauro adnotauit. Noster et infra Ep. sequente. *Bergler.*

8. κατεστεναγμέναι — χάριτες. Haec Guil. Budaeus vertit, vt in contextu Latino exhibuimus: *gemitibus plena munuscula. Bergler.*

11. μηδὲ ἰδοῦσα μύρον. nedum vt se vnxerit. Sic apud Theocritum Idyll. IV. v. 7. de eo, qui numquam credebatur se vnxisse ad certamina gymnica: καὶ πόκα τῆνος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπη; *et quando ille oleum oculis suis vidit? Bergler.* Quotidie mane, quae poterant, sese vnxerunt. v. Bernardum ad Nonnum T. I. p. 11. qui adeo ex Gorii Inscriptt. T. III. p. 240. ectypon dedit.

12. Ταραντινίδια. Lucianus in Diall. Meretr. VII. vbi mater et Musarium filia colloquuntur (T. VIII. Bip. p. 224.) qui, vt totus similis est huic epistolae, ita et hoc loco: οὐκ αἰσχύνη μόνη τῶν ἑταιρῶν οὐκ ἐλλόβιον, οὐχ ὅρμον, οὐ Ταραντινίδιον ἔχουσα; qui et alibi meminit. [Sic in Rhetor. praecept. §. 15. T. VII. p. 235. est ἐσθῆς, ἔργον τῆς Ταραντίνης ἐργασίας vbi cf. notas p. 521. it. T. VIII. p. 46. (quod calumn. non temere cred. §. 16.) vbi Scholiastes: Ταραντινίδιον. θέριστρον λεπτὸν καὶ διαφανὲς ἱμάτιον οὐ πάντως πορφυροῦν.] In Socraticis Epistolis IX. p. 25. Aristippus: ἀλειφόμενοί τινι τῶν εὐωδεστάτων μύρων, καὶ σύροντες ἐσθῆτας μαλακὰς ἐκ Τάραντος. Sed passim harum vestium mentio fit. vide Perizonium ad Aeliani Var. Hist. Lib. VII. c. 9. *Bergler.* Est etiam apud Aristaenetum, sutorem centonum satis lepidum, (quo nomine eum decorare voluit Ruhnkenius ad Xen. Memor. p. 227.) Lib. I. Ep. 25. p. 61. cf. et Forsterum de byssо p. 78. — Nec omittendus Glossator Eichstadiensis, qui satis adposite margini adscripsit: *Tarantinidia dicit, quod pretiosas vestes gestare, sed laceras et detritas, multo sit turpius, quam veteres vestes vilioris fili.*

13. οὕτως ἀγαθόν τι μοι γένοιτο. Demosthenes Exordio 36. (Vol. II. 1442. 24. Reisk.) ἔγωγ' οὖν, οὕτω τί μοι ἀγαθὸν γένοιτο, ἐπειδὴ περὶ τῶν παρόντων ἐπήει

μοι σκοπεῖν, λόγοις μὲν καὶ μάλ' ἀφθόνοις, οὓς οὐκ ἂν ἀηδῶς ἠκούετε ὑμεῖς, ἐνετύγχανον etc. Vide ſupra ad Ep. 30. *Bergler.*

16. πεινήσω τὸ καλόν. Pro καλῶς πεινήσω. Theocritus Idyll. III. v. 3. Τίτυρ' ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε — *Tityre mihi bene amate.* Scholiaſtes ibi inter alia: τὸ καλὸν, ἀντὶ τοῦ καλῶς. Ibid. v. 18. ὦ τὸ καλὸν ποθορεῦσα, *o pulcre intuens.* Lucianus in Rhetor. praecept. § 12. (T. VII. Bip. p. 232.) ὑπομειδιάσας τὸ γλαφυρὸν ἐκεῖνο καὶ ἁπαλὸν οἷον εἴωθεν *ſubridens delicate et molliter, ut ſolet.* Idem in Imaginibus § 13 (T. VI. Bip. p. 16.) ὁπόταν δὲ τὸ καλὸν ἐκεῖνο ᾄδῃ Idem in Amoribus T. V. p. 258.) non longe a principio καὶ μετὰ παίδων τὸ καλὸν ἀνθούντων ὁμιλεῖς. De talibus vide ſupra ad Ep. 34. vbi de σπάσας τὸ ἑωθινόν. Non autem abſurde dicitur καλῶς πεινήσω. Sic Aelianus Ep 2. ἐπέκοψε τὸ σκέλος πάνυ χρηστῶς, *adliſit crus probe aamodum.* Ita et χρηστὸν θραῦμα apud Lucianum in Sympoſio circa finem §. 44. (T. IX. Bip. p. 81.) διεῖλε δὲ τοῦ νυμφίου τὸ κρανίον ἐς δύο χρηστῷ μάλα καὶ βαθεῖ θραύματι, quem locum H. Stephanus in Theſauro ſub voce χρηστὸς in fine adducit cum hac interpretatione, deinde adnotat: *In vulgatis Lexicis ex Luciano, ſed omnino ſuſpectum mihi eſt iſtud exemplum:* Nunc autem nemini ſuſpectum id erit. *Bergler.* — Sic infra Ep. 39. τὸν καλὸν ἀποκοιμίσασα τὸν ἄνδρα, teſte Valkenario ad Theocritum p 68. emendat Hemſterhuſius τὸ καλόν. vbi vide.

22 μὴ χρυσία τῆς μητρὸς, etc. Ita ſolent illae hortatrices ſcelerum. Lucianus Dial. Meretr. 12. (T. VIII. Bip. p. 249.) θρύπτῃ ὦ Λυσία πρὸς ἐμέ καὶ καλῶς, ὅτι μήτε ἀργύριον πώποτε ᾔτησά σε, μήτ' ἀπέκλεισα ἐλθόντα, ἔνδον ἕτερος, εἰποῦσα, μήτε παραλογισάμενον τὸν πατέρα, ἢ ὑφελόμενον τῆς μητρὸς, ἠναγκασα ἐμοί τι κομίσαι, οἷα αἱ ἄλλαι ποιοῦσι. *Bergler.*

23. μακαρία Φιλότης. εὐμενεστέροις ὄμμασιν εἶδον. Hinc ſumſit Ariſtaenetus Lib. I. Ep. 11. p. 29. μακα-

ρία ἡ συγκοιμωμένη, τούτω: εὐμενεστέροις ὄμμασιν ἐκείνην αἱ Χάριτες εἶδον. et Ep. 29. p. 47. (coll. Lectionibus Arist. p. 114.) Μελισσάριον εὐμενέσιν ὀφθαλμοῖς εἶδεν ἡ τύχη. Vidit hoc ibi Mercerus. *Bergler.*

26. ἄμεινον γὰρ ἢ κλαίειν. Leno apud Terentium in Phormione Act. III. Sc. 2. v. 36. *Ego te complures adversum ingenium meum menses tuli Pollicitantem, flentem et nihil ferentem: nunc contra haec omnia Repperi, qui det neque lacrimet; da locum melioribus.* In verbo autem κλαίω saepe Iota subscribitur. *Bergler* vide tamen Doruilium ad Chariton. p. 374. Lipſ.

27. στεφάνιά μοι — ὥσπερ τάφῳ — πέμπει. Plutarchus in Timoleonte: τὰ μνήματα τῶν νεκρῶν εἰώθαμεν ἐπιεικῶς στεφανοῦν σελίνοις. Cippis imponebantur coronae. Tangit Lucianus aliquoties, vt in *Contemplantibus*, in *Philopſeude*, de *Luctu*. Eſt haec publica materies ſatis tractata ab iis, qui de ſepulcris veterum et coronis ſcripſere. *Bergler.* vide Kirchmannum de funeribus Lib. I. c. 11. Paſchalium de Coronis, p. 217. cet.

---

## Epistola XXXVII.

### Μυρρίνη Νικίππῃ.

Οὐ προσέχει μοι τὸν νοῦν ὁ Διΐφιλος, ἀλλὰ ἅπας ἐπὶ τὴν ἀκάθαρτον Θεττάλην νένευκε· Καὶ μέχρι μὲν τῶν Ἀδωνίων καὶ ἐπίκωμός ποτε πρὸς ἡμᾶς καὶ κοιμησόμενος ἐφοίτα, ἤδη μέν τοι ὡς ἄν τις ἀκκιζόμενος καὶ ἐρώμενον ἑαυτὸν ποιῶν, καὶ τά γε πλεῖστα ὑπὸ τοῦ Ἕλικος, ὁπότε μεθυσθείη, ὁδηγούμενος· (ἐκεῖνος γὰρ τῆς Ἑρπυλ-

λίδος ἐρῶν τὴν παρ' ἡμῖν ἠγάπα σχολήν·) νῦν μέν τοι δῆλός ἐστι μηδ' ὅλως ἡμῖν ἐντευξόμενος· τέσσαρας γὰρ ἑξῆς ἡμέρας ἐν τῷ Λύσιδος κήπῳ μετὰ Θεττάλης καὶ τοῦ κάκιστ' ἀπολουμένου Στρογγυλίωνος, ὃς ταύτην αὐτῷ προὐμνηστεύσατο τὴν ἐρωμένην ἐμοί τι προσκρούσας, κραιπαλᾷ. Γραμματίδια μὲν οὖν καὶ θεραπαινίδων διαδρομαὶ καὶ ὅσα τοιαῦτα, μάτην δι' ἡνυσται, καὶ οὐδὲν ἐξ αὐτῶν ὄφελος· δοκεῖ δέ μοι μᾶλλον ὑπὸ τούτων τετυφῶσθαι καὶ ὑπερεντρυφᾶν ἡμῖν. Λοιπὸν οὖν ἀποκλείειν, κἂν ἔλθῃ ποτὲ πρὸς ἡμᾶς κοιμηθησόμενος, εἰ δὴ κνίσαι ποτὲ ἐκείνην βουληθείη, διώσασθαι· εἴωθε γὰρ ἡ βαρύτης τῷ ἀμελεῖσθαι καταβάλλεσθαι. Ἐὰν δὲ μηδ' οὕτως ἀνύοιμεν, θερμοτέρου τινὸς ἡμῖν ὥσπερ τοῖς σφόδρα κάμνουσι φαρμάκου δεῖ· δεινὸν γὰρ οὐ τοῦτο μόνον, εἰ τῶν παρ' αὐτοῦ μισθωμάτων στερησόμεθα, ἀλλ' εἰ Θεττάλῃ γέλωτα παρέξομεν. Ἔστι σοι πειραθὲν, ὡς φῂς, πολλάκις ἐφ' ἡλικίας φίλτρον. Τοιούτου τινὸς βοηθήματος δεόμεθα, ὃ τὸν ποθοῦν αὐτοῦ τύφον, ἀλλ' οὖν καὶ τὴν κραιπάλην ἐκκορήσειεν. Ἐπικηρυκευσόμεθα δὴ αὐτῷ καὶ δακρύσομεν πιθανῶς, καὶ τὴν Νέμεσιν δεῖν αὐτὸν ὁρᾶν, εἰ οὕτως ἐμὲ περιόψεται ἐρῶσαν αὐτοῦ, καὶ τοιαῦτα ἄλλα ἐροῦμεν καὶ πλασόμεθα. Ἥξει γὰρ ὡς ἐλεῶν δήπου με καιομένην ἐπ' αὐτῷ· μεμνῆσθαι γὰρ τοῦ παρελθόντος χρόνου καὶ τῆς συνηθείας ἔχειν καλῶς ἐρεῖ, Φυσῶν ἑαυτὸν ὁ λάσταυρος. Συλλήψεται δὲ ἡμῖν καὶ ὁ Ἔλιξ· ἐπ ἐκεῖ-

νον γὰρ ἡ Ἐρπυλλὶς ἀποδύσεται. Ἀλλ' ἀμφιβάλλειν εἴωθε τὰ φίλτρα καὶ ἀποσκήπτειν εἰς ὅλεθρον· βραχύ μοι μέλει· δεῖ γὰρ αὐτὸν ἢ ἐμοὶ ζῆν ἢ τεθνάναι Θετταλῇ.

## ADNOTATIO CRITICA.

Tit. Νικίππῃ. Cod. Vind. A. addit: χαῖρε.

1. ὁ Διΐφιλος. Articulum addidi ex Aldina et Cod. Vind. A. Ad Diiphilum haec notat Berglerus: Ep. 29. per vnum Iota in prima ſyllaba habent Editt. Διφίλου, atque hoc rectum eſſe adparet ex Platone in Cratylo. (T. III. Bip. p. 261.) vbi de hoc nomine proprio agit, quem locum vel propterea adferam, quia de modulatione vocum ſiue de accentibus etiam loquitur, quos hodie quidam negligendos putant. Πολλάκις ἐπεμβάλλομεν γράμματα, τὰ δ' ἐξαιροῦμεν — καὶ τὰς ὀξύτητας μεταβάλλομεν, οἷον Διΐ φίλος. Τοῦτο, ἵνα ἀντὶ ῥήματος ὄνομα ἡμῖν γένηται, τὸ δὲ ἕτερον αὐτόθεν ἰῶτα ἐξείλομεν, καὶ ἀντὶ ὀξείας τῆς μέσης συλλαβῆς βαρεῖαν ἐφθεγξάμεθα. *Saepe inſerimus literas, alias autem eximimus et tonos acutos traiicimus vt in* Διΐφίλος. *Hoc vt pro dictione nomen proprium nobis fiat, et Iota alterum eximimus* (vt ſit Διφίλος) *et pro acuta media ſyllaba grauem pronuntiamus*, atque ſic fit Διφίλος, nam grauis non notatur. Sed de accentibus non tantum pronuntiatis, verum et ſcriptis, cum aliquid dici poſſit, nunc nolo, nec eſt locus. [v. Porphyrium περὶ προσῳδίας a Villoiſono editum in Anecdotis Graecis p. 103. ff. et Villoiſ. inprimis p. 130.] Quamuis autem Διΐφιλος corrigendum videatur, reliqui tamen, vti eſt, quia et apud Demoſthenem ita inuenitur, Or. in Neaeram (Vol. II. 1364. 29. Reisk.) Διΐφίλου δὲ ἀδελφήν. Sic in Διϊτρέφης manent ambo Iota. *Bergler.* cui adde Pet. Horreum in Miſcellan. p. 35.

2. Θετταλήν. pergit Berglerus: Iſtud non monuiſſem, niſi modo in accentuum mentionem neceſſario incidiſſem,

nempe in hac etiam voce accentum transponi, ex illa ratione, quia ex Adiectiuo factum est nomen proprium. Stephanus Byzant. in voce Θεσσαλία idem monet: τὸ δὲ Θετταλη, δρᾶμα Μενάνδρου, βαρύνεται παρὰ Ἀττικοῖς, εἰς ἰδιότητα τεθέν. *(pro nomine proprio positum.)* Subaudi, vbi erat acutus, in adiectiuo Θετταλὴ, grauis autem, vt dixi, non scribitur. A. Gellius Lib. XVII. c. 3. de hac re: *voces — quum ex communi significatione in rei certae proprietatem concedunt, diuersitate accentuum separantur. Bergler.*

5. ἀκκιζόμενος. Scribitur hoc verbum modo duplici κ [vti infra Lib. III. Ep. 8.] modo simplici [Ep. 39.] *Bergler.* Illud, vt rectius Arnaldus in Misc. Obseruatt. T. V. p. 57. defendit, vulgoque deduci ait ab Ἀκκὼ femina quadam, ex paroemiis nota. v. Commentar.

5. ποιῶν, καὶ τά γε. Cod. Vind. A. ποιῶν. τάτε.

7. Ἐρπυλλίδος. Idem Cod. vno λ. duplex tamen seruauit supra Ep. 34. nihil ergo mutaui.

9. ἠγάπα. Cod. Vind. ἀγάπα fortasse ἀγαπᾷ.

11. ἑξῆς ἡμέρας. Id. liber inuertit ἡμέρας ἑξῆς, quod non placet.

20. κοιμηθησόμενος. Velit fortasse quis mutari in κοιμησόμενος, quod supra est in hac epistola. Sed nec illud reiiciendum. Vide Cel. Fischerum ad Platonis Apol. Socratis p. 54. et Zeunium ad Vigerum p. m. 185.

21. διώσασθαι. Sic lego, ait Berglerus (non, vt editiones, διασώσασθαι.) Heliodorus Lib. I. p. 79. πολλάκις μὲν ἐπιχειροῦντα διωσαμένη, *cum saepius tentantem repulerim.* Idem Lib. VII. p. 384. ἀπαυθαδιζόμενον δὲ καὶ διωθούμενον ὁρῶσα τὴν πεῖραν. *cum autem videret eum fastidientem et omnes conatus repellentem*, et Lib. X. p. 488. τὸν θάνατον πειρωμένη διώσασθαι. Demosthenes de falsa leg. (Vol. I. 384. 16. Reisk.) ἐκπώματα ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ προὔτεινεν αὐτοῖς· ταῦτα πάντα ἐκεῖνον διεθοῦντο. Noster Ep. 35. et 38. *Bergler.* Haec, quamquam exemplorum copia firmata, non satis tamen facere

potuerunt Arnaldo in Misc. Obseruatt. T. V. p. 57. *speciose sane*, inquit, *Berglerus legit διώσασθαι, sed quis tunc erit sensus?* (Exspecta, statim audies) *Vltima verba non videtur intellexisse, vtpote quae pro parte in versione sua praeterierit.* (Optime intellexit Berglerus meus, quae scriberet,) *Mihi*, sic pergit Arnaldus, *mihi si credas, prius illud ποτὲ ex sequenti ortum induces, et omnia tunc recte se habebunt.* (Abesse hoc prius ποτὲ poterat, eiecto tamen nihil ad sensum proficis) Tum vero ita interpretatur: *Restat igitur, vt eum excludamus, etiamsi venerit ad concumbendum nobiscum, si tamen illam (Thessalam) repudiare voluerit, seruandus erit.* Di meliora! Et primo quidem ex ipsis, quae larga manu adfudisti, mi bone, verbi κνίζειν exemplis nullum est, ex quo *repudiandi* significationem exsculpas; deinde vero, si *seruandus* tibi est is, quem missum facere noluerit, immo retinere cupiat Myrrhina, aliam profecto vocem Alciphron adhibuisset. Quouis igitur pignore paratus sim contendere, Berglerum hanc totius loci animo informasse sententiam: *Nihil igitur restat, quam vt excludamus, et, si quando ad nos visat, noctem nobiscum transacturus*, (non tam amore nostri, quam) *vt illi aegre faciat, repellamus.* Et quid multa? ipsissimum (sit venia verbo) διώσασθαι habet Cod. Vind. A. cuius cum διασώζεσθαι permutati exemplum simile est apud Polybium XV. 2. 15. vbi pro ἐξεώθησαν posuit ἐξεσώθησαν Schweighaeuser.

27. πειραθὲν pro vulgato πειρασθὲν dedi ex eodem libro.

32. πιθανῶς, Idem Cod. ἱκανῶς. vulgata tamen elegantior. Sic δάκρυα πιθανὰ Ep. praeced. σχετλιάζειν πιθανῶς ap. Theophr. Char. VIII, 3.

39. Ερπυλλίς. Cod. Vind. itidem, vt paullo ante vno λ.

## COMMENTARIVS.

3. τῶν Ἀδωνίων. De hoc festo a meretricibus celebrato Diphilus Comicus apud Athenaeum Lib. VII. p. 292. — οὗ δὲ νῦν σ' ἄγω Πορνεῖον ἐστί· πολυτελῶς Ἀδώνια Ἄγουσ' ἑταίρα μεθ' ἑτέρων πορνῶν χύδην, *quo autem te nunc duco, lupanar est, et sumtuose Adonia celebrans meretrix cum aliis scortis mixtim.* Exemplum huius festi magnifice celebrati est apud Theocritum in Adoniazusis siue Idyll. XV. Abunde autem de eo egerunt viri docti, qui de festis Graecorum scripserunt. *Bergler.*

4. ἐφοίτα. Φοιτᾶν de amatoriis salutationibus. Locus similis est apud Lucianum Dial. Marin. XIII. (T. II. Bip. p. 118.) σὺ γὰρ — ὑπεροπτικὸς ἦσθα — ὃς κόρης οὕτω καλῆς Φοιτώσης ὀσημέραι παρά σε ὑπερεώρας.

5. ὡς ἂν ἀκκιζόμενος. Post has particulas quandoque Participium aut nomen. Demosthenes in Midiana (Vol. I. 519. 9. Reisk.) θόρυβον καὶ κρότον τοιοῦτον ὡς ἂν ἐπαινοῦντές τε καὶ συνησθέντες ἐποιήσατε. contra Leocharem: (Vol. II. 1057. 1.) ἐκληρονόμει πολλὰ ἔτη ὡς ἂν ἐκείνου υἱὸς ποιητός. *Bergler.*

5. ἀκκιζόμενος. Fictam quamdam recusationem et tergiuersationem significat hoc verbum, et quod dicitur *delicias facere*, ac *quasi fastidire*, quod et θρύπτεσθαι, cum quo et iunctim aliquando inuenitur. [vide Nostrum infra Lib. III. Ep. 8. et Themistium Or. II. p. 28. B] Synesius coniunxit εἰρωνεύεσθαι Ep. 121. de Galatea vltro se Polyphemo oblatura: καὶ δεήσεταί σου καὶ ἀντιβολήσει, σὺ δὲ ἀκκιῇ καὶ κατειρωνεύσῃ. *Bergler.* — Vide inprimis Cel. Ruhnkenium ad Timaeum p. 18. ed. sec. vbi ita haec vox exponitur: *ficto et astuto mimo recusantis specie flagrantissime cupere.* v. etiam Thom. Magistrum p. 28. Piersonum ad Moeridem p. 48. Ἀκκισμὸς est apud Philemonem Delph. 14. et apud Lucian. Amor. §. 4. T. V. Bip. p. 261. vbi Scholiastes interpretatur: προσποίησις.

5. ἐρωμένον ἑαυτὸν ποιῶν. v. supra not. ad Ep. 31

11. κάκιστ' ἀπολουμένου. Temporis futuri consignificatio in hac voce euanescit saepe. Demosthenes de falsa leg. ὑπὸ τούτων τῶν κάκιστα ἀπολουμένων ἀνθρώπων πάντα τὰ πράγματα ἀπώλετο. *Bergler.* Est etiam supra Ep. 33. et infra Lib. III. Ep. 6.

14. ἐμοί τι προσκρούσας. Aeschines contra Timarchum: προσκρούσας τι τούτῳ καὶ παροξυνθεὶς. Demosthenes contra Timocratem (Vol. I. 701. 24. Reisk.) προσέκρουσα ἀνθρώπῳ πονηρῷ. Idem in Midiana: (ib. 534. 14.) ὅτι τῷ προσέκρουσε καὶ ἐχθρὸς ὑπῆρχε. Idem contra Aristogitonem: (ib. 782. 20.) λοιδορούμενος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καὶ προπετῶς ἅπασι προσκρούων. *Bergler.* cf. Doruilium ad Charitonem p. 452.

14. γραμματίδια — καὶ ὅσα τοιαῦτα. Lucianus in Toxari §. 13. (T. VI. p. 71 et 432.) γραμματεῖά τε εἰσφοίτα παρὰ τῆς γυναικὸς αὐτῷ καὶ στέφανοι ἡμιμάραντοι, καὶ μῆλά τινα ἀποδεδηγμένα, καὶ ἄλλα, ὁπόσα οἱ μαστροποὶ ἐπὶ τοῖς νέοις μηχανῶνται. *Et literulae commeabant ad eum a mulsere et serta semimarcida, et poma admorsa, aliaque, quae machinantur lenae in adolescentes.* Bergler. cf. infra Lib. III. Ep. 62.

22. εἴωθε γὰρ ἡ βαρύτης τῷ ἀμελεῖσθαι καταβάλλεσθαι. Aristaenetus Lib. I. Ep. 22. quam scribere fingitur Lucianus ad Alciphronem: εἴωθε γὰρ ἡ βαρύτης, ἐὰν ἀμελεῖσθαι δοκεῖ, καταβάλλεσθαι. Eadem, vt vides, verba, vti quidem recte ex Nostro legendum censet Mercerus. Inscripsit autem Aristaenetus, aut quisquis fuit, epistolam illam ad illum modum, quia Alciphronem simul et Lucianum in ea imitatur. Nam cum apud Nostrum adolescentis amorem aemulatione resuscitare statuat meretrix illum excludendo, si forte aliquando veniat: similiterque apud Lucianum in Dial. Meretr. Ampelidis et Chrysidis Dial. 8. (T. VIII. Bip. p. 232.) narret Ampelis, se, cum haberet amatorem quendam ex diuturna consuetudine iam languidum et superficiarie amantem, nec satis largiter praebentem, adeo illum semel excludendo inflammasse, vt postea supplex veniret ac lacri-

mans, et talento eam conduceret, vbi etiam dicit: οἱ μεγάλοι ἔρωτες γίγνονται, καὶ εἰ πύθοιτο (ὁ ἐραστὴς) ἃ μελεῖσθαι, in quam sententiam et Dial. 12. Ioessae, Pythiadis et Lysiae (ib. p. 252.) σὺ διέφθειρας αὐτὸν ὑπεραγαπῶσα καὶ τοῦτο ἐμφαίνουσα — — ὑπερόπται γὰρ αἰσθανόμενοι γίγνονται — ἢν μὴ πείθῃ ἅπαξ ἢ δὶς ἀπόκλεισον ἐλθόντα· ὄψει γὰρ ἀνακαιομενον αὐτὸν πάνυ καὶ ἀντιμεμηνότα ἀληθῶς. Haec ille cum sic inueniret, narrare facit Lucianum Alciphroni, vt adolescentem fastidii plenum amanti puellae restituerit laena! Cum enim haec obiter ab illo interrogata fuisset, quid iam faceret Glycerium? *Te*, inquit, *odit quam maxime, amat autem impurissimum illum Polemonem.* Quo audito adolescens mox immutatus, vltro supplicatum iuerit lacrimans, et serium amatorem se probauerit. *Bergler.*

24. θερμότερον. De qua voce vide Berglerum nostrum ad Aristophanis Plutum. v. 415.

28. φίλτρον. De amatore desultorio per philtrum reuocando Luciani est Dial. Meretr. 4. qui incipit: εἴ τινα οἶσθα, Βακχὶ, γραῦν οἵαι πολλαὶ Θετταλαὶ λέγονται ἐπάδουσαι καὶ ἐρασμίους ποιοῦσαι κ. τ. λ. *Bergler.*

29. τοιούτου τινὸς βοηθήματος δεόμεθα. Achilles Tatius Lib. V. circa finem: τί γὰρ ἠδυνάμην ἔτι ποιεῖν ἀποτυγχάνουσα, ἢ βοτάνας ζητεῖν καὶ φάρμακα; αὕτη γὰρ τῶν ἐν ἔρωτι δυστυχούντων καταφυγή. *Bergler.*

30. κραιπάλην. Etymologus: κραιπάλη, ὃ σημαίνει τὴν μέθην (temulentiam.) *Bergler.*

30. ἐκκορήσειεν. Egit de hoc verbo ex Alciphrone Budaeus et inde H. Stephanus in Thesauro. *Bergler.* Est proprie *scopis expurgare*, deinde *expellere, excutere.*

31. ἐπικηρυκευσόμεθα. Caduceatores, legatos de pace mittam — in ore meretriculae festiuum.

32. τὴν Νέμεσιν δεῖν αὐτὸν ὁρᾶν. Supra Ep. 35. εὔχου μέν τοι μηδέν σοι νεμεσῆσαι ταύτης τῆς ὑπεροψίας τὴν Ἀφροδίτην. *Bergler.*

37. *Φυσῶν ἑαυτόν.* Aristaenetus Lib. I. Ep. 27. *ἀποστρέφομαι δὲ τὸν νέον, καίπερ ὄντα καλὸν, ὅτι φυσῶν αὐτὸς ἑαυτὸν οἴεται μόνος ἀξιέραστος ταῖς γυναιξίν. auerſor autem adoleſcentem, quantumuis pulcrum, quod ſe ipſum inflans putet ſolum ſe dignum amari mulieribus.* Sic alium inflare vel tumidum reddere. Demoſthenes de rep. ordinanda (Vol. I. 169. 23. Reisk.) *τοὺς προγόνους ἐπῄνεσε καὶ μετεωρήσας καὶ φυσήσας ὑμᾶς κατέβη.* Idem contra Neaeram: (Vol. II. 1357. 26.) *ἐπάρας δὲ αὐτὴν οὗτος — τῷ λόγῳ καὶ φυσήσας.* Horatius Sat. Lib. II. Sat. 5. v. 96. *Importunus amat laudari? donec ohe iam Ad coelum manibus ſublatis dixerit urge, et Creſcentem tumidis infla ſermonibus utrem.* *Bergl.* cf. inprimis Lennepium ad Phalarid. p. 206. qui vt parallelum locum laudat Sophoclis Electram V. 1490. *Φυσᾷν φρένας.*

37. *ὁ λάσταυρος.* Phrynichus: *λάσταυρος μὲν οἱ παλαιοὶ χρῶνται ἐπὶ τοῦ πονηροῦ καὶ ἀξίου σταυροῦ,* alii *ἐπὶ τοῦ καταπύγονος*, vt idem ait, de *cinaedo*, quaſi non a *σταυρὸς*, ſed a *ταῦρος*, quod eſt *veretrum*, vel aliquid eius, et a *λάσιος*, *hirſutus*, componatur. Vſus ea voce Theopompus hiſtoricus apud Suidam: et inde compoſita *ἡμιλάσταυρος* Menander. *Bergler.* Poſterior Etymologia ſine dubio rectior, nam, quod in verbis cum *λα* compoſitis vis verborum augeatur, id Grammaticorum commentum refutauit Ruhnkenius in Ep. Crit. 1. p. 86. ed. ſec. De ſignificatione vocis occupata video omnia. Vide eumdem Ruhnkenium ad Timaeum p. 60. Pierſonum ad Moerin p. 250. inprimis vero Valkenarium ad Ammonium p. 41. qui et ex epiſtola Alciphronis inedita adfert: *Νικίας ὁ λάσταυρος.* — Praeter Suidam diu ante ex Theopompo vocem attulerat Polybius VIII, 11. 6. Occurrit etiam apud Suetonium de illuſtr. Grammaticis c. 15. Hoc loco *impurus*, *nequam*, nil amplius.

38. *ἐπ' ἐκεῖνον γὰρ ἡ Ἑρπυλλὶς ἀποδύσεται. Parabit ſe, vt illum ad auxilium nobis praeſtandum promtum faciat*, erat enim Helix Herpyllidis amator. De *ἀπο-*

δύεσθαι in hac significatione notum est, illud esse metaphoram vt Latinorum *accingere (se)* ab athletis, qui nudi et praecincti certarunt. *Bergler.*

40. εἴωθε τὰ φίλτρα καὶ ἀποσκήπτειν εἰς ὄλεθρον. Aristoteles in iis, quae dicuntur Magna Moralia Lib. I. c. 17. vbi de Spontaneo et Non Spontaneo: οἷόν φασι ποτέ τινα γυναῖκα φίλτρον τινὶ δοῦναι πιεῖν, εἶτα τὸν ἄνθρωπον ἀποθανεῖν ἀπὸ τοῦ φίλτρου· τὴν δ' ἄνθρωπον ἐν τῷ Ἀρείῳ πάγῳ ἀποφυγεῖν. Sed si vel melius cedant et non occidant, tamen valde nocent philtra. Plutarchus in coniugialibus praeceptis non longe a principio: ἡ διὰ τῶν φαρμάκων θήρα ταχὺ μὲν αἱρεῖ καὶ λαμβάνει ῥᾳδίως τὸν ἰχθύν, ἄβρωτον δὲ ποιεῖ καὶ φαῦλον. οὕτω καὶ αἱ φίλτρα τινὰ καὶ γοητείας ἐπιτεχνώμεναι τοῖς ἀνδράσι, καὶ χειρούμεναι δι' ἡδονῆς αὐτοὺς, ἐμπλήκτοις καὶ ἀνοήτοις καὶ διεφθαρμένοις συμβιοῦσι. *Bergler.*

41. ἐμοὶ ζῆν. Demosthenes ad epistolam Philippi (Vol. I. 157. 7.) οὐκ αἰσχύνονται Φιλίππῳ ζῶντες, quod et alibi dicit. *Bergler.* v. c. in Or. de Haloneso ibid. 80. 27. vbi simul additum: καὶ οὐ τῇ ἑαυτῶν πατρίδι.

---

## Epistola XXXVIII.

### Μενεκλείδης Εὐθυκλεῖ.

Οἴχεται Βακχὶς ἡ καλή, Εὐθύκλεις φίλτατε, οἴχεται· πολλά τέ μοι καταλιποῦσα δάκρυα καὶ ἔρωτος ὅσον ἡδίστου τὸ τέλος οὐ πονηροῦ τὴν μνήμην. Οὐ γὰρ ἐκλήσομαί ποτε Βακχίδος, οὐχ' οὗτος ἔσται χρόνος. Ὅσην συμπάθειαν ἐνεδείξατο. Ἀπολογίαν ἐκείνην καλῶν οὐκ ἂν τις ἁμαρτάνοι τοῦ τῶν ἑταιρῶν βίου· καὶ εἰ συνελθοῦσαι

ἅπασαι πανταχόθεν εἰκόνα τινὰ αὐτῆς ἐν Ἀφροδίτης ἢ Χαρίτων θεῖεν, δεξιὸν ἄν τι μοι ποιῆσαι δοκοῦσιν. Τὸ γὰρ θρυλλούμενον ὑπὸ πάντων, ὡς πονηραί, ὡς ἄπιστοι, ὡς πρὸς τὸ λυσιτελὲς βλέπουσαι μόνον, ὡς ἀεὶ τοῦ διδόντος, ὡς τίνος γὰρ οὐκ αἴτιαι κακοῦ τοῖς ἐντυγχάνουσι, διαβολὴν ἐπέδειξεν ἀφ' ἑαυτῆς ἄδικον· οὕτω πρὸς τὴν κοινὴν βλασφημίαν τῷ ἤθει παρετάξατο. Οἶσθα τὸν Μήδειον ἐκεῖνον τὸν ἀπὸ τῆς Συρίας δεῦρο καταράντα μεθ' ὅσης θεραπείας καὶ παρασκευῆς ἐσόβει, εὐνούχους ὑπισχνούμενος καὶ θεραπαίνας καὶ κόσμον τινὰ βαρβαρικόν· καὶ ὅμως ἄκοντα αὐτὸν οὐ προσίετο, ἀλλ' ὑπὸ τοὐμὸν ἠγάπα κοιμωμένη χλανίσκιον τὸ λιτὸν τοῦτο καὶ δημοτικὸν, καὶ τοῖς παρ' ἡμῶν γλίσχρως αὐτῇ πεμπομένοις ἐπανέχουσα, τὰς Σατραπικὰς ἐκείνας καὶ πολυχρύσους δωρεὰς διωθεῖτο. Τί δὲ τὸν Αἰγύπτιον ἔμπορον ὡς ἀπεσκοράκισεν, ὅσον ἀργυρίου προτείνοντα. Οὐδὲν ἐκείνης ἄμεινον εὖ οἶδ' ὅτι γένοιτ' ἄν. Ὡς χρηστὸν ἦθος οὐκ εἰς εὐδαίμονα βίου προαίρεσιν δαίμων τις ὑπήνεγκεν. Εἶτ' οἴχεται ἡμᾶς ἀπολιποῦσα, καὶ κεῖσεται λοιπὸν μόνη ἡ Βακχίς. Ὡς ἄδικον, ὦ Φίλαι μοῖραι. ἔδει γὰρ αὐτῇ συγκατακεῖσθαί με καὶ νῦν ὡς τότε. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν περίειμι, καὶ τροφῆς ψαύω, καὶ διαλέξομαι τοῖς ἑταίροις· ἡ δὲ οὐκ ἔτι με Φαιδροῖς τοῖς ὄμμασιν ὄψεται μειδιῶσα, οὐδὲ ἵλεως καὶ εὐμενὴς διανυκτερεύσει τοῖς ἡδίστοις ἐκείνοις κολάσμασιν. Ἀρ-

τίως μὲν οἷον ἐφθέγγετο, οἷον ἔβλεπεν, ὅσαι ταῖς ὁμιλίαις αὐτῆς Σειρῆνες ἐνίδρυντο, ὡς δὲ ἡδύ τι καὶ ἀκήρατον ἀπὸ τῶν Φιλημάτων νέκταρ ἔσταζεν· ἐπ' ἄκροις μοι δοκεῖ τοῖς χείλεσιν αὐτῆς ἐκάθισεν ἡ Πειθώ· ἅπαντα ἐκείνηγε τὸν κεστὸν ὑπεζώσατο, ὅλαις ταῖς Χάρισι τὴν Ἀφροδίτην δεξιωσαμένη. Ἐρρει τὰ παρὰ τὰς πόσεις μινυρίσματα, καὶ ἡ τοῖς ἐλεφαντίνοις δακτύλοις κρουομένη λύρα ἔρρει. Κεῖται δὲ ἡ πάσαις μέλουσα Χάρισι κωφὴ λίθος καὶ σποδιά. Καὶ Μεγάρα μὲν ἡ ἱππόπορνος ζῇ, οὕτω Θεαγένη συλήσασα ἀνηλεῶς, ὡς ἐκ πάνυ λαμπρᾶς οὐσίας τὸν ἄθλιον χλαμύδιον ἁρπάσαντα καὶ πέλτην οἴχεσθαι στρατευσόμενον. Βακχὶς δὲ ἡ τὸν ἐραστὴν Φιλοῦσα ἀπέθανε. Ῥᾴων γέγονα πρὸς σὲ ἀποδυράμενος, Εὐθύκλεις φίλτατε· ἡδὺ γάρ μοι δοκεῖ περὶ ἐκείνης καὶ λαλεῖν καὶ γράφειν· οὐδὲν γὰρ ἧττον τὸ μεμνῆσθαι καταλέλειπται. Ἔρρωσο.

(Nota: Codicis Vind. A. scriba ordine mutato, hanc epistolam post sequentem posuit, nec temere, vt puto: aptius enim intelligebat fore, vt mortuae Bacchidis laudes succederent epistolae ad viuam scriptae, qualis est proxima. Nolui tamen semel receptum ordinem turbare.)

## ADNOTATIO CRITICA.

3. ἔρωτος ὅσον ἡδίστου τὴν μνήμην. Cod. Vind. A. nil iuuat, nisi quod articulum τὴν ante μνήμην ignoret, pro quo contra Aldina habet μήν. *Berglerus* ita conuertit: *reliquit amoris quam dulcissimi, nec postremo mali tamen, memoriam*, nec poterat aliter, nisi contextum vellet mutare, qui mihi tamen non sine omni labe aetatem videtur tulisse. Nam, quod vidit etiam Arnaldus Misc. Obs. T. V. p.

58. illa *postremo non mali* huc non satis conueniunt. Fortasse, ait, scripsit Noster ὅσον ἡδίστου ποτὲ, τὸ τέλος ΑΥ πονηροῦ, *quondam dulcissimi, at in fine infelicis*, — hanc fere esse sententiam totius pulcherrimae huius epistolae. Mihi vero nec haec emendatio satis ad palatum est. Audiamus igitur Abreschium Dilucidatt. Thucyd. p. 422. vbi, quum de oppositis saepe τότε et νῦν agendi occasionem inuenisset, et Nostri paullo post sequentia ἔδει γὰρ αὐτῇ συγκατακεῖσθαί με καὶ νῦν ὡς τότε adduxisset, in eam deinde procliuis est sententiam, vt succurri loco nostro pessime habito putet ita: πολλά τε μοι καταλιποῦσα δάκρυα, καὶ ἔρωτος ὅσον ἡδίστου τότε, τόσον νῦν πονηροῦ. — Arnaldo felicius, et in τότε, τόσον facillime consentio, sed vel sic, fateor me vellicat πονηροῦ. Quid si igitur huius loco ponas ποθητοῦ? Gloss. Eichstad. ἴσον ἡδίστου τὸ τέλος, τοσοῦτο ἀνιαροῦ vel λυπηροῦ.

5. οὗτος. sic ex Aldina restitui pro vulgato οὕτως.

6. ἁμαρτάνοι. Cod. Vind. A. habet ἁμάρτοι.

10. δοκοῦσιν. rectius fortasse δοκῶσιν.

12. ὡς ἀεὶ τοῦ διδόντος. Ne quis corrupta putet, addam statim, quae Berglerus adnotauit. Similiter, inquit, Lucianus de ea, quae cuilibet sui copiam facit, aliter tamen posito ἀεὶ in Toxari §. 13. (T. VI. Bip. p. 71.) ἡ Χαρίκλεια δὲ ἦν ἀστεῖον μὲν γύναιον, ἑταιρικὸν δὲ ἐκτόπως καὶ τοῦ προστυχόντος ἀεὶ, καὶ εἰ πάνυ ἐπ' ὀλίγῳ ἐθελήσειέ τις. *Chariclea autem erat vrbana quidem mulier, sed supra modum meretricia: et cuiusvis, vt quisque se offerret, etiamsi vel exiguo quis vellet.* Ita autem illa erant vertenda, pessime Benedictus posteriora: *et quiuis obuius etiamsi vel minimum concupiuisset.* Debuit dicere: *cuiuis obuia*, deinde etiam Gronouius recte: *si vel exiguo quis vellet*, subaudi *pretio*. Discrimen autem apud Nostrum et Lucianum in ἀεὶ in eo est, quod apud hunc refertur ad προστυχόντος, vt cum dicunt τοῦ ἀεὶ βασιλεύοντος; apud Nostrum ad subintellectum

verbum εἰσί. De εἶναί τινος ad Ep. 13. vbi ὅλος εἰμὶ τοῦ πάθους. *Bergler.*

12. ὡς τίνος γὰρ οὐκ αἴτιαι κακοῦ. Sic reſtitui ex Aldina, ſuffragante Cod. Vind. A. quum vulgata haberet καὶ τίνος. Sic viuidior quinquies repetito ὡς oratio efficitur. Quod praeterea Vind. habet αἴτιOI, vitioſum eſt.

14. ἀφ' ἑαυτῆς. Idem Cod. ἐφ' ἑαυτοῖς, quod nihil eſt. Vulgata optime habet, quam et optime vertit *Bergle-rus: ſuo exemplo.*

16. Μήδειον. Medi non tantum Μῆδοι, ſed et Μήδειοι dicuntur; adnotatum id a Stephano Byz. et Berkelio. *Bergler.*

16. τὸν ἀπὸ τῆς Συρίας δεῦρο κατάραντα μεθ' ὅσης θεραπείας καὶ παρασκευῆς. Sic ex Ms. Doruiliano, (vide ad Chariton. p. 457.) pro vulgato: τὸν ἀπὸ Συρίας (ſine articulo) δευρὶ κατάρ. μεθ' ὅσης παρασκευῆς καὶ θεραπείας. In articulo adiiciendo conſentiunt Aldina et Cod. Vind. A. qui eamdem etiam, quam Dorvilianus ſeruat collocationem verborum, θεραπείας nempe τῇ παρασκευῇ praeponens.

19. ἄκοντα. Vulgata erat ἄκουσα. Legendum videtur, ait Berglerus, vel ἀκούσασα, αὐτὸν οὐ προσίετο, vel ἑκοῦσα αὐτὸν οὐ προσίετο, quod in verſione ſequor: (*volens eum non admittebat.*) — Poſterius vero repugnaret ſequenti διωθεῖτο, nec prius placet. Arnaldus Miſc. Obſeru. T. V. p. 59. ſuadet: ὅμως στυγῶσα· αὐτὸν οὐ προσίετο, *nihilominus eum auerſata non admiſit.* Parum aberat, quin emendationem iſtam, vt nempe cum bono viro in gratiam redirem, in textum reciperem; eſt enim στυγεῖν vox Alciphronea, qua bis III, 28. et 40. vſus eſt: ſed interceſſit auctoritas Cod. Vind. A. qui exhibet lectionem omnibus praeferendam: ἄκοντα.

22. ἐπανέχουσα. Cod. Vind. A. ἐπανήκουσα, quod nihili eſt, nec ad meliorem lectionem ducit. Berglerus vertit *acquieſcens*, cui et ego interim acquieſco.

25. ὅσον ἀργυρίου. Cod. Vind. A. ἀργύριον. qui ſibi tamen non conſtat. vide ad Ep. 33.

30. ἄδικον. Idem liber: ἀδίκων. falſo.

32. διαλέξομαι. Melius fortasse διαλέγομαι, vt idem tempus seruetur.

35. κολάσμασι. Aristophanes in Nubibus v. 1066. γυνὴ δὲ σιναμωρουμένη χαίρει. Hoc ego ita accipio, quasi κολαζομένη, *si probe exerceatur.* Eiusmodi nequitiae verbum Germ. *abstrafen.* Sic Berglerus, nec mentem mutauit ad Aristophanis l. l. [Apud eumdem in Ecclesiaz. v. 256. eodem sensu est ὑποκρούειν.] Doctiss. contra Abreschius, qui in Aristaeneto suo Lib. I. Ep. 16. reperisset: κἂν τοῖς ἀφροδισίοις κολακικῶς ἀμφοῖν ὁμιλούντων et Lib. II. Ep. 7. παρθένος — δύσκοιτος ἀγνοοῦσα τὴν ἐπὶ τῆς εὐνῆς κολακείαν, apud Nostrum etiam κολακεύμασι reponi iubet, Lectt. Aristaen. p. 108. Placet, modestius saltem illo Bergleri.

35. ἀρτίως μέν. Mercerus ad Aristaenetum p. 9. μ᾽ et paullo post ἐνίδρυνται. Neutrum placet.

36. ἔβλεπεν. Doruilius ex Codice suo, v. ad Charit. p. 294. adfert ἔβλεπε, sine ν ἐφελκ. quod ante aspiratam literam negligi posse videretur. Hanc igitur regulam, quum vox aspirata ὅσαι sequatur, etiam hic locum habere debere existimat.

41. ὅλαις. Gloss. Eichst. αὐταῖς ταῖς Χάρισι. vide tamen Commentar.

44. μέλουσα. Cod. Vind. A. quod editt. ante Berglerum turpauerat μέλλουσα itidem propagauit. Similia permutationis exempla vide adlata ab Hemsterhusio ad Luciani Nigrinum. (T. I. Bip. p. 244. et T. V. p. 540.) v. et Commentar.

46. Θεαγένη. Idem liber Θεαγένην. Vtrumque rectum.

48. χλαμύδιον. Vind. A. χλανίδιον. Vulgata melior, nam sermo est de militari vestimento.

52. καὶ λαλεῖν. Idem liber Ms. καὶ λέγειν, fortasse rectius, quoniam τῷ γράφειν iungitur, vti Lib. II. Ep. 3. haud longe ab initio.

53. καταλέλειπται. Idem Codex omissa praepositione λέλειπται.

## COMMENTARIVS.

1. οἴχεται — ἡ καλὴ — οἴχεται. Theocritus Epigr. VI. quasi de homine mortuo: οἴχεται ἁ χίμα-

ρος τὸ καλὸν τέκος, οἴχετ' ἐς ᾅδαν, *abiit capella, pulchra soboles, abiit ad inferos.* Frequens est hoc verbum de mortuis. Synesius Ep. 126. initio:

Οἴμοι. τί δ' οἴμοι; θνητά τοι πεπόνθαμεν.
ὁ τρίτος γε καὶ λοιπὸς οἴχεται τῶν υἱέων. Initium est Senarius ex Euripidis Bellerophonte, cum alibi occurrens, tum apud Plutarchum de tranquillitate animi. Lucianus de luctu §. 13. (T. VII. Bip. p. 212.) vbi patrem repraesentat, qui filii mortem deflet: φήσει γὰρ ὁ πατὴρ γοερόν τι φθεγγόμενος καὶ παρατείνων ἕκαστον τῶν ὀνομάτων· (*in longum producens vnumquodque verbum*) τέκνον ἥδιστον οἴχη μοι, καὶ τέθνηκας, καὶ πρὸ ὥρας ἀνηρπάσθης, μόνον ἐμὲ ἔτι τὸν ἄθλιον καταλιπών. Plenius Apollonius Tyanensis Ep. 13. initio: Στράτων μὲν ἐξ ἀνθρώπων οἴχεται. πᾶν ὅσον ἦν αὐτῷ θνητὸν ἐπὶ γῆς καταλιπών. Plato in Phaedone circa finem de Socrate moriente: ἐπειδὰν πρὸς τῇ καρδίᾳ γένηται αὐτῷ, τότε οἰχήσεται. *Bergler.* Plura si cupias huius euphemismi exempla nosse, euolue Piersoni Verisimilia p. 54. ff.

6. ἀπολογίαν — τοῦ τῶν ἑταιρῶν βίου. Vt haec in vitae genere famoso, inculpatis suis moribus, defensio ceterarum idem genus vitae sequentium hic dicitur, ita dici potest, cum quis inculpate viuens se vel suos a sinistra fama vindicat. Lysias contra Alcibiadem: ὃν μᾶλλον ἔδει κοσμιώτατον (modestissimum) εἶναι τῶν πολιτῶν, ἀπολογίαν ποιούμενον τὸν ἑαυτοῦ βίον τῶν τοῦ πατρὸς ἁμαρτημάτων. Lucianus in Abdicato: §. 3. (T. V. Bip. p. 3.) ἐγὼ δὲ καὶ πρὸς ἐκείνας (τὰς αἰτίας) μὲν, ὡς οἶμαι, ἱκανῶς τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ ἀπελογησάμην. *Bergler.* cf. Bachium ad Xenophontem p. 63.

10. ὡς πονηραί. Character earum in Comoediis. Terentius in prologo Eunuchi v. 36. f. *Qui magis licet currentes seruos scribere: bonas matronas facere:* meretrices malas, *parasitum edacem, gloriosum militem?* Ita quidem in comoedia, quae est speculum vitae, solebat fieri, et vt in vita, sic ibi meretrix bona rara auis. Bacchis tamen ibi etiam bona, quae apud eumdem in Hecyra Act. V. Sc. 1. v.

8. de se: — *timida sum* — *Ne nomen quaestus mihi obstet: nam mores facile tutor.* et Scen. 3. *Numquam animum quaesti gratia ad malas adducam partes.* Quae in Heautontimorumeno est, sine dubio alia est Bacchis. *Bergler.*

18. εὐνούχους. Quod haec spreuit, Terentiana Thais, quamuis nec ipsa sit plane τοῦ πονηροῦ κόμματος, ab amatore petiit. In Eun. Act. I. Sc. 2. v. 87. f. *Eunuchum porro dixti velle te, Quia solae his utuntur reginae: repperi. Bergler.*

20. ὑπὸ τοὐμὸν — κοιμωμένη χλανίσκιον. Hoc etiam ab antiqua simplicitate, cum vestes, quas gerebant, cubitum euntes pro stragulis adhibebant. Sic Alcibiades in Symposio Platonis non nimis longe a fine, cum Socrate se concubuisse dicit: ὑπὸ τὸν τρίβωνα κατακλινεὶς τὸν τουτονὶ — κατεκείμην τὴν νύκτα ὅλην. De qua re et Athenaeus p. 219. ὡς Ἀλκιβιάδης συνεκοιμήθη ὑπὸ τὴν αὐτὴν γενόμενος χλαῖναν, et Lucianus in Amoribus §. 49. (T. V. p. 313. et ibi Reitzius p. 600.) δεῖ δὲ τῶν νέων ἐρᾶν ὡς Ἀλκιβιάδου Σωκράτης, ὃς ὑπὸ μιᾷ χλαμύδι πατρὸς ὕπνους ἐκοιμήθη, quae posteriora male vertit Benedictus, *qui sub una eademque patris chlamyde*, quasi illa chlamys patris nescio cuius fuerit; cum castus somnus intelligatur, vt patet Platonis illum locum vlterius legenti. Philostratus Ep. 44. ἦν πτωχὸς ὁ Σωκράτης, ἀλλ' ὑπέτρεχεν αὐτοῦ τὸν τρίβωνα ὁ πλούσιος Ἀλκιβιάδης. Sic de Helena cum Menelao cubitum eunte Theocritus in Epithalamio v. 19. sermo ad Menelaum: Ζανός τοι θυγάτηρ ὑπὸ τὰν μίαν ὤχετο χλαῖναν. *Iouis tibi filia sub eamdem tecum venit laenam.* Sic in Trachiniis Sophoclis v. 540. Deianira de se et Iola cum Hercule dormituris: καὶ νῦν δύ' οὖσαι μίμνομεν μιᾶς ὑπὸ χλαίνης ὑπαγκάλισμα, *et nunc nos duae exspectamus vna sub laena amplexum. Bergler.* Vide ad hunc Sophoclis locum Cl. Hoepfnerum p. 102. et Arnaldum in Obs. Misc. T. V. p. 59.

25. ἀπεσκοράκισεν. ἀποσκορακίζειν *ad coruos relegare, repudiare.* A prouerbiali ἐς κόρακας, vt alii iam

abunde monuerunt. Lucianus in Rhetorum praeceptore, §. 16. (T. VII. p. 235.) quasi de puella, cuius nuptias aliquis ambit: καὶ δή σοι τοὺς νόμους δίειμι, οἷς χρώμενόν σε ἡ Ῥητορικὴ γνωριεῖ καὶ προσήσεται, οὐδὲ ἀποστραφήσεται καὶ σκορακιεῖ, *atque iam tibi leges percurram, quibus si vtaris, Rhetorica te agnoscet et admittet, neque auersabitur ac repudiabit.* Heliodorus Lib. II. p. 162. ἔρωτας δὲ καὶ Ἀφροδίτην καὶ πάντα γαμήλιον θίασον ἀποσκορακίζουσα. *Bergler.* — Ἀποσκορακίζειν proprie debebat esse ἀπεσκορακίζειν, ab ἐς κόρακας. Sed et alia sunt eiusmodi verba, v. c. σκερβόλλειν, σπυρκορίζειν etc. Doctiss. Alberti submiuistrat ad Hesychii Ἐσπυρκορίζομεν. Est etiam σκορακίζειν (eliso E.) apud eumdem Hesychium. Σκορακίζει· εἰς ἔρημον πέμπει καὶ ἀρᾶται, ἀπο τοῦ εἰς κόρακας πέμπειν, τὸ ἐκφαυλίζειν. Photii Lex. Ms. σκορακίζειν· εἰς ἔρημον πέμπει, καὶ χλευάζει. Ἀποσκορακίζειν est apud eumdem ἀποδοκιμάζεσθαι. Ἀποσκορακισμὸς, ἐξουδένωσις. v. etiam Etymol. M. et Suidam. Inueni vocem etiam apud Iamblichum de vita Pythag. c. 25. p. 94.

26. εὖ οἶδ' ὅτι. Demosthenes de falsa leg. τὸ μὲν ἐκ τούτων λαμβάνειν ἐξ ὧν ἡ πόλις βλάπτεται, πάντες, εὖ οἶδ' ὅτι φήσαιτ' ἂν εἶναι δεινόν. *Bergler.*

27. χρηστὸν ἦθος. Lucianus in Phalaride priori §. 7. (T. V. Bip. p. 46.) ἔγωγ' οὖν ἀκούω καὶ παρ' ἡμῖν τοῖς Ἕλλησι πολλοὺς γενέσθαι τυράννους σοφοὺς ὑπὸ Φαύλῳ ὀνόματι δοκοῦντι χρηστὸν καὶ ἥμερον ἦθος ἐπιδεδειγμένους. Sic haec etiam potest dici ὑπ' ὀνόματι Φαύλῳ χρηστὸν ἦθος ἐπιδεδειγμένη.

27. βίου προαίρεσιν. Demosthenes contra Aristocratem (Vol. I. 666. 21.) ὧν δ' ἐκεῖνος τούτῳ ὅμοιος τῇ προαιρέσει τοῦ βίου. (*vitae instituto*) Τάξιν βίου vocavit Aristaenetus Lib. I. Ep. 12. in loco, qui est Alciphronis loco similis, nisi quod corruptus, sed hic emendatum dabo: ἑταίρας μὲν γὰρ ἡ Πυθιὰς εἵληχε βίον, ἁπλότητα δὲ σύμφυτον ἔχει, καὶ ἄμεμπτον ἦθος. ἅπαντα τῆς τά-

ξεως τοῦ βελτίονος βίου. Posterior clausula sic edita: ἅπαντα τῆς τάξεως τοῦ βελτίω βίου, vbi βελτίω et βίου tamquam epitheton et substantiuum nulla ratione possunt consistere; cum prius sit Nominatiui et Accusatiui pluralis neutrius generis, item Accusatiui singularis communis generis; alterum quid sit, quilibet videt. *Bergler.* v. tamen Pauwium ad hunc Aristaeneti locum p. 80. et Abreschium p. 30.

28. εἶτ' οἴχεται. Εἶτα pro *tamen*, nec aliter infra Lib. II. Ep. 1. initio: βασιλεὺς ὤν, εἶτα ἐπέτρεψας. Plura vide ap. Arnaldum in Misc. Obseruatt. Vol. V. p. 60.

30. ὦ φίλαι μοῖραι. Aristophanes in Thesmophor. v. 706. ὦ πότνιαι μοῖραι. *Bergler.*

30. ἔδει γὰρ αὐτῇ συγκατακεῖσθαί με. Sic Admetus super Alcestide mortua apud Euripidem Alc. v. 367. μὴ δὲ γὰρ θανών ποτε Σοῦ χωρὶς εἴην τῆν μόνης πιστῆς ἐμοὶ, *nec mortuus sine te sim, mihi sola fideli.* *Bergler.*

36. οἷον ἐφθέγγετο, οἷον ἔβλεπεν. Vt initium huius epistolae cum loco Theocriti ibi adducto, ita et haec cum isto eiusdem mire conueniunt: Idyll. XX. v. 6. οἷα βλέπεις, ὁπποῖα λαλεῖς etc. sed hic ironice pleraque. *Bergler.*

36. ὅσαι ταῖς ὁμιλίαις αὐτῆς σειρῆνες ἐνίδρυντο. Hinc Aristaenetus Lib. I. Ep. 1. ἡνίκα δὲ φθέγγεται, βαβαὶ, ὅσαι τῆς ὁμιλίας αὐτῆς σειρῆνες. Adnotauit ibi Mercerus Alciphronis hunc locum. Aelianus Var. Hist. Lib. XII. c. 1. de Aspasia iuniore: εἶπεν ἄν τις λαλούσης αὐτῆς ἀκούειν σειρῆνος. Sed in suauiloquentia adumbranda nihil vsitatius quam Sirenum mentio. *Bergler.*

38. ἀκήρατον νέκταρ. De voce ἀκήρατον si plura cupis, eaque egregia legere, euolue Ruhnkenium ad Timaeum p. 17. ed. sec.

39. ἐπ' ἄκροις — τοῖς χείλεσιν αὐτῆς ἐκάθισεν ἡ Πειθώ. Hoc primus Eupolis Comicus dixit de eloquentia Periclis. Versus eius aliquot exstant apud Diodorum Sic. Lib. XII. et apud Scholiasten Aristophanis ad Archarn. v. 529. ex iis hic vnus:

Πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσι.
Οὕτως ἐκήλει.

Vnde Lucianus in Demonacte §. 10. T. V. p. 236. καὶ ταῦτα πάντα μετὰ χαρίτων, καὶ Ἀφροδίτης αὐτῆς ἔπραττέ τε καὶ ἔλεγεν, ὡς ἀεὶ τὸ κωμικὸν ἐκεῖνο, τὴν πειθὼ ἐπὶ τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ ἐπικαθῆσθαι. Damascius in vita Isidori: οὐδεὶς οὕτως ἦν τὴν ψυχὴν ἀτεράμων (*duro animo*) καὶ βάρβαρος, ὃς οὐκ ἐπείθετο καὶ κατεκηλεῖτο, τοῖς ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ στόματος ἐκείνου ῥέουσι λόγοις. τοιάδε τὶς ἐπεκάθητο πειθὼ τοῖς χείλεσι τοῦ ἀνδρός. ap. Photium p. 551. et Himerius apud eumdem p. 598. πειθώ γε κατὰ τῶν χειλέων σκηνώσασα, τὴν ἑαυτῆς χάριν συναποστάζει τοῖς ῥήμασι. [Hunc ipsum Himerii locum non inuenio in Wernsdorfiana editione, alium tamen Or. V. §. 16. p. 497. vbi eadem, quae Berglerus, loca attulit editor.] Ad Eupolidis illum locum respicit et Cicero de Oratore III. 34. *cuius*, nempe Periclis, in labris veteres Comici leporem habitasse dixerunt. *Bergler.* vide etiam Toupium ad Longinum p. 351. et Wyttenbachium Bibl. Crit. Vol. III. P. 2. p. 40.

40. ἅπαντα ἐκείνηγε τὸν κεστὸν ὑπεζώσατο. Hinc etiam Aristaenetus ille, paullulum ausus mutare Lib. I. Ep. 1. vbi tamen corrupte: τῶν Χαρίτων πάντων ἡ Λαὶς τὸν κεστὸν ὑπεζώσατο, et tamen vertitur: *Gratiarum omnium zonam praecincta Lais.* Lege ex Nostro τῶν Χαρίτων πάντα ἡ Λαὶς τὸν κεστὸν etc. Mirum est, Mercerum hoc non vidisse, cum vicinum locum viderit: πάντων χαρίτων tale est, quale illud superius ex eodem adnotatum τοῦ βελτίω βίου. [Dissentiunt ab ipso Berglero recentiores Aristaeneti editores: Pauwius pro πάντων legit πασῶν, Abreschius propius adhuc ad scripturam: πάντως; noli tamen omittere, quae Doruillius obseruauit ad Charitonem p. 549. ed. Lips.] De cesto illo cingulo illecebroso omnia iam vulgata.

41. ὅλαις ταῖς Χάρισι. Sic apud Phalaridem Ep. 5.

p. 28. ὅλαι Ἐρίννυες, vbi Lennepius p. 29. nec Berglerum neglexit laudare.

42. Ἔῤῥει. Hic ἔῤῥει est οἴχεται vt et ἔῤῥε *pereas* secundum Eustathium ad Odyss. p. 382. ed. Bas. originem trahens a φθείρεσθαι: aliud est ἔῤῥει *fluebat* a ῥέω. Prioris exemplum in Epistola Laconica [v. Valkenarium ad Theocritum p. 264.] quam totam adscribam. Nuntiatur autem clades quaedam Ephoris: Ἔῤῥει τὰ καλά. Μίνδαρος δ' ἀπέσσυται· πεινῶντί τ' ἄνδρες. ἀποῤέομεν τί χρὴ δρᾶν. *Perierunt commoditates. Mindarus interiit: et milites esuriunt. Haeremus, quid faciendum sit,* apud Plutarchum in Alcibiade p. 207. Posterioris exemplum in hoc Teleclidis Comici Anapaesto: Ζωμοῦ δ' ἔῤῥει παρὰ τὰς κλίνας ποταμὸς κρέα θερμὰ κυλίνδων. *iuris autem fluebat iuxta lectos fluuius, carnes feruentes prouoluens.* apud Athenaeum Lib. VI. p. 268. *Bergler.* Notione *fluendi* est apud Euripidem in PhoenISS. v. 1480. Ἔῤῥει αἷμα μυρίον νεκρῶν. vbi Scholiastes: Ἔῤῥει ἀντὶ τοῦ φθείρεται, ἐπὶ ἐνεστῶτος· ἔῤῥει δὲ, ἀντὶ τοῦ ἐχεῖτο ἐπὶ παραλελυθότος. Xenophon Cyrop. Lib. VI. c. 1. §. 2. ἔῤῥει τὰ ἐμά, plenius Idem in Symposio I, 15. ἔῤῥει τὰ ἐμὰ πράγματα. v. inprimis Cel. Ruhnkenium ad Timaeum v. ἔῤῥε p. 120. ed. sec.

42. μινυρίσματα. *Cantillationes.* Hesychius: μινυρίζει. ὀλίγῃ φωνῇ, καὶ οἰκτρᾷ χρῆται. ἢ εὐφώνως λέγει. vide Valkenarium ad Ammonium p. 94. et Cel. Beckium ad Aristophanis Aues v. 1410.

44. κεῖται δέ. Heliodorus Lib. II. p. 110. ἀλλ' ἡ μὲν κεῖται σῶμα νεκρὸν ὡς ἀληθῶς.

44. ἡ πάσαις μέλουσα Χάρισι. Sic in hac re apud Athenaeum Lib. VII. p. 301. loco Eupolidis: ὦ Χάριτες, αἷσι μέλλουσιν ἕψητοί, vbi recte Casaubonus: *sententia claudicat, sed lego* αἷσι μέλουσιν ἕψητοί. *o Gratiae, quibus curae sunt hepseti!* hoc est: *o hepsetos gratissimos.* Sed non tantum sententia claudicans vitium prodit, verum et metri ratio, si αἷσι retineatur, vt apud auctorem legitur: est

autem Senarius omisso vltimo pede. Sic in Epigrammate Anthol. Lib. III. c. 23. (Iacobs Vol. I. p. 256.) Ὄρνεον ὦ Χάρισι μεμελημένον. Vt autem Noster Χάρισι μέλουσαν amicam suam adpellat, sic alius Χάρισι φίλην. Lycophronides apud Athenaeum Lib. XV. p. 670. ἐπεί μοι νόος ἄλλῃ κέχυται ἐπὶ τὰν Χάρισι φίλαν παῖδα καὶ καλάν. *Bergler.*

45. κωφὴ λίθος. Theognis v. 567. Ἥβῃ τερπόμενος παίζω. δηρὸν γὰρ ἔνερθεν Γῆς, ὀλέσας ψυχήν, κείσομαι ὥστε λίθος ἄφθογγος. *Florente aetate me oblectans ludo: diu enim sub terra, amissa anima, iacebo sicut lapis mutus.* Bergler. In Anthol. Graeca inter Antipatri Epigramm. Iacobs. Vol. II. p. 38. mater de filio mortuo: ἀντὶ δὲ σεῖο στάλα, καὶ κωφὰ λείπεται ἄμμι κόνις. Tirones monitos velim, ne offendantur in κωφὴ, nam λίθος generis communis est. Ceterum de tota ῥήσει ablego ad Misc. Obseru. T. V. p. 60. et Nouas Misc. Obs. T. I. P. I. p. 90. Valkenarii Animadu. ad Ammonium p. 133.

46. ἱππόπορνος. [Est etiam infra Lib. III. Ep. 33. et 50.] Talis commode ἱππόβινος diceretur voce Aristophanica, quam is de Callia Hipponici filio finxit in Ranis v. 432. Καλλίαν — τὸν ἱπποβίνου, vbi Scholiastes inter alia: τὸ δὲ ἵππος πολλάκις ἐπὶ τοῦ μεγάλου λαμβάνουσι, deinde exemplum adducit vocem ἱππόπορνος. [cf. et Berglerum ad Aristoph. Nubes v. 1066.] Festiue in hac voce lusit Diogenes; cum enim quemdam cinaedice ornatum equo insidentem vidisset, dixit, *se antea quidem nescisse, quid esset* ἱππόπορνος, *nunc autem inuenisse:* πρότερον μὲν ἔφησε ζητεῖν τί ἐστιν ἱππόπορνος· νῦν δ' εὑρηκέναι, vt est apud Athenaeum Lib. XIII. p. 565. *Bergler.*

46. Θεαγένη. Fortasse is est, quem Lucianus in Cataplo §. 6. T. III. Bip. p. 180. ob *Megarensem* aliquam meretriculam mortem sibi narrat conscisse.

47. ἐκ πάνυ λαμπρᾶς οὐσίας. Aeschines in Timarchum: καὶ τῶν ἐπιτηδείων οὐδὲν ἐδίδου Ἀριγνώτῳ· ἀλλὰ περιεῖδεν ἐκ τοσαύτης οὐσίας ἐν τοῖς ἀδυνάτοις

μισθοφορούντα. (inter causarios et inopes mercedem de publico petere) *Bergler.* Τύχη λαμπρὰ est apud Lucianum in Somnio T. I. p. 3. vbi vide Hemsterhusium.

49. Βακχὶς δὲ — ἀπέθανε. Frequentes de hac iniquitate querelae. Sic Philoctetes Sophocleus, cum audiuisset plerosque praestantes viros sub Ilio interiisse, improbos autem superesse, accusans Deos dicit v. 448. τὰ μὲν πανοῦργα καὶ παλιντριβῆ Χαίρουσ' ἀναστρέφοντες ἐξ ᾅδου, τὰ δὲ Δίκαια καὶ τὰ χρήστ' ἀποστέλλουσ' ἀεί. *Improbos et malitiosos libenter arcent ab Orco; iustos autem et probos illuc mittunt semper.* Theophrastus *eo etiam nomine accusauit naturam, quod nempe ceruis et cornicibus vitam diuturnam, hominibus autem tam exiguam dedisset.* Cicero Tusc. III. [c. 28.] *Bergler.*

50. ῥᾴων γέγονα πρὸς σὲ ἀποδυράμενος. Demosthenes Or. I. in Stephanum (Vol. II. 1118. 27. Reisk.) καὶ ἐγὼ τῶν γεγενημένων ἀποδυράμενος τὰ πλεῖστα πρὸς ὑμᾶς, ὥσπερ ῥᾴων ἔσομαι. Idem Ep. 3. circa finem: (ib. 1485. 21.) ἔχει τινὰ τοῖς ἀδικουμένοις ῥαστώνην τὸ λέγειν ἃ πάσχουσιν, ὥσπερ τοῖς ἀλγοῦσι τὸ στένειν. Aristaenetus Lib. I. Ep. 16. ἅπας γὰρ ὁπουῦν ἀχθόμενος τὴν ψυχὴν, τὸ λυποῦν ἐκλαλῶν, ἐπικουφίζει τῇ διανοίᾳ τὸ βάρος.

## Epistola XXXIX.

### Μεγάρα Βακχίδι.

Σοὶ μόνῃ ἐραστὴς γέγονεν, ὃν φιλεῖς οὕτως, ὥστε μήδ' ἀκαρῆ πως αὐτοῦ διαζευχθῆναι δύνασθαι. Τῆς ἀηδίας, δέσποινα Ἀφροδίτη. Κληθεῖσα ὑπὸ Γλυκέρας εἰς τοσοῦτον χρόνον (ἀπὸ τῶν Διονυσίων γὰρ ἡμῖν ἀπήγγειλεν,) οὐχ ἥκεις, εἰ μὴ δι' ἐκείνην, οὐδὲ τὰς φίλας ἰδεῖν γυναῖκας ἀνασχομένη. Σώφρων γέγονας σὺ καὶ φιλεῖς τὸν ἐραστήν. Μακαρία τῆς εὐφημίας· ἡμεῖς δὲ καὶ πόρναι καὶ ἀκόλαστοι. Ὑπῆρξε καὶ Φίλωνι συκίνη βακτηρία· ὀργίζομαι γὰρ νὴ τὴν μεγάλην θεόν. Πᾶσαι γὰρ ἦμεν, Θεττάλη, Μυρρίνη, Χρυσίον, Εὐξίππη· ὅπου καὶ Φιλουμένη, καί τοι γεγαμημένη προσφάτως καὶ ζηλοτυπουμένη, τὸν καλὸν ἀποκοιμίσασα τὸν ἄνδρα, ὀψὲ μέν, ὅμως δὲ παρῆν. Σὺ δὲ ἡμῖν μόνη τὸν Ἄδωνιν περιέψυχες, μή που καταλειφθέντα αὐτὸν ὑπὸ σοῦ τῆς Ἀφροδίτης ἡ Περσεφόνη παραλάβῃ. Οἷον ἡμῶν ἐγένετο τὸ συμπόσιον, (τί γὰρ οὐχ ἅψομαί σου τῆς καρδίας,) ὅσων χαρίτων πλῆρες. Ὠιδαί, σκώμματα, πότος εἰς ἀλεκτρυόνων ᾠδάς, μύρα, στέφανοι, τραγήματα. Ὑπόσκιος τισὶ δάφναις ἦν ἡ κατάκλισις· ἓν μόνον ἡμῖν ἔλειπε, σύ· τὰ δ' ἄλλα οὔ. Πολλάκις ἐκραιπαλήσαμεν, οὕτω δὲ ἡδέως ὀλιγάκις. Τὸ γοῦν πλεῖστον ἡμῖν παρασκευάσαν τέρψιν, δεινή τις φιλονεικία κατέσχε Θρυαλλίδα καὶ Μυρρίνην ὑπὲρ τῆς πυγῆς, πότερα κρείττω καὶ ἁπαλωτέραν

ἐπιδείξει. Καὶ πρώτη Μυρρίνη τὸ ζώνιον λύσασα, βόμβυξ δ' ἦν τὸ χιτώνιον, δι' αὐτοῦ τρέμουσαν, οἷον πιμελὴ ἢ πηκτὸν γάλα, τὴν ὀσφῦν ἀνεσάλευσεν, ὑποβλέπουσα εἰς τοὐπίσω πρὸς τὰ κινήματα τῆς πυγῆς· ἠρέμα δ' οἷον ἐνεργοῦσά τι ἐρωτικὸν ὑπεστέναξεν, ὥστε ἐμὲ, νὴ τὴν Ἀφροδίτην, καταπλαγῆναι. Οὐ μὴν ἀπεῖπέ γε ἡ Θρυαλλὶς, ἀλλὰ τῇ ἀκολασίᾳ παρευδοκίμησεν αὐτήν· οὐ γὰρ διὰ παραπετασμάτων ἐγὼ, φησὶν, ἀγωνίσομαι, οὐδὲ ἀκκιζομένη, ἀλλ' οἷον ἐν γυμνικῷ· καὶ γὰρ οὐ φιλεῖ προφάσεις ἀγών. Ἀπεδύσατο τὸ χιτώνιον, καὶ μικρὸν ὑποσιμώσασα τὴν ὀσφῦν, ἰδοὺ, σκόπει τὸ χρῶμα, φησὶν, ὡς ἀκριβὲς, Μυρρίνη, ὡς ἀκήρατον, ὡς καθαρόν. τά πορφυρᾶ τῶν ἰσχίων ταυτί· τὴν ἐπὶ τοὺς μηροὺς ἔγκρισιν, τὸ μήτε ὑπέρογκον αὐτῶν μήτε ἄσαρκον, τοὺς γελασίνους ἐπ' ἄκρων. Ἀλλ' οὐ τρέμει, νὴ Δία· ἀλλ' ὑπομειδιῶσα ὥσπερ ἡ Μυρρίνη. καὶ τοσοῦτον παλμὸν ἐξειργάσατο τῆς πυγῆς, καὶ ἅπασαν αὐτὴν ὑπὲρ τὴν ὀσφῦν τῇδε καὶ τῇδε ὥσπερ ῥέουσαν περιεδίνησεν, ὥστε ἀνακροτῆσαι πάσας, καὶ νίκην ἀποφήνασθαι τῆς Θρυαλλίδος. Ἐγένοντο δὲ καὶ περὶ ἄλλων συγκρίσεις, καὶ περὶ μασταρίων ἀγῶνες· τῆς μὲν γὰρ Φιλουμένης γαστρὶ ἀντέξεστασθῆναι οὐδ' ἠτιοῦν ἐθάρσησεν· ἄτοκος γὰρ ἦν καὶ σφριγῶσα. Καταπαννυχίσασαι γοῦν καὶ τοὺς ἐραστὰς κακῶς εἰποῦσαι καὶ ἄλλων ἐπιτυχεῖν εὐξάμεναι (ἀεὶ γὰρ ἡδίων ἡ πρόσφατος ἀφροδίτη,)

ψχόμεδα ἔξοινοι. Πολλὰ δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν κραιπαλήσασαι, ἐπεκωμάσαμεν Δεξιμάχῳ κατὰ τὸν χρυσοῦν στενωπὸν, ὡς ἐπὶ τὴν ἄγνον κατιόντι πλησίον τῆς Μενέφρονος οἰκίας. Ἐρᾷ γὰρ αὐτοῦ Θαΐς κακῶς, καὶ νὴ Δία εἰκότως· ἔναγχος γὰρ πλούσιον δοκεκληρονόμηκε πατέρα τὸ μειράκιον. Νῦν μὲν οὖν συγγνώμην ἔχομέν σοι τῆς ὑπεροψίας· τοῖς Ἀλῴοις δὲ ἐν Κολυττῷ ἑστιώμεθα παρὰ τῷ Θεττάλης ἐραστῇ· τὸν γὰρ τῆς Ἀφροδίτης ἐρώμενον ἡ Θεττάλη στέλλει. Ὅπως δ' ἥξεις φέρουσα κήτιον καὶ κοράλλιον, καὶ τὸν σὸν Ἄδωνιν, ὃν νῦν περιψύχεις· μετὰ γὰρ τῶν ἐραστῶν κραιπαλήσομεν. Ἔρρωσο.

## ADNOTATIO CRITICA.

Inscr. Post Βακχίδι Cod. Vind. χαῖρε. (*χαίρειν.*)

1. ὥστε μηδ' ἀκαρῆ πως. Vulgata lectio erat: τὸ μηδὲ ἀκριβῶς. Berglerus: haec mihi suspecta. Articulus τὸ indicat prouerbium aliquod. Proximum pro ἀκριβῶς esset ἄχρι βωμῶν, vt dicat, eam sic adhaerere amasio, vt ne *vsque ad aras quidem*, i. e. ad rem sacram faciendam, ab eo discedere possit, et festa negligat propter illum ac conviuia, sicut illi, quod modo celebrauerant reliquae meretrices, ipsa sola non interfuit. Hoc vtcumque placiturum est, ego tamen verti, quasi esset μηδὲ γρῦ ὅσον, (*ne gry quidem*) quod nec ipsum a vestigiis scripturae alienum. Aristophanes in Vespis v. 213. ὅσον στίλην, quod idem ac ὅσον γρύ. Lucianus in Lexiphane §. 19. (T. V. Bip. p. 197.) οὐδ' ὅσον. τοῦ γρῦ καὶ τοῦ φνεὶ φροντιοῦμεν αὐτοῦ, *ne tantillum quidem eius rationem habebimus.* Nec obest, quod is hoc dicit, qui ibi ridetur: alias quaedam

dicit, quae ratione nulla possunt improbari. Non autem tantum de voce dicitur γρύ, vt plerique putant, sed de re quauis minima. Antiphanes Comicus apud Athenaeum Lib. VIII. p. 343. ὄψου δὲ μηδὲν εἰσπλεῖν, μηδὲ γρύ. *opsonii vero nihil aduehi, ne gry quidem.* Aristaenetus Lib. I. Ep. 17. οὐδὲ γρὺ τῆς ἐμῆς συμβουλῆς ἐπαΐειν δοκεῖ, *ne tantulum quidem auscultare videtur ad consilium meum.* Neque de postposito ὅσον dubitandum est, notissima sunt ὀλίγον ὅσον, βραχὺ ὅσον.

Hactenus Berglerus et erudite quidem, quum semel prouerbii necessitatem h. l. animo concepisset, deceptus vocula τὸ, quae plerumque prouerbia praecurrit. Non agnoscit istud τὸ Cod. Vind. A. habet tantum ὥστε μηδὲ, vulnus autem in ἀκριβῶς latens non tangit, cui nostra demum aetate medelam adhibuerunt viri Graece doctissimi. Et primo quidem felicissimam emendationem inveni ab Cl. Herelio in Actis Klotzianis Vol. III. p. 92. propositam: φιλεῖς οὕτως, ὥστε τοι οὐδὲ ἀκαρῆ πως etc. Postea temporis incidi in Misc. Obs. T. V. vbi Arnaldo p. 61. haec eadem in mentem venisse animaduerti. Hic igitur iisdem fere verbis legit: ὥστε μὴ δὲ ἀκαρῆ. Vterque vir doctissimus fundum suae emendationis ponunt in Alciphrone ipso, quem voce ἀκαρὴς ter vsum inueni: ἀκαρῆ μέλλοντα ἰέναι, *qui statim ire vult* Lib. III. Ep. 7. — ἐν ἀκαρεῖ χρόνου Lib. III. Ep. 67. et, quod ad nostrum locum proxime accedit οὐδ' ἀκαρῆ, *nec ad momentum quidem* Lib. III. Ep. 25. Glossator Eichstad. adscripserat quidem: an ἄχρι εἰς τὸ βάραθρον, quod est apud Apostolium p. 55. addit tamen ipse, auctorem hoc fortasse noluisse, ideoque serius adleuit ἀκαρές. — Ducente igitur partim Codice Vind. partim felici doctorum virorum, quos laudaui, ingenio, textum ita refinxi, vti operas exprimere iussi: ὥστε μηδ' ἀκαρῆ (vel si mauis ἐν ἀκαρεῖ) πως αὐτοῦ διαζευχθῆναι δύνασθαι. — Ceterum de ipsa voce ἀκαρὴς vide inprimis Piersonum ad Moer. p. 43. et quos ibi laudat, et Koenium ad Grego-

rium Corinthium de Dialectis p. 13. Ἀκαρισαῖον χρόνον habet Dionys. Halicarn. Ant. Rom. Lib. VIII. c. 70. p. 1678. edit. Reiskianae. cf. Luciani Hermot. §. 6. T. V. Bip. p. 9.

4. εἰς τοσοῦτον χρόνον. Melius εἰς abesset: videtur ab antecedente ας ortum. *Bergler.* — Doruilius ad Charitonis Lib. VII. c. 2. p. 563. εἰς καιρὸν (opportune) ἥκεις, haec adscripsit: obuia forma. (Sed quid hoc ad nos? Nempe vt occasionem nanciscretur Doruilius de nostro loco disputandi, quod non ingratum nobis accidit, hanc obuiam formam praemisit.) Sic deinde pergit: Apud Alciphronem I, 39. κληθεῖσα ὑπὸ Γλυκέρας εἰς τοσοῦτον χρόνον, quod positum pro πρὸ τοσούτου χρόνου, quod offendit Berglerum, quo iure nescio; locus tamen laborat, supple κλ. ὑπὸ Γλυκ. ἐπὶ θυσίαν εἰς τοσοῦτον χρόνον. Ita Sybaritae feminas in festum diem agendum vocabant toto ante anno, vt testatur Athenaeus Lib. XII. p. 521. — Verba ἐπὶ θυσίαν in antigrapho suo inuenisse videtur, addit enim: At recte Berglerus Lib. II. Ep. 2. εἰς τὴν Ἑλλάδα ἥκων, *eodem Codice* addicente. Haud ingrato, quod denuo profitemur, animo accipimus, quod Codicis sui lectionem nobiscum communicare voluerit vir, dum viueret, praestantissimus, malim tamen etiamnunc cum Berglero, proprietatis Graecae non minus perito τὸ εἰς abesse, vt quem locus *noster* requirit, proueniat sensus. Nec mouet, quod Bernardus ad Theoph. Nonnum, qui nuper post fata doctissimi Viri prodiit T. I. p. 278. auctores dicat amare praepositionem addere: nam, quae ibi adfert exempla, huc non quadrant.

5. ἡμῖν. Vulgata: ὑμῖν. Quod nunc dedi, ἡμῖν debeo Cod. A. Vind. quem tamen in ἐπήγγελλε pro ἀπήγγειλε sequi nolui.

5. εἰ μὴ δι' ἐκείνην. Verti, quasi esset οἶμαι δι' ἐκεῖνον, ait Berglerus, vt referatur ad amatorem. Liber Vindob. nil mutat, et mutari omnino vetat locum Censor ille Goettingensis, qui Cl. Herelii versionem politissimam sub examen vocauit Ephemer. liter. Goett. 1767. p. 71 Recte, in-

quit, textus habet, nisi quod structura verborum paullo sit negligentior. *Nec tamen venisti, non dicam illius* (Glycerae) *inuitationi non pariturus, sed hoc a te impetrare poteras, vt nolles coetui amicarum tuarum adesse?*

8. καὶ πόρναι. Καὶ abest a Codice Vind. A.

10. πᾶσαι γὰρ ἦμεν. Mallem πᾶσαι παρῆμεν, nam mox ὅμως δὲ παρῆν. *Bergler.* Scite!

12. ὅπου καὶ Φιλουμ. ὅπου suspectum videtur: Quid? si legas ὀψὲ, nam eiusmodi repetitiones verborum amat Noster. Sero, sero, inquam, venit, sed tamen venit.

12. Φιλουμένη. Editt. Φιλομένη, inferius tamen et illae recte.

13. τὸν καλόν. Quod supra Ep. 36. vsurpauit Alciphron τὸ καλὸν, pro καλῶς, etiam hic locum occupare iubent viri summi Hemsterhusius et Valkenarius. Vide hunc ad Theocriti X. Idyllia L. B. 1773. p. 68. vbi praeter Luciani loca supra ad Ep. 36. adlata excitat etiam alium ex libro de Amoribus §. 26. (T. V. Bip. p. 287.) ὑακίνθοις τὸ καλὸν ἀνθοῦσιν ὅμοια πορφύροντες, et ad eamdem normam Aeliani de Nat. Anim. Lib. XV. c. 10. νεανίσκοι τὸ ἀκμαιότατον ἀνθοῦντες. Nolui tamen mutare.

13. ἀποκοιμίσασα. Cod. Vind. A. vitiose ἀποκοιμΗσασα.

14. ὀψὲ μὲν, ὅμως δὲ παρῆν. Haec omnia in Cod. Vind. A. desunt. De formula ὀψὲ μὲν, ὅμως δὲ vide Cl. Wyttenbachium Bibl. Crit. Vol. III. P. 2. p. 40.

14. ἡμῖν μόνη. Nec haec habet Cod. Vind. A. Cl. Herelius in Actis Klotzianis T. III. p. 92. melius existimat ἡ μῶν, quod et ego puto, quamquam et ἡμῖν habeat, quo se tueatur. Fortasse eiusmodi mutatio locum habere possit paullo post: οἷον ἡμῖν (pro ἡμῶν) ἐγένετο τὸ συμπόσιον, vbi articulum ante συμπόσ. ignorat Aldina.

21. ὑπόσκιος. Vulgatum: ὑποσκίοις. Ad quae Bergl. ita: Haec vox huc non congruit. Sine dubio fuit ὑπὸ συσκίοις. Aristaenetus Lib. I. Ep. 3. ἔνθα πλάτανος — σύσκιος — ἐπὶ τὸ πεδίον κατεκλίθημεν, vbi platanus

— *umbrosa*, — *humi discubuimus*. Voce παλίνσκιος vtitur Lucianus in Amoribus, loco adhuc magis simili §. 12. (T. V. Bip. p. 269.) ἦν δ' ὑπὸ ταῖς ἄγαν παλινσκίοις ὕλαις ἱλαραὶ κλισίαι τοῖς ἐνεστιᾶσθαι θέλουσιν. Hic ἦν pro ἦσαν, vt alias. Sic igitur *Berglerus*. — Faciliorem adhuc vir doctus lectionem orae exemplaris adscripserat illius, quod nunc in manibus est amicissimi Kaltwasseri, nempe ὑπόσκιος, vt referatur ad κατάκλισις. Vulgata quum semel locum tueri vix queat, hanc vt faciliorem recepi.

22. ἔλειπε, σύ. Cod. Vind. A. ἔλιπες σὺ, sine interciso. Nec hoc male. Vulgata tamen praestat.

25. Θρυαλλίδα. Idem liber Θριαλλ. vitiose.

27. ἐπιδείξει. Cod. Vind. A. ἐπιδείξῃ.

29. πιμελὴ ἢ πηκτὸν γάλα. Vulgata μελίπηκτον, in quo offendens Berglerus, vertit, quasi esset νεόπηκτον. Haud recte tamen Berglerum intellexit Arnaldus in Misc. Obs. T. V. p. 63. non enim *insolens* illi visum est verbum μελίπηκτον, quod saepius occurrit; (vide omnino Thom. Mag. p. 606. et 535. et infra Commentar. Vsurpatur inprimis de placentis, et aliis eiusmodi, quibus mel admiscetur) quamquam ignotam sibi vocem esse profitetur Arnaldus. Hoc tantum voluit Berglerus, hanc vocem huc non congruere ideo, quod flavus mellis color lumbis femoribusque minime laudem decusque adferre soleat, Cingaramque decere puellam, non Atticam potuerit: — hanc igitur, similemue ob causam maluit νεόπηκτον *recens coagulatum*. Eiusdem notionis vox est νεόθρεπτον, quod Hesychius exponit τὸν νεωστὶ πεπηγότα τυρόν, *caseum* recenter incoactum vocat Apuleius Metam. VIII. p. 166. vbi vide Pricaeum p. 444. qui ex Nonno etiam τυρὸν νεοπηγέα adfert. v. Alberti ad Hesychium. — Etsi vero in reprehendendo Berglero consentire cum Arnaldo non potui, lubentissime tamen elegantissimae coniecturae adplaudo, qua ita refingit antiqua: Δι' αὐτοῦ τρέμουσαν οἷον πιμελὴ ἢ πηκτὸν γάλα, (adeps candidissimus et fere liquidus) — cui feli-

cissimo commento locum profecto non inuidebit Critica liberalior.

29. ἀνεσάλευσεν. Cod. Vind. A. ἐσάλευσεν. Recte Berglerus vertit, *agitare coepit*, quum actionis initium saepissime sic Aor. 1. efferre soleant Graeci. Non aeque tamen perspicax fuisse videri possit paullo post vbi ὑποβλέπουσα εἰς τοὐπίσω interpretatur *respectans retro*. Longe vero *Latinius* eamdem rem exposuit antiquarius ille Romanus, qui Veneri Catapygae in aedibus Fabii Bauerii subscripsit: Cytherea *posteriatem* (!) prospiciens, quam elegantiam didici ex Heynio τῷ πάνυ, (v. *antiquarische Aufsätze* Th. I. S. 153.) et hoc loco occupare raritatis causa volui, aliis ad Commentarium reseruatis.

33. ἀπεῖπέ γε. Cod. Vind. A. γε non habet.

35. παραπετασμάτων. Possit aliquis melius habere περιπετάσματα, sed alterna in his confusio, teste Doruilio ad Chariton. p. 628.

39. ἀκριβές. Cod. Vind. A. ἀκριβῶς. male.

40. πορφυρᾶ. Idem liber παραπορφυρᾶ. Hoc melius.

41. ἰσχίων. Lectionem editionum ἰσχύων vitiosam iam Berglerus eiecerat.

42. αὐτῶν pro vulgato αὐτῷ olim adscripseram margini meo, et ad μηρούς retuleram. Idem sensisse deinde animaduerti Arnaldum Misc. Obs. T. V. p. 63.

43. ἀλλ' οὐ τρέμει, νὴ Δία — Μυρρίνη. Haec videntur transposita; putem ita collocanda et legenda: ἀλλ' οὐ τρέμει, νὴ Δία, ὥσπερ ἡ Μυρρίνη Σ [in hoc, sed solo consentit Cod. Vind. A.] ἀλλ' ὑπομειδιῶσι. pro quo tamen mallem ὑπομειδιᾷ, quod in versione expressi. Haec autem adhuc a Thryallide dici intelligendum est, et sub οὐ τρέμει subaudiendum τὰ ἰσχία, sub ἡ Μυρρίνης vero πυγή, quam supra τρέμουσαν dicebat, ὑπομειδιᾷν autem suas nates dicit, quia gelasinas eis tribuerat. Haec igitur *Berglerus*. — Scrupulum facile remouendum alia interpunctione existimat *Lennepius* ad Coluthum p 92. hac nempe: ἀλλ' οὐ τρέμει νὴ Δία· ἀλλ' ὑπομειδιῶσα ὥσπερ ἡ Μυρρίνη, καὶ τοσοῦτον etc. nimirum ὑπομειδιῶσα referri ad Thryallidem

debere, et sensum huc fere redire: *Leuiter vero subridens* (Thryallis) *aeque ac Myrrhina nates agitando tantam vibrationem excitauit* etc. — Nec hoc omni ex parte placet, saltem τὸ καὶ non suo tum loco stare putem. Cardo rei omnino in eo verti mihi videtur, vt definiamus, quousque loquens inducatur Thryallis, et eatenus a partibus malim stare Bergleri, qui Codicem Vind. quodammodo consentientem habet, quemque iuuare fortasse etiam possis, si loco καὶ legas: κἂν τούτῳ τοσοῦτον. etc. — Nec his contentus Lennepius sequentia etiam sibi corrigenda sumit. Miror, inquit, Berglerum non offendisse καὶ ἅπασαν αὐτὴν ὑπὲρ τὴν ὀσφῦν τῇδε καὶ τῇδε ὥσπερ ῥέουσαν περιεδίνησεν, vbi duplex mendae indicium sese offert, tum ingrata τοῦ ὥσπερ, quod modo praecesserat, repetitio, tum praeterea illud ῥέουσαν: videtur enim verbum vel participium aliquod motum longe fortiorem exprimens desiderari. Non inelegans lectio proinde euaderet, si pro binis vocibus ὥσπερ ῥέουσαν substituas ἀσπαίρουσαν. Hesychius: σπαίρει. ἅλλεται, σκιρτᾷ, πηδᾷ. — Ingeniose, et si quid video, vere. — Nec silentio praetereundus Glossator Eichstad. qui primum quidem in verbis οὐ τρέμει νὴ Δία obiectionem inuenisse sibi visus est: [At vero non tremunt, scil. τὰ ἄκρα vel ἰσχία?] deinde vero post καὶ participium ἐπιστρεφομένη *respiciens* excidisse existimat.

47. ἀνακροτῆσαι. Minime spernendum, quod offert Cod. Vind. A. ἀνασκιρτῆσαν, melius tamen, quod vulgatum est.

50. τῆς μὲν γὰρ Φιλουμένης γαστρί. Cod. Vind. A. τῇ vt referatur ad γαστρί.

55. πολλὰ δέ. Idem liber: καὶ πολλά.

56. κατὰ τὸν χρυσοῦν στενωπὸν ὡς ἐπὶ τὸν ἄγγον. Libro III. Ep. 8. iterum occurrit haec topographia, sed ibi ὡς in Ms. deest, non tamen propterea hic eiiciendum. Aristophanes in Equit. v. penult. κακεῖνον ἐκφερέτω τις ὡς ἐπὶ τὴν τέχνην, *atque illum aliquis producat ad artem suam.* Sic ante πρὸς Lucianus in Contemplanti-

bus §. 7. (T. III. Bip. p. 40). τυφλὸς ὁ λυγκεὺς ὡς πρὸς ἐμὲ, *coecus est Lynceus ad me comparatus.* Haec *Berglerus.*

Aliud suadet, nec tamen persuadet Cod. Vind. A, qui habet ὡς δὲ ἐπὶ — et deinde κάτιμεν. Iam, si ὡς δὲ adoptare velis, habebis in sequentibus apodosin nullam; et ad κάτιμεν quod attinet, gaudebam initio, quod molestum illud Bergleri κατιόντι amovere possem. Sed nec hoc concoquere possum: ego totum retineri posse Bergleri textum putauerim, si pro κατιόντι legas κατοικοῦντι. Videant acutiores.

62. Ἀλῴοις. Piersonus in Verisimil. p. 95. mauult Ἀδωνίοις, nam sequentia hoc postulare, et ipsum Nostrum habere Ἀδώνια supra Ep. 37. Prouocat quidem Cel. Schneiderus notis in Anacreontem p. 178. ad Luciani Dial. Meretric. vbi Alois etiam adolescentes cum puellis comissari solitos narretur: nec nego, fateor tamen, me malle Piersoni sententiae accedere. Omnia enim melius cohaerent, si ita vertas: Festo *Adoniorum* apud Thessalae amatorem epulabimur, haec enim *Adonin* adornat, venias igitur, et comite quidem *Adoni* nunc tuo.

62. Κολυττῷ. Editt. Κολλυττῷ. Male, vt iam monuit Meursius in libro de populis Atticis, hunc locum citans. *Bergler.* qui sibi tamen non satis constat, v. infra Lib. III. Ep. 34. Geminato λ. in marmoribus scribi testatur etiam Sponius in *Voiage* T. II. p. 426. in Gronouii Thesauro T. IV. p. 733.

65. κήτιον. Cod. Vind. A. praefert γήτειον. *Berglerus* adnotauit haec: Athenaeus Lib. XI. p. 477. κηθίον τὸ κήτιον, τὸ χωρεῖν τοὺς ἀστραγάλους. Vertit Dalecampius: *arcula, in qua tali reconduntur.* Eiusdem ibi nota: vel πύργος, i. e. *fritillus seu alueolus, in quo ante iactum tali et tesserae iactantur.* Nec de ea voce ibi dubitandum videtur, nam et apud Hesychium in suo ordine occurrit, et simile quid significat, nempe infundibulum, per quod calculi in vrnam demittebantur. Hactenus *Berglerus.* Plura vide infra in Commentario.

65. κορἀλλιον. Cod. Vind. A. κοραλλειον. Defertum hic me video ab ope aliorum. Berglerus in verfione maiori litera retinuit Corallium, nihil tamen in notis attulit. Memineram apud Lucianum Apol. pro mercede cond. T. III. Bip. p. 564—570. prolixam fatis notam — memineram Ez. Spanhemium de V. et P. Numifmatum T. I. p. 242. legere, denuo tamen euolutis nihilo fapientior factus fum. Fortaffe, aliquando cogitabam, curaliis vfi funt pro teffellis luforiis; (*Spielmarken*) fed tum Pluralis fine dubio ftare debebat: Erat etiam, vbi κΟΥραλιον legi poffe hariolarer, vt, praefertim fi fequens καὶ ante Ἀδωνιν deleas, ad amafium referatur ita: *venias comitem habens* pupulam *tuam* (Püppchen) *Adonin.* Neutrum placet. Iam vero video, Gloffatori Eichftad. fimile quid in mentem veniffe, quamquam in alio verbo, nempe ad κήτιον adfcripfit νήττιον [*anatula*, quod an in blanditiis amatoriis in vfu fuerit, fateor me ignorare] vel κήριον, (Wachsbild) Euthydemum nempe.

65. σὸν, quam voculam reftituit Alciphroni Doruilius ad Charitonem p. 473. nec commode poteft abeffe.

## COMMENTARIVS.

3. τῆς ἀηδίας. Exclamatio, vt apud Ariftophanem in Eccleſ. v. 782. τῆς μωρίας, *hem ſtultitiam!* Achilles Tatius Lib. V. p. 329. εἶπας γὰρ, ἔφην, ὅτι ἔγημα; ἀπολώλεκάς με. τῆς εὐηθείας. *Etiamne igitur, inquam, me illam duxiſſe narraſti? perdidiſti me, hem ſtultitiam!* Addit Genitiuo particulam οἴμοι Ariftophanes in Nub. v. 925. οἴμοι σοφίας, ἧς ἐμνήσθης. *Bergler.*

9. ὑπῆρξε καὶ Φίλωνι συκίνη βακτηρία. Videtur prouerbium eſſe, quod tamen *nullibi*, quod ſciam, occurrit. Simile, ἐγένετο καὶ Μάνδρωνι συκίνη ναῦς, cuius Suidas meminit in ἐγένετο, et Zenobius Cent. III. 44. et ex his fine dubio Eraſmus. Exponitur autem de iis, qui praeter meri-

tum ad felicitatem et opes euecti, insoleſcunt. *Bergler.* — Hoc prouerbium omnino ignotum non fuiſſe, patet ex Heſychio, vbi Σύκινον — ἀσθενὲς — · Συκίνη μάχαιρα — Σκυτίνη ἐπικουρία, quod in συκίνη iam ſuo tempore cenſuit mutandum H. Stephanus. Sic apud Ariſtophanem Lyſiſtr. v. 110. συκίνη ἐπικουρία, et Plut. v. 947. σύζυγος σύκινος. in quibus omnibus dominatur notio infirmitatis. v. etiam Apoſtol. Prouerb. Cent. VI. 79. Sed quid Philone agam, neſcio. Huius nominis virum, qui Megarae et Bacchidis aetate vixerit, ignoro; et ſi noſſem, exputandum mihi eſſet, quid egerit, vt ſiculneus baculus ad eum accommodaretur. Sed prouerbia ſaepenumero originem debent rei inter paucos geſtae, cuius memoria apud poſteros mox intercidere ſolet.

16. τὸν Ἄδωνιν περιέψυχες. Lucianus Dial. Meretric. 7. (T. VIII. Bip. p. 227.) σὺ δὲ ἐκεῖνον μὲν ἀπεμύκτισας (vel ἀπεμυκτήρισας) καθεύδεις δὲ μετὰ τοῦ Ἀδώνιδος Χαιρέου. Ariſtaenetus Lib. I. Ep. 8. de adoleſcente quodam: ἔστιν αὐτὸς περιπόθητος Ἀδωνις ταῖς ἑταίραις. *Bergler.*

16. ἡ Περσεφόνη παραλάβῃ. Apud Lucianum in Dial. Deor. XI. (T. II. Bip. p. 34.) vbi Venus et Luna colloquuntur, Venus conqueritur de filio ſuo, quod ipſam amoribus hominum irretiat: ἐκεῖνος ὑβριστής ἐστιν. ἐμὲ γοῦν τὴν μητέρα οἷα δέδρακεν; ἄρτι μὲν ἐς τὴν Ἰδὴν καταγων Ἀγχίσου ἕνεκα, τοῦ Ἰλιέως· ἄρτι δὲ ἐς τὸν Λίβανον ἐπὶ τὸ Ασσύριον ἐκεῖνο μειράκιον, ὃ καὶ τῇ Περσεφάττῃ ἐπέραστον ποιήσας ἐξ ἡμισείας ἀφείλετό με τὸν ἐρώμενον, vt nempe alternatim eo fruantur altera anni parte apud Superos eo commorante, altera apud Inferos, quae res in Adoniis ſacris obſeruabatur. *Bergler.* Hemſterhuſius ad hunc Luciani locum ablegat etiam ad Orphei Hymnum LV.

18. ἄψομαί σου τῆς καρδίας. Euripides in Rheſo v. 916. ἦ πολλὰ — τῆς ἐμῆς ἥψω φρενός. Idem in Hecuba v. 243. — οὐ γὰρ ἄκρας καρδίας ἔψαυσέ μου. *Bergler.*

18. ὅσων χαρίτων πλῆρες. Aelianus Var. Hiſt. Lib. XIII. c. 1. ἦν οὖν τὸ χωρίον χαρίτων ἀνάμεστον. *Bergler.*

19. εἰς ἀλεκτρυόνων ᾠδάς. Heliodorus Lib. VII. p. 370. εἰς ἀλεκτρυόνων ᾠδὰς τετελευτηκότα. Ariſtaenetus Lib. I. Ep. 24. τοιαῦτα μὲν οὖν ἥδον ἐκεῖνοι σχεδὸν εἰς ἀλεκτρυόνων ᾠδάς. *Bergler.* Addit Arnaldus in Miſc. Obſ. T. V. p. 62. ex Longo p. 69. ἀλλὰ πῦρ καύσαντες μέγα περὶ ᾠδὰς ἀλεκτρυόνων, et quod propius huc facit, Tibulli Lib. I. Eleg. 10. v. 61. *Illam ſaepe ferunt conuiuia ducere Baccho, Dum rota Luciferi prouocet orta diem.*

25. Φιλονεικία — ὑπὲρ τῆς πυγῆς. Tale certamen memorat Athenaeus Lib. XII. in fine: ἀνδρὶ ἀγροίκῳ· ἐγένοντο δύο θυγατέρες καλαί. αὗται φιλονεικήσασαί ποτε πρὸς ἑαυτὰς, προελθοῦσαι ἐπὶ τὴν λεωφόρον, (viam publicam) διεκρίνοντο, πότερα εἴη καλλιπυγοτέρα. *Bergler.* Iuuenis praeteriens hoc tali ſpectaculo abreptus, vtriusque laudauit dotes, ſed ſecundum maiorem natu ſororem pronuntiauit. Domum reuerſus, quum pater coniugium cum puella ruſtica nollet concedere, morbo decubuit, ſed fratri ſaluam mouit: qui quum itidem ſpectatum veniſſet, natu minorem ſibi deſtinauit vxorem. Pater tandem adnuit, ſorores vero hac ἐπιδείξει amplas facultates nactae, Veneri Callipygae templum dedicarunt Syracuſis, quod exemplum deinde aliae vrbes ſecutae, et eiusmodi Veneris ſtatua ſeruabatur olim Romae in palatio Farneſiano, nunc Neapoli latet in angulo officinae murrhinariae, aliaeque alibi. v. Heynii antiquariſche Aufſätze T. I. p. 153. cf. etiam Luciani Amores §. 13. ſſ. T. V. Bip. p. 271. et Theoph. Siegf. Bayer de Venere Cnidia in Opuſc. p. 2. — Eſt etiam Epigramma in Anthologia Cephalae, quod poſt Reiskium in Miſc. Lipſ. nouis T. IX. p. 107. Pierſonum in Veriſimil. p. 93. Toupium in Ep. Crit. p. 69. 70. ed. Lipſ. Schneiderum in periculo critico in Anthol. p. 3. et 103 et Brunkium in Analectis T. II. p. 390. exſcripſi, vti eſt in editione Cel. Iacobs. T. III. p. 98.

Πυγὰς αὐτὸς ἔκρινα τριῶν, εἵλοντο γὰρ αὐταὶ,
Δείξασαι γυμνὴν ἀστεροπὴν μελέων.
Καὶ ῥ' ἡ μὲν τροχαλοῖς σφραγιζομένη γελασίνοις
Λευκὴ ἀπὸ γλουτῶν ἤνθεεν εὐαφίη.
Τῆς δὲ διαιρομένης φοινίσσετο χιονέη σὰρξ,
Πορφυρέοιο ῥόδου μᾶλλον ἐρυθροτέρη.
Ἡ δὲ γαληνιόωσα χαράσσετο κύματι κωφῷ,
Αὐτομάτῃ τρυφερῷ χρωτὶ σαλευομένη.
Εἰ ταύτας δὲ θεῶν ὁ κριτὴς ἐθεάσατο πυγὰς,
Οὐκέτ' ἂν οὐδ' ἐσιδεῖν ἤθελε τὰς προτέρας.

28. βόμβυξ. Notandum de ipsa veste. Propertius Lib. II. Eleg. 2. v. 25. *Nec si qua Arabio lucet bombyce puella.* Sericae vestes sine dubio eaedem, de quarum tenuitate Seneca Lib. VII. de beneficiis: *Video fericas vestes, si vestes vocandae sunt, in quibus nihil est, quo defendi corpus, aut denique pudor possit, quibus sumtis mulier parum liquido nudam se non esse iurabit. Bergler.*

29. πηκτὸν γάλα. Μελίπηκτον, quod Berglerus in prioribus editionibus inuenerat, pro quo tamen νεόπηκτον maluit, est apud Athenaeum Lib. XIV. p. 641. ex Antiphane, apud Plutarchum in Apophthegm. Lacon. p. 22. ed. Gierig., apud Lucianum in Asino §. 46. T. VI. Bip. p. 186. Μελίκρητον eiusdem fere notionis inuenitur ap. Homerum Odyss. K. v. 519. vbi Scholiastes: μελίκρατον est μέλι μετὰ γάλακτος. Cibus ex lacte, melle et aliis compositus Κάνδυλος (apud Menandrum p. 177. ed. Clerici Κάνδαυλος) etiam occurrit. Hesychius: Κάνδυλος. διὰ ἐλαίου καὶ γάλακτος καὶ τυροῦ καὶ μέλιτος πέμμα ἐδώδιμον, vbi in notis laudatur Athenaeus Lib. XII. p. 516. Photii Lexicon Ms. Κάνδυλος. σκευασία ὀψοποιικὴ μετὰ γάλακτος καὶ στέατος καὶ μέλιτος. ἔνιοι δὲ, διὰ κρέως καὶ ἄρτου, καὶ τυροῦ, οὕτως Ἀριστοφάνης.

29. ἀνεσάλευσε τὴν ὀσφῦν. Saltationes etiam quasdam obscoenas memorat Iulius Pollux. Lib. IV. Segm. 101.

p. 407. quae consistebant ἐν τῇ περιφορᾷ τῆς ὀσφύος. *Bergler.* Huc pertinent motus Ionici apud Horatium Lib. III. Od. 6. v. 21. vide etiam Meursium in Orchestra p. 4. Ad nostram vsque aetatem eiusmodi lasciuas saltationes in illis regionibus esse propagatas, testantur Itineraria passim.

31. ἐνεργοῦσα. De hoc verbo in re Venerea vsitato, infra Lib. III. Ep. 55. *Bergler.*

35. παρευδοκίμησεν. Lucianus in Zeuxide §. 7. (T. IV. Bip. p. 131.) ἀλλὰ παρευδοκιμεῖ τὴν ἀκρίβειαν τῶν ἔργων ἡ τῆς ὑποθέσεως καινοτομία. *verum argumenti nouitas operis praestantiam gloria vincit.* Idem de mercede conductis §. 27. (T. III. Bip. p. 250.) ἀνιᾷ δή σε πολλὰ — καὶ μάλιστα ὅταν σε παρευδοκιμῇ κίναιδός τις. Idem in Hermotimo §. 51. (T. IV. p. 68.) οὐ πάνυ ἡδεῖά ἐστιν αὐτὴ (ἡ ἀλήθεια) τοῖς ἀκούουσιν, ἀλλὰ παρευδοκιμεῖται ὑπὸ τοῦ ψεύδους παρὰ πολύ. Praepositio in hoc verbo, vt in παρελαύνω *praeteruehor* in certaminibus equestribus, quod et ipsum simpliciter quandoque pro *superare* accipitur. *Bergler.* Plura illius aetatis scriptorum exempla de voce παρευδοκιμεῖν vide apud Ill. Locellam ad Xenophontem Ephes. p. 148.

35. οὐ γὰρ διὰ παραπετασμάτων. De rebus apertis. Sic Aeschylus de claro et perspicuo oraculo in Agamemnone v. 1187. Καὶ μὴν ὁ χρησμὸς οὐκέτ' ἐκ καλυμμάτων Ἔσται δεδορκὼς νεογάμου νύμφας δίκην. *Atqui oraculum non amplius ex tegumento prospectabit recens nuptae sponsae instar.* *Bergler.*

37. οὐ φιλεῖ προφάσεις ἀγών. Prouerbium, quod Erasmus apud Platonem Lib. VI. de Legibus sub initium occurrere iam adnotauit. Occurrit autem et in Cratylo (T. III. Bip. p. 308) οὐ μέν τοι μοι δοκεῖ προφάσεις ὁ ἀγὼν εἰσδέχεσθαι· ἀλλὰ προθυμητέον αὐτὰ διασκέψασθαι, quod Euripides Iphigenia in Tauris v. 122. sic dicit: τιλμητέον. Μόχθος γὰρ οὐδεὶς τοῖς νέοις σκῆψιν φέρει. Plutarchus de Solertia anim. p. 975. παραιτεῖσθαι δ' οὐκ

ἔστιν. οὐ γὰρ βούλομαι Πινδάρου ζηλωτὴς ὢν ἀκοῦσαι τὸ, Τιθεμένων ἀγώνων πρόφασις ἀρετὰν ἐς αἰπὺν ἔβαλε σκότον. *Bergler.*

38. ὑποσιμώσασα τὴν ὀσφῦν. Henr. Stephanus in ὑποσιμόω, *aliquantulum pando.* Alciphr. μικρὸν ὑποσιμώσασα τὴν ὀσφῦν. *pandens et curuans. Describit enim habitum mulieris clunes exhibentis ad spectandum candorem, et ob hoc se leuiter lumbis curuantis, ita vt lumbos paululum supinos faceret. Budaeus.* Haec illi. Verbo σιμῶσαι in statu luctatoris describendo vtitur Heliodorus Lib. X. p. 512. προβάλλει δὲ ἐκτάδην τὼ χεῖρε, καὶ τοῖν ποδοῖν τὴν βάσιν εἰς τὸ ἑδραῖον διερεισάμενος, τὴν δὲ ἰγνύαν σιμώσας, (poplite inflexo incuruatoque) καὶ τοὺς ὤμους καὶ μετάφρενα γυρώσας, καὶ τὸν αὐχένα μικρὸν ἐπικλίνας, τό τε ὅλον σῶμα σφηκώσας (contrahens) εἱστήκει τὰς λαβὰς τῶν παλαισμάτων ὠδίνων (cupide exspectans.) Achilles Tatius Lib. I. p. 43. de equo, qui ferociens freno obluctatur: καὶ ὁ ἵππος ἐκταραχθεὶς πηδᾷ ὄρθιον (mallem ὄρθιος) ἀρθεὶς, καὶ ἀλογίστως ἐφέρετο. Τὸν γὰρ χαλινὸν ἐνδακὼν, καὶ τὸν αὐχένα σιμώσας, καὶ φρίξας τὴν κόμην, εἰστρηθεὶς τῷ φόβῳ, δι' ἀέρος ἵπτατο. Quae loca ambo in fine deformantur inepte turgentibus metaphoris, qualia multa in illius farinae scriptoribus. *Bergler.*

43. τοὺς γελασίνους ἐπ' ἄκρων. Videtur omnino de eadem re loqui Distichon apud Suidam in Γελασίνοις.

Καὶ ῥ' ἡ μὲν τροχαλοῖς σφραγιζομένη γελασίνοις
Λευκὴ ἀπὸ (mallem ἐπὶ B.) γλουτῶν ἤνθεεν εὐβαφίην.

*Atque illa quidem rotundis notata risus notulis. Candida in clunibus floreſcebat pulcro colore.* Exponit Suidas γελασίνοις· γραμμαῖς ταῖς ἐκ τοῦ γελᾶν γιγνομέναις, *lineis, quae ex risu exsistunt.* Retinuit, vt notum est, Martialis vocem Graecam de istis lineis siue potius lacunulis

in vultu ridentium loquens: *Nec grata eſt facies, cui gelaſinus abeſt.* [Lib. VII. Epigr. 24.] In ἐπ' ἄκρων autem ſubaudi τῶν ἰσχίων. *Bergler.*

52. τοὺς ἐραστὰς κακῶς εἰποῦσαι. Eleganter et ex natura. Gloſſ. Eichſtad.

55. ἔξοινοι. Athenaeus Lib. XV. p. 685. ἐπεὶ δὲ σ' ὁρῶ ἔξοινον ἤδη γεγενημένον, οὕτως δ' εἴρηκε τὸν μεθύσην Ἄλεξις — παύσομαι σ' ἐρεσχελῶν. *quoniam autem te video iam ἔξοινον eſſe factum, ita enim ebrium dixit Alexis, deſinam te laceſſere.* Apud eumdem aliquoties alibi. *Bergler.*

62. ἑστιώμεθα. Pro ἑστιατόμεθα, vt ἐλᾷς pro ἐλάτεις, ἐλῶμεν pro ἐλάσομεν, quae ſaepius occurrunt, et ſolet in verbis etiam *primae contractorum* id fieri ſaepiſſime. Omnia autem talia quidam ex recentioribus pro *Futuris ſecundis* habent. *Bergler.* Praeſentia omnino ſaepe pro Futuris. v. Markland ad Euripid. Supplices v. 154.

63. τὸν γὰρ τῆς Ἀφροδίτης ἐρώμενον στέλλει. Hic στέλλειν nihil aliud eſt, quam *adornare*, κοσμεῖν, qua voce in hac re vtitur Theocritus in Adoniaz. v. 22. Βᾶμες — Θασόμεναι τὸν Ἄδωνιν· ἀκούω χρῆμα καλόν τι Κοσμῆν τὰν βασίλισσαν. — *Eamus ſpectaturae Adonidem; audio enim pulcrum aliquid inſtruere Reginam.* Bergler.

64. ὅπως δ' ἥξεις φέρουσα. Frequens haec ellipſis. Haec loca huic perquam ſimilia: Phlatonis in Hippia maiore: (T. XI. Bip. p. 15.) ἀλλ' ὅπως παρέσῃ καὶ αὐτὸς, καὶ ἄλλους ἄξεις, οἵτινες ἱκανοὶ ἀκούσαντες κρῖναι τὰ λεγόμενα. Ariſtophanes in Auibus v. 131. vbi quidam dicit, ſe huiusmodi quamdam ciuitatem exoptare: Ὅπου τὰ μέγιστα πράγματ' εἴη τοιάδε· Ἐπὶ τὴν θύραν μου πρῷ τις ἐλθὼν τῶν φίλων λέγει ταδί· πρὸς Διὸς τουλυμπίου Ὅπως παρέσῃ μοι καὶ σὺ καὶ τὰ παιδία Λουσάμενα πρῷ· μέλλω γὰρ ἑστιᾶν γάμους. Καὶ μηδαμῶς ἄλλως ποιήσεις, εἰ δὲ μή, Μή μοι τότε γ' ἐλθῇς,

ὅταν ἐγὼ πράττω κακῶς. Haec formula communis inuitantium. *Bergler.*

65. κήτιον. Hesychius: κήτιον, ᾧ τὰς ψήφους διωθοῦσιν ἐν τοῖς κληρωτηρίοις. Deinde sub κήδεια· κηδάρια, τὸ ὀξύβαφα, ἐν οἷς τοὺς κήβους ἔβαλον. Photii Lex Ms. κήθια· ὀξύβαφα, οἷς κυβεύουσιν. Et: κήθιον, πλεκτόν τι σύστομον, εἰς ὃ ἐντιθέντες τοὺς ἀστραγάλους βάλλουσιν. Plura Schol. ad Aristophanis Vesp. v. 672. Eustathius ad Homeri Il. X. v. p. 1250. χείτιον scribit παρὰ τοῦ χεῖσθαι. ἤγουν χωρεῖν. *Alberti* ad Hesych.

---

## Epistola XL.

### Φιλουμένη Κρίτωνι.

Τί πολλὰ γράφων ἀνιᾷς σεαυτόν; πεντήκοντά σοι χρυσῶν δεῖ, καὶ γραμμάτων οὐ δεῖ. Εἰ μὲν οὖν φιλεῖς, δός· εἰ δὲ φιλαργυρεῖς, μὴ ἐνόχλει. Ἔρρωσο.

## ADNOTATIO CRITICA.

1. σεαυτόν. Cod Vind. A. σαυτόν.

2. σοί. Vnicuique hanc epistolam vel perfunctorie legenti protinus palam fiet, non σοὶ sed μοὶ legendum esse, ait *Arnaldus* Misc. Observ. T. V. p. 63. Eiusdem sententiae est Schraderus ad Musaeum p. 323. Qualis enim, inquit, haec locutio σοὶ χρυσῶν δεῖ, pro numos aureos mittere debes mihi? Ad quae vicissim Schneiderus in Anacreontem p. 171. sic interrogat: Quis vero ita te vertere

iussit locum? Mittere Philumenae quidem debebat aureos, quos tamen non poterat, nisi ipse haberet. Addit vero Schraderus ibidem aliam huius epistolae emendationem. Non peius, ait, scriberetur, si quid video ἀνιᾷς ἑαυτὴν, scribendo *me* enecas, locutione erudita et ab aliis dudum illustrata. Sed nec hanc ego vulgatae anteponerem.

Finis Libri primi.

# ALCIPHRONIS
RHETORIS
# EPISTOLAE.

## LIBER SECVNDVS.

### Epistola I.

Λάμια Δημητρίῳ.

Σὺ ταύτης τῆς παῤῥησίας αἴτιος· τοσοῦτος ὢν βασιλεὺς, εἶτα ἐπιτρέψας καὶ ἑταίρᾳ γράφειν σοι· καὶ οὐχ' ἡγησάμενος δεινὸν ἐντυγχάνειν τοῖς ἐμοῖς γράμμασιν, ὅλῃ μοι ἐντυγχάνων. Ἐγὼ, δέσποτα Δημήτριε, ὅταν μὲν ἔξω σε θεάσωμαι καὶ ἀκούσω μετὰ τῶν δορυφόρων καὶ τῶν στρατοπέδων καὶ τῶν πρεσβέων καὶ τῶν διαδημάτων, νὴ τὴν Ἀφροδίτην πέφρικα καὶ δέδοικα καὶ ταράττομαι καὶ ἀποστρέφομαι ὡς τὸν ἥλιον; μὴ ἐπικαῶ τὰ ὄμματα· καὶ τότε μοι ὄντως ὁ πολιορκητὴς εἶναι δοκεῖς Δημήτριος. Οἷον δὲ καὶ βλέπεις τότε, ὡς πικρὸν καὶ πολεμικόν· καὶ ἀπιστῶ ἐμαυτῇ καὶ λέγω· Λάμια, σὺ μετὰ τοῦδε καθεύδεις; σὺ διὰ

νυκτὸς ὅλης αὐτὸν καταυλεῖς; σοὶ νῦν οὗτος ἐπέσταλκε; σοὶ Γναθαιναν τὴν ἑταῖραν συγκρίνει; καὶ ἠλογημένη σιωπῶ καὶ εὐχομένη θεάσασθαι παρ' ἑαυτῇ. Καὶ ὅταν ἔλθῃς, προσκυνῶ σε, καὶ ὅταν περιπλακεὶς μέγα φιλῇς, πάλιν πρὸς ἐμαυτὴν τἀναντία λέγω· οὗτός ἐστιν ὁ πολιορκητὴς; οὗτός ἐστιν ὁ ἐν τοῖς στρατοπέδοις; τοῦτον φοβεῖται Μακεδονία; τοῦτον ἡ Ἑλλάς; τοῦτον ἡ Θρᾴκη; νὴ τὴν Ἀφροδίτην σήμερον αὐτοῖς τοῖς αὐλοῖς ἐκπολιορκήσω, καὶ ὄψομαι, τί με διαθήσει. Μεῖνον εἰς τρίτην, παρ' ἐμοὶ γὰρ δειπνήσεις, δέομαι. Τὰ Ἀφροδίσια ποιῶ ταῦτα κατ' ἔτος, καὶ ἀγῶνα ἔχω, εἰ τὰ πρότερα τοῖς ὑστέροις νικᾷ. Ὑποδέξομαι δέ σε ἐπαφροδίτως καὶ ὡς ἔνι μάλιστα πιθανῶς, ἂν μοι περιουσιάσαι γένηται ὑπὸ σοῦ, μηδὲν ἀνάξιον τῶν σῶν ἀγαθῶν ἐξ ἐκείνης τῆς ἱερᾶς νυκτὸς ἔτι πεποιηκυίᾳ, καί τοι σοῦ γε ἐπιτρέποντος, ὅπως ἂν βούλωμαι, χρῆσθαι τῷ ἐμῷ σώματι· ἀλλὰ κέχρημαι καλῶς καὶ ἀμίκτως πρὸς ἑτέρους. Οὐ ποιήσω τὸ ἑταιρικὸν, οὐδὲ ψεύσομαι, δέσποτα, ὡς ἄλλαι ποιοῦσιν· ἐμοὶ γὰρ ἐξ ἐκείνου, μὰ τὴν Ἄρτεμιν, οὐδὲ προσέπεμψαν ἔτι πολλοί, οὐδὲ ἐπείρασαν, αἰδούμενοί σου τὰς πολιορκίας. Ὀξύς ἐστιν ὁ Ἔρως, ὦ βασιλεῦ, καὶ ἐλθεῖν καὶ ἀναπτῆναι· ἐλπίσας πτεροῦται, καὶ ἀπελπίσας ταχὺ πτεροῤῥυεῖν εἴωθεν ἀπογνωσθείς. Διὸ καὶ μέγα τῶν ἑταιρουσῶν ἐστι σόφισμα, ἀεὶ τὸ παρὸν τῆς ἀπολαύσεως ὑπερτιθεμένας ταῖς

ἐλπίσι διακρατεῖν τοὺς ἐραστάς· (πρὸς ὑμᾶς δὲ οὐδὲ ὑπερτίθεσθαι ἔξεστιν, ὥστε Φόβον εἶναι κόρον·) λοιπὸν ἡμᾶς δεῖ τὰ μὲν πονεῖν, τὰ δὲ μαλακίζεσθαι, τὰ δὲ ᾄδειν, τὰ δὲ αὐλεῖν, τὰ δὲ ὀρχεῖσθαι, τὰ δὲ δειπνοποιεῖν, τὰ δὲ κοσμεῖν σοι τὸν οἶκον, τὰς ὀπωρσοῦν ἄλλως ταχὺ μαραινομένας μεσολαβοῦσας χάριτας, ἵνα μᾶλλον ἐξάπτωνται τοῖς διαστήμασι εὐαλούστεραι αὐτῶν αἱ ψυχαί, Φοβουμένων, μὴ ἄλλο πάλιν γένηται τῆς ἐν τῷ παρόντι τύχης κώλυμα. Ταῦτα δὲ πρὸς μὲν ἑτέρους τάχα ἂν ἐδυνάμην, βασιλεῦ, Φυλάττεσθαι καὶ τεχνιτεύειν· πρὸς δὲ σὲ, ὃς οὕτως ἤδη ἔχεις ἐπ' ἐμοὶ, ὡς ἐπιδεικνύναι με καὶ ἀγάλλεσθαι πρὸς τὰς ἄλλας ἑταίρας, ὅτι πασῶν ἐγὼ πρωτεύω, μὰ τὰς Φίλας Μούσας, οὐκ ἂν ὑπομείναιμι πλάττεσθαι. Οὐχ οὕτως εἰμὶ λιθίνη. Ὥστε ἀφεῖσα πάντα καὶ τὴν ψυχὴν ἐμαυτῆς εἰς ἀρέσκειάν σου, ὀλίγον ἡγήσομαι δαπανῆσαι. Εὖ οἶδα γὰρ, ὅτι οὐ μόνον ἐν τῇ Θηριππιδίου οἰκίᾳ, ἐν ᾗ μέλλω σοι δο τὸ τῶν Ἀφροδισίων εὐτρεπίζειν δεῖπνον, ἔσται διαβόητος ἡ παρασκευὴ, ἀλλὰ καὶ ἐν ὅλῃ τῇ Ἀθηναίων πόλει, νὴ τὴν Ἄρτεμιν, καὶ ἐν τῇ Ἑλλάδι πάσῃ. Καὶ μάλιστα οἱ μισητοὶ Λακεδαιμόνιοι, ἵνα δοκῶσιν ἄνδρες εἶναι οἱ ἐν Ἐφέσῳ ἀλώπεκες, οὐ παύσονται τοῖς Ταϋγέτοις ὄρεσι καὶ ταῖς ἐρημίαις ἑαυτῶν διαβάλλοντες ἡμῶν τὰ δεῖπνα, καταλυκουργίζοντες τῆς σῆς ἀνθρωποπαθείας. Ἀλλ' αὐτοὶ μὲν χαιρόντων, δέσποτα·

τοσὺ δὲ ἐμοὶ μέμνησο φυλάξαι τὴν ἡμέραν τοῦ δείπνου, καὶ τὴν ὥραν, ἣν ἂν ἕλῃ. ἀρίστη γὰρ, ἣν βούλει. Ἐρρῶσο.

(In editionibus huic epistolae praemittitur: ἀρχὴ τοῦ δευτέρου τμήματος, quod cum ab auctore non esse satis adpareat, nosque etiam tertium librum addamus, vbi nihil tale exstat, omittendum hic putauimus, ne postea cogeremur aliquid de nostro addere. *Bergler.*)

## ADNOTATIO CRITICA.

1. τοσοῦτος. Male vulgo, at non in libro nostro abest, ait Doruilius ad Charit. p. 473. Itaque recepi.

2. εἶτα ἐπιτρέψας. Vtramque, nisi attenderis, vocem emendare in mentem venire alicui possit, saltem ἐπέτρεψας ponere. Sed salua res est: εἶτα est *tamen*, vti recte vertit Berglerus. v. Lib. I. Ep. 38. cf. Arnaldum Misc. Obseru. T. V. p. 60. et ἐπιτρέψας referendum ad αἴτιος: *in causa es, quoniam permisisti.*

9. ὡς τὸν ἥλιον. Nonne fortasse melius sit τοῦ ἡλίου, vt iste Genitiuus pendeat ab ἀπὸ, quod est in verbo ἀποστρέφεσθαι, vel ὡς πρὸς τὸν ἥλιον?

12. πικρόν. Erat in textu Bergleri μικρὸν, pro quo tamen in nota malebat legere ὡς φρικτόν [fortasse praecedenti πέφρικα motus] Addit deinde: Talis enim erat adspectus Demetrii. Plutarchus in eius vita non longe a principio: τὸ γὰρ αὐτὸ (πρόσωπον) χάριν καὶ βάρος καὶ φόβον καὶ ὥραν εἶχε. Mox: οὕτω δέ πως καὶ τὸ ἦθος ἐπεφύκει πρὸς ἔκπληξιν ἀνθρώπων ἅμα καὶ χάριν. Inferius etiam p. 897. concinnam quamdam et argutam sententiam, praeter morem suum, de ea reposuit: μεγέθει μὲν γὰρ ἐξέπληττε καὶ τοὺς φίλους, κάλλει δὲ καὶ τοὺς πολεμίους ἔτερπε. Haec *Bergler.*

Incertus auctor in Misc. Obs. Vol. II. T. I. p. 94. 95. mauult πικρὸν vel μανικόν. [sed Lamia non ita inurbana fuit, vt tam graui verbo vteretur.] Alius, sine dubio Burmannus, in subiecta nota σμερδνὸν reponi posse existimat, quod semel occurrit apud Homerum Hymno in Solem v. 9. Ad sensum bene, si Hesychium consulas: Σμερδνόν· δεινὸν, καταπληκτικὸν, πολεμικὸν, σκυθρωπόν; sed doctius est, quam pro meretricula, et a scriptura nimium discedens.

Arnaldo in Misc. Obs. Vol. V. p. 273. placuit πικρὸν, idem Irmisco in Diss. ad suspectum Ciceronis locum — idem Cl. Herelio in Actis Klotzianis T. III. p. 92. — idem denique ipsi Berglero ad Lib. III. Ep. 59. idque ipsum exhibet Codex Doruillianus v. ad Charit. p. 420. et 485.

16. συγκρίνει. Vertit Berglerus: *Tibi Gnathaenam meretricem comparat?* Arnaldus loco modo laudato p. 273. aut se falli ait, aut legendum οὐ συγκρίνει, *tibi ne Gnathaenam quidem, celebrem illam meretricem comparat?* Si enim id, quod in versione Bergleri est, exprimere voluisset Alciphron, scripsisset: Σὲ Γναθαίνᾳ συγκρίνει, quod tamen dilutum fore autumat Arnaldus — Ego vero, quae mea fortasse hebetudo est, nihil diluti video, immo vero vrbanitatem spirare sic videtur oratio, qua Gnathaenae pulcritudini nihil detrahere cupit Lamia: Me cum amica Gnathaena, tam pulcra, adeo comparat, aeque pulcram me iudicat, illi non postponit? Libri si addicerent, hanc dilutam ex mente Arnaldi lectionem vulgatae adeo praeferrem. Sed et vulgata recte habet: reciprocatur enim oratio, et relatiua est sententia: confert cum Gnathaena me, mecum Gnathaenam? Fieri etiam potuit, vt hanc talem ambiguitatem de industria Lamia sectaretur.

16. ἠλογημένη etc. Primum, quae Berglerus attulit, operas huc transferre iussi. Sic igitur ille: Guil. Budaeus Comment. Gr. L. p. 1515. ἀλογεῖσθαι *dicitur is, cuius ratio non habetur, qui neglectim transmittitur et praeteritur. Apud Alciphronem Lamia Demetrio ita scribit:* καὶ ἠλογημένη etc.

*et neglecta a te interque amicas praeterita taceo, apud me ipsam vota faciens, vt videre tantum te liceat.* Henr. etiam Stephanus haec repetens consentit in hanc expositionem, quae tamen historiae repugnat, nec menti auctoris satis congruit, nam minime contemtim habita fuit. [Plutarchi tamen loca ipsa probant, Lamiam non solam fuisse, quam amaret, nec tam duriter opus est vt vertas: contentim habita fuit. W.] Plutarchus in vita Demetrii p. 895. tam efflictim amatam ab eo fuisse dicit, ὥστε ἐκείνης εἶναι μόνης ἐραστήν, τῶν δὲ ἄλλων ἐρώμενον. et p. 901. οὐ μόνον δὲ ταῖς γαμεταῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς φίλοις τοῦ Δημητρίου ζῆλον καὶ φθόνον εὐημεροῦσα καὶ στεργομένη παρεῖχε. Et, quaeso, quid faceret hic eius rei commemoratio, cum non patientiam suam aut tolerantiam praedicare Lamia velit, sed felicitatem et laetitiam, quod talem ac tantum amatorem habeat: idque incredibile videri dicit, vt tanta maiestas se ita demittat, sicut paullo ante dixerat ἀπιστῶ ἐμαυτῇ, vt solent, qui insperata laetitia perfunduntur. Heliodorus Lib. I. p. 20. ἠπίστει κατέχουσα. *quamvis illum teneret, vix tamen ipsa sibi credebat.* Ergo ἠλόγημαι interpretor *ratione in hoc destituor, superat haec res captum mentis meae;* [cuius significationis exemplum Berglero submininistrat Arnaldus ex Luciani Ocyp. v. 142.] vnde ἠλογημένον dixit Dionys. Areopagita *ratione vacuum* vt ipse Budaeus ibi adnotat et interpretatur. Quam significationem debuerat et in Alciphronis loco agnovisse. Apud Etymologum ὃ ἠλόγηται et ἠλογημένον, *quod contra rationis regulam fit*, vt recte adnotauit diligentissimus Sylburgius in Indice. Hesychius: ἀλογηθῆναι· μωρανθῆναι. Sic itaque Berglerus. [Amat inprimis Polybius ἀλόγημα, cuius, si recte computaui, sex attulit exempla Cel. Schweighaeuser in Indice accuratissimo, et notione quidem *absurditatis, erroris, absurde et imprudenter facti, peccati.* Sic et ἀλογίαν saepe vsurpat. Verbo ἀλογεῖσθαι etiam bis vsus est VIII, 2. 4. et. XXVIII, 9. 8. pro *decipi.* W.]

Arnaldus l. c. p. 273. Budaeo accedit quidem in significatione *neglectus*, refert tamen non ad Gnathaenam, sed ad tempora, quibus Demetrius negotiis detentus, Lamiae operam nauare non potuerit, [Crederem fortasse, nisi Gnathaenae antea mentio facta fuisset. W.] et opponi inuicem putat ἠλογημένην et ὅταν ἔλθῃς, item σιωπῶ et προσκυνῶ σε. Alium tamen restare scrupulum ait, minus quippe cohaerere illa: καὶ ἠλογημένη σιωπῶ καὶ εὐχομένη θεάσασθαι παρ' ἑαυτῇ; nam si ad εὐχομένη repetas (ἀπὸ τοῦ κοινοῦ) σιωπῶ, hoc nimis durum videri [nec hoc concesserim, immo vero linguae Graecae genio conuenientissima haec verbi sic in medio duorum participiorum, vt ad vtraque referatur collocatio videtur. W.] ac proinde malle se pro εὐχομένη legere εὔχομαι μόνῃ (*apud me solam, sine illa aulicorum turba videre.*)

Restat, vt, quomodo ego mihi locum expediam, et ita quidem, vt nihil mutem, exponam. Reciprocatio, quam supra posui, vocis συγκρίνειν sic satis bene procedit, fieri tamen etiam potuit, vt, quod ingenium est mulierciularum, aemulationis quemdam sensum expromtura Lamia ambiguitatem non in συγκρίνει tantum, sed etiam in ἠλογημένη sectaretur de industria, sperans quippe, si Demetrius litem ipsi de eo moueret, facile tamen sophismate effecturam, vt quidquid ipsa vellet, crederet rex amator. Sic igitur non tam verto, quam interpretor: „Talis tantusque rex literas „ad me mittis, qui, etiamsi „Gnathaenam eodem subinde, „ne neges! quo me loco „habes, neutiquam dolorem „prae me fero, tacite potius „mecum vota facio modesta, „vt domi meae ad me visere „tibi placeat." (Jene stille Eifersucht über Gnathänens Glück verdrängt doch bald der stille Wunsch, dich bey mir zu sehen.)

18. post περιπλακεὶς Gloss. Eichst. inserit ἐμέ.

21. φοβεῖται Arnaldus l. l. nec hic offenso transire potuit pede, aptioremque timendi notionem existimat Graecis quidem, Thracibusque, populis vicinis, Macedonibus non item ciuibus, qui amare potius, quam timere re-

gem debuerint. Mauult itaque legere τούτου ἡ Μακεδονία sc. ἐστί. Sed hoc est argutari.

22. αὐτοῖς τοῖς αὐλοῖς. Et hic difficilior, morosiorque iusto adparet Arnaldus, qui incommodum esse αὐτοῖς, nec nomen, ad quod verbum ἐκπολιορκήσω [Cod. Doruil. male habet ἐκπολιορκίσω] referatur, expressum esse existimat: Minime vero: Futurum enim illud refertur ad τοῦτον, quod nimis saepe, ter enim praecedit, ponere noluit Lamia; et si αὐτοῖς mutes in αὐτὸν, quod et Glossat. Eichst. visum est, haud parum profecto pulcritudinis decedat loco, in quo ad Regis cognomen adluditur. Hunc igitur Regem, ait Lamia, qui tot vrbes adhibitis machinis tormentisque bellicis expugnauit, hunc Ego longe minori negotio, *solis* tibiis expugnabo.

26. νικᾷ. Mallem νικᾶται pro νικᾷ. Videtur respicere ad prouerbium: δευτέρων ἀμεινόνων. *Bergler.* Hanc emendationem, non minus, quam aliam Irmisci in fine Diss. ad locum Ciceronis, qui νικῶ vti et Gloss. Eichst. suadet, tamen vocula εἰ minus facit probabilem, vti recte obseruat Arnaldus l. l. p. 274. sanitatemque loco restitui posse censet, si legas: Ἀεὶ τὰ πρότερα τοῖς ὑστέροις νικῶν. ἀεὶ placet, non item νικῶν, nisi refingas in νικῶσα.

28. πιθανῶς. Gloss. Eichst. ἐπιφανῶς. Acute sane, quum Θ et Φ. saepius permutentur.

28. περιουσιάσαι. Sic Berglerus suadebat pro vulgato: περιουσιῶσαι. Diodorus: Μινδυρίδης λέγεται περιουσιάσαι τρυφῇ, *Smindyrides dicitur* abundasse *luxu*, in Exc. Constant. Imp. Peiresc. v. et Eustathium p. 33. [inueni etiam apud Dion. Halicarn. Antt. Lib. VI. c. 65. p. 1212. Reisk.] — Recte coniecisti, bone Berglere! Codex Doruilianus habet tuum περιουσιάσαι. v. ad Charit. p. 444. et 549.

30. πεποιηκυίᾳ pro πεποιηκυίᾳ. Sic recte Berglerus, cui accedit Arnaldus l. c. p. 274. pendet enim Datiuus a praecedente μοί. Recepi igitur, non minus quam sequens σοῦ γε pro σοῦ τε, eodem Berglero suasore.

35. προσέπεμψαν. Hoc reposui pro προσέβλεψαν, iubente libro Doruiliano, v.

ad Charit. p. 549. Illud certe longe aptius mecum inuenient periti, et veritati adcommodatius.

37. ὦ. Deeſt in Codici Doruiliano, et abeſſe poteſt, abeſt etiam paullo infra hac ipſa epiſtola. Variant omnino librarii in hac vocula.

39. ἀπογνωσθείς. Cod. Doruil. habet ἀπογνωθείς. Nec hoc falſum. v. ad Charitonem p. 445. vbi plura ſic eiecti Σ. exempla adferuntur. Sic apud Noſtrum III, 5. πειραθεῖσα.

43. οὐδέ. Arnaldus l. l. οὐδέν. Nil opus.

43. φόβον εἶναι κόρον. Bergler: ὡς πεφοβημέναι κόρον. Ariſtophanes in Nub. v. 293. οὕτως αὐτὰς τετρεμαίνω καὶ πεφόβημαι. Timent autem copiam ſui nimiam facere, ne ſatietatem adferant amatoribus, et ſic iſti deſinant amare. Heliodorus Lib. I. p. 57. κόρος γὰρ ἔρωτος τῶν ἔργων τέλος. In hanc rem Ariſtaenetus Lib. I. Ep. 21. (p. 53. Abreſch. et Lectt. p. 132.) ἐλπιζόμενός ἐστιν ὁ γάμος ἡδύς, εὔχαρις, καὶ λίαν εὐκταῖος. γέγονε; περιεφρονήθη. Lucianus de Merc. cond. §. 7. (T. III. Bip. p. 224.) ἴσασι γὰρ ἐν τῷ τυχεῖν τὴν διάλυσιν τοῦ ἔρωτος γενησομένην. Haec Berglerus. Recte omnia ad ſententiam, dubito tamen, an emendatio propoſita πεφοβημέναι, etſi ingenioſa ſatis, locum hic tueri poſſit, niſi ſcribas ſaltem πεφοβημέναις ſcil. ἡμῖν. Sic fortaſſe voluit ipſe Berglerus, cui tamen operae non obtemperarunt. Breviori via, obſcuritate liberari poſſe locum credebam, ſi legas κόρου, ſed vidi occupatum ab Arnaldo. Gloſſ. Eichſt. Fortaſſe quis πόθον praeferat, vel ὥστε ΜΗ φόβον εἶναι κόρου. Alio tempore adſcripſit haec: Nihil certe mutarem. Audacius adhuc dictum Xenophontis Cyrop. IV. c. 5. §. 2. p. 151. ὄψον ἔχειν τὸν λιμόν.

44. λοιπὸν ἡμᾶς δεῖ — χάριτας. Adſcribam primo, vti Berglerus vulgauerat: λοιπὸν ἡμᾶς δεῖ τὰ μὲν, ποιεῖν· τὰ δὲ, μαλακίζεσθαι· τὰ δὲ, δειπνοποιεῖν· τὰ δὲ, κοσμεῖν σοι τὸν οἶκον· τὰς δὲ, ὁπωσοῦν ἄλλως ταχὺ μαραινομένας μεσολαβούσας χρήσεις, ἵνα etc. His adſcripſe-

rat Berglerus, nihil huc facere sibi videri ΣΟΙ. [habet tamen liber Doruilianus et defendi potest. v. Deuarium p. 129. Jensium ad Luciani Timonem T. I. Bip. p. 432. et von Swyngardten Obseruatt. crit. in Actis Societatis Rhenanae T. I. p. 202.] Porro male inculcatum esse ΔΕ in τὰς δὲ ὀπωσοῦν putat Berglerus eo, quod aliquoties ante articulum praecesserit, omninoque omittendum, totumque locum ita potius distinguendum: λοιπὸν ἡμᾶς δεῖ τὰ μὲν ποιεῖν, τὰ δὲ μαλακίζεσθαι, τὰ δὲ δειπνοποιεῖν, τὰ δὲ κοσμεῖν τὸν οἶκον, τὰς ὀπωσοῦν ἄλλως ταχὺ μαραινομένας μεσολαβούσας χρήσεις. Ordinem esse: δεῖ ἡμᾶς μεσολαβούσας τὰς χρήσεις, τὰ μὲν ποιεῖν etc. esse autem omnia praetextus.

Non contentus eiicere cum Berglero σοὶ et δὲ Arnaldus ὀπωσοῦν ἄλλως non ad μαραινομένας χρήσεις refert, vti Berglerus, sed ad μεσολαβούσας, locumque sic constituit: Λοιπὸν ἡμᾶς δεῖ τὰ μὲν ποΝειν, [haud male, nec displicet, quod Gloss. Eichst. in mentem venit: ἱερὰ ποιεῖν] τὰ δὲ μαλακίζεσθαι, τὰ δὲ δειπνοποιεῖν, τὰ δὲ κοσμεῖν τὸν οἶκον, ΤΑ δὲ, ὀπωσοῦν ἄλλως ταχὺ μαραινομένας μεσολαβήΣΑΙ χρήσεις. Pro χρήσεις mavult Gloss. Eichstad. προφάσεις, vel χρείας.

Praestantissimus Ruhnkenius Animadv. in Xenophontis Memorab. ed. Ern. 1772. p. 235. sine dubio ex Codice vltima sic legit: τὰς (sine δὲ) ὀπωσοῦν ἄλλως ταχὺ μαραινομένας μεσολαβούσας ΧΑΡΙΤΑΣ ἵνα μᾶλλον ἐξάπτωνται τοῖς διαστήμασι, ordinemque verborum hunc esse ait: μεσολαβούσας τὰς χάριτας μαραινομένας ταχὺ ὀπωσοῦν ἄλλως.

Denique non spernenda duxi τὰ δὲ ᾄδειν, τὰ δὲ αὐλεῖν, τὰ δὲ ὀρχεῖσθαι, quibus textum ex libro suo ditauit Doruilius ad Charitonem p. 450.

His igitur omnibus adiutus, decerptis vndique frondibus textum ita conserui, vti nunc est, et ita velim, Arnaldo maximam partem praeeunte interpretari: *Ceterum modo nobis adlegandi sunt labores, modo valetudo infirma, modo opera cantui, tibiis, saltationiue danda, modo*

*coena paranda, modo aedes ornandae, atque ea ratione intercipiendae sunt suauitates, quae alio quocumque modo,* (nisi ita facias) *languidae cito et insipidae fiunt.*

52. ἑτέρους pro ἑταίρους recepi, auctore Berglero.

52. φυλάττεσθαι. lege πλάττεσθαι. Adparet ita legendum esse, vel ex apodosi, in qua πλάττεσθαι. Sic Berglerus, nec inepte. Nolui tamen vulgatum loco movere suo: nam si per ἐν διὰ δυοῖν vertas *caute machinari*, sic satis tolerabilis exsistit sensus. — Multo minus probabilem coniecturam puto, quam Io. Steph. Bernardus in ep. ad Reiskium (in huius vita p. 261.) proposuit φρυάττεσθαι, hoc enim probe nosse meretriculas; quas vti ego nolim negare insolentius agere, haec tamen notio huic loco non satis congruere videtur. Vulgata mecum tuetur Irmiscus ad finem Disc. saepius laudatae.

53. οὕτως ἤδη ἔχεις ἐπ' ἐμοὶ, ὡς etc. Gloss. Eichst. οὕτως ἀνέδην vel ἀφειδῆ ἔκχεῖς ἐπ' ἐμὲ τὸν σὸν πλοῦτον, ὡς etc. Priora ingeniose, sed totum non placet: non enim cohaeret cum sequentibus: tantas diuitias in me effundis, vt me ostentes. Esset aliquid, si sequeretur: vt aliae mihi inuideant, vel simile quid.

58. ἀρέσκειάν σου. In recipienda posteriori vocula obtemperaui Berglero. Facile, ait, excidere potuit propter similitudinem sequentis o in ὀλίγον. Multa iam huius generis errata notaui. Ceterum idem illud sic apud Heliodorum Lib. X. p. 491. πρὸς τὴν ἑτέρων ἀρέσκειαν βιοῦμεν.

59. ἡγήσομαι δαπανῆσαι. Gloss. Eichst. δαπανήσασα βλάπτεσθαι. Nil opus.

60. Θηριππιδίου. Vulgata Θηριπίδου, quam Berglerus mutari suadebat in Θυριππίδου; sed quod nunc locum occupare iussi Θηριππιδίου, subministrauit ex Codice suo Doruilius, qui hoc feminae nomen, vt Γλυκέριον, longe melius, quam viri Θηριππίδου huc quadrare existimat. v. ad Charit. p. 513.

64. πάσῃ (Ἑλλάδι.) Hoc itidem debetur libro Doruiliano.

64. οἱ μισητοὶ Λακεδαιμόνιοι. Gloss. Eichst. post μισητοὶ addi suadet θεοῖς; ὄρεσι contra post Ταϋγέτοις vt Glossema deleri.

69. χαιρόντων. Scio equidem, posse explicari per *valeant*, *abeant*, *missi sint* sed κλαιόντων rectius. Sic Gloss. Eichst. cui tamen vix accesserim.

## COMMENTARIVS.

Demetrius, mulierc ularum non minus, quam vrbium fortis expugnator notior omnibus est, quam vt testimonia veterum adferre necesse habeam. Quae ad melius intelligendam epistolam nostram faciunt, Berglerus maximam partem in notis occupauit. Hoc tamen liceat monere, quaedam vitae dissolutioris documenta, quae probo illi Demetrio Phalereo imputantur, ad Poliorceten potius nostrum referenda esse videri, quo pertinent inprimis ea, quae habet Athenaeus Lib. XII, 11. si conferas cum Aeliano Var. Hist. Lib. IX. c. 9. vbi vide Perizonium, quicum tamen conferas *Bonami Vie de Demetrius de Phalere*, *in Mémoires de l'Academie des Inscriptions de Paris* T. XI. p. 250. et 262. ed. Amst. — De Lamia vt breuibus defungar, ad Bailium ablego, qui in Dictionario historico h. v. veterum locos collectos inter se conciliauit. W.

4. ἐντυγχάνειν τοῖς ἐμοῖς γράμμασιν, ὅλῃ μοι ἐντυγχάνειν. Facetus verborum lusus, quem ita breuiter, et vt eamdem vocem bis serues, in alia lingua vix possis efferre. Interpres vertit: *qui non putaueris indignum facinus*, *meas literas accipere*, *cum me totum accipias*. Sed verbum accipere vix huc quadret: ἐντυγχάνειν τοῖς γράμμασι est potius *legere*, quae significatio Dioni Chrysostomo familiaris, Orat. XVIII. inprimis saepissime occurrit. Quod si vero ferri hoc quodammodo possit, alterum tamen: *cum me totam accipias*, quam ieiunum sit, facile quisque, qui Latine scit, intelliget. Aliquanto felicius ludere verbis mihi videbar, si ita

verterem: *qui non dedignatus es legere literas ad te datas eius, quae se totam tibi dederit.* W.

7. τῶν διαδημάτων. Hunc ornatum etiam retinuit, quum ad Lamiam itaret. Aelianus V. H. Lib. XII, c. 17. ὅτι Δημήτριος τοσούτων ἐθνῶν ἡγεμονεύων ἐφοίτα εἰς Λαμίας τῆς ἑταίρας σὺν τοῖς ὅπλοις καὶ φορῶν τὸ διάδημα, tanto peior illo Horatiano domino II. Sat. 7. qui talia faciebat *proiectis insignibus, annulo equestri, Romanoque habitu*, atque *odoratum caput obscurante lacerna*, et tamen merito obiurgatur a seruo. Primi autem successorum Alexandri Demetrius vt eius pater Antigonus diademate vsi, et reges adpellati, vt notum ex historiis, sed singularem quamdam pompam et phantasiam fuisse circa Demetrium notat Plutarchus in eius vita p. 909. ἦν δὲ ὡς ἀληθῶς τραγῳδία μεγάλη περὶ τὸν Δημήτριον. Hoc et Lamia hic indicat. *Bergler.*

9. ἀποστρέφομαι ὡς τὸν ἥλιον. Quemadmodum miles ille, quum adspexisset Augustum, de quo Aurelius Victor in Augusto (Epitome) *A cuius facie quum quidam miles oculos auerteret, et interrogaretur ab eo, cur ita faceret? respondit: Quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum. Bergler.*

14. καταυλεῖς; Erat enim tibicina. Athenaeus XIII. p. 577. Δημήτριος δ' ὁ πολιορκητὴς οὐ δαιμονίως ἤρα Λαμίας τῆς αὐλητρίδος; De eadem Plutarchus in Demetrio p. 895. vbi de famulitio Ptolemaei post praelium nauale apud Cyprum capto: ἐν δὲ τούτοις καὶ ἡ περιβόητος ἦν Λάμεια, τὴν μὲν ἀρχὴν σπουδασθεῖσα διὰ τὴν τέχνην, ἐδόκει γὰρ αὐλεῖν οὐκ εὐκαταφρονήτως· ὕστερον δὲ καὶ τοῖς ἐρωτικοῖς λαμπρὰ γενομένη. Ita autem ibi Λάμεια per ει. *Bergler.*

15. Γναθαιναν τὴν ἑταίραν. Haec etiam valde celebris. Meminit saepe Athenaeus. *Bergler.* Facetissima prae ceteris dicacissimaque fuit, vide Athenaeum XIII. 5. 6. p. 575. Aelianum V. H. Lib. XII. c. 13. et ibi Perizonium.

19. τἀναντία λέγω. Tunc enim minime erat terribilis, ſed omnium commodiſſimus. Plutarchus p. 859. ἥδιστος — συγγενέσθαι σχολάζοντι, περὶ πότους καὶ τρυφὰς καὶ διαίτας ἀβροβιώτατος βασιλέων. *Bergler.*

23. τί με διαθήσει. Demoſthenes contra Cononem (Vol. II. 1260. 18. Reisk.) ὑπὸ τῶν πληγῶν ὧν ἔλαβον, καὶ τῆς ὕβρεως οὕτω διετέθην. Ibidem (1259. 14.) οὕτω διέθηκαν — ὥστε τὸ χεῖλος διακόψαι. (*Sic habitus ſum, ſic illi me tractarunt*) Heliodorus Lib. I. p. 55. καὶ δήλη παντοίως ἐγένετο κακόν τε διαθήσουσα τὴν Θίσβην. *Bergler.* Optime vſum verbi διατιθέναι expoſuit Hemſterhuſius ad Luciani Nigrinum §. 38. Vol. I. p. 292. ed. Bipont. v. etiam Intt. ad eumdem de Gymnaſiis T. VII. p. 474. et ad Thomam Magiſtrum.

24. εἰς τὴν τρίτην. Ellipticae huius dictionis exempla plura congeſſit Pierſonus ad Moerim p. 152. W.

25 τὰ Ἀφροδίσια ποιῶ κατ' ἔτος. Meretriculas aliis diebus feſtis ab ingenuarum conſortio excluſas, Aphrodiſiis tamen adſcitas fuiſſe narrat Athenaeus Lib. XIII. p. 573. Easdem tamen priuata ſibi Aphrodiſia inſtituiſſe, Alexis teſtatur apud eumdem p. 574. W.

27. ἐπαφροδίτως. Vox Henrico Stephano ignota eſt etiam apud Ariſtaenetum Lib. I. Ep. 15. W.

37. ὀξύς ἐστιν ἔρως — διακρατεῖν τοὺς ἐραστάς. Haec omnia ſine mutatione in vſum ſuum conuertit Ariſtaenetus Lib II. Ep. 1. vt Mercerus etiam ibi adnotauit. Adferam locum, quia et ad ſequentia conducit: χαριέστατον οἶδα τὸ σμικρὸν ὑποκνίζειν τοὺς νέους. τοῦτο γὰρ τῶν ἀφροδισίων προαναστέλλει τὸν κόρον, καὶ τὰς ἑταίρας ὑποδείκνυσιν ἀεὶ ποθεῖν (Berglerus mauult ἀποδείκνυσιν ἀεὶ ποθεινὰς) τοῖς ἐρασταῖς· ἀλλ' εἰ τοῦτο γένοιτο πέρας τῆς χρείας, ἀποκάμνουσιν οἱ ποθοῦντες· οὕτως οὖν ὁ μὲν ὠργίσθη, ὁ δὲ ἐπέβαλεν ἄλλῃ τὰ ὄμματα. ὀξύς ἐστιν ὁ ἔρως etc. *Scio belliſſimum eſſe nonnihil cruciare faſtidio adoleſcentes; hoc enim amoris impedit ſatietatem,*

*et amicas reddit semper desiderabiles amatoribus. Sed si hoc fiat praeterquam necesse est, defetiscunt amatores. Ita factum est, vt alius irasceretur, alius adiecerit ad alias oculos. Citus enim venit, citus auolat Cupido. Bergler.*

39. ἀπελπίσας δὲ — ἀπογνωσθείς. Heliodorus Lib. I. p. 55. τὸ γὰρ ἀπελπισθὲν ἅπαξ, ἐξήρηται τῆς ψυχῆς, καὶ τὸ μηδαμόθεν ἔτι προσδοκώμενον ἀπαλγεῖν παρασκευάζει τοὺς κάμνοντας. *Cuius enim spes abiecta semel est, id tollitur ex animo, et quod non amplius exspectatur, dedolere facit aegrotos.* Achilles Tatius Lib. IV. p. 237. ἐρῶν γάρ τις εἰς ὅσον μὲν ἔχει τὴν ἐλπίδα τοῦ τυχεῖν, φέρει, εἰς αὐτὸ τὸ τυχεῖν ἀποτεινόμενος· ἐὰν δὲ ἀπογνῶ, τὸ ἐπιθυμοῦν μεταβαλὼν, ἀντιλυπῆσαι μέχρι τοῦ δυνατοῦ τολμᾷ. *Amans, quatenus spem habet adipiscendi, tolerat, ipsi adeptioni innitens; si desperet, mutata cupidate vlcisci, quoad potest, audet.* [Ad hunc Tatii locum vide Abreschium ad Aristaenetum p. 184.] Heliodorus Lib. VIII. p. 412. ἀπελπισθεὶς γὰρ ἔρως οὐδεμίαν ἔχει φειδὼ τοῦ ἐρωμένου. *Bergler.*

39. πτεροῤῥυεῖν, plumas amittere. Est etiam apud Aristophanem Av. v. 104. vbi vide Cel. Beckium.

40. τῶν ἑταιρουσῶν ἐστι σόφισμα. *Nota refert meretricis acumina* Horat. I. Ep. 17. v. 55. *Bergler.* τὸ ἑταιρεῖν, quaestus meretricius supra Lib I. Ep. 30.

41. ταῖς ἐλπίσι διακρατεῖν τοὺς ἐραστάς. Hoc sophisma fusius persequitur Lucianus de Merc. cond. §. 7. (T. III. Bip. p. 224.) vbi dicit, potentiores spe solere lactare suos cultores: τοιγαροῦν ὥσπερ δυσέρωτας αὐτοὺς καὶ κακοδαίμονας ἐραστὰς ἔντεχνοι καὶ τρίβωνες ἐρώμενοι παραλαβόντες, ὑπεροπτικῶς περιέπουσιν, ὅπως ἀεὶ ἐρασθήσονται αὐτῶν, θεραπεύοντες· ἀπολαῦσαι δὲ τῶν παιδικῶν, ἀλλ' οὐδὲ μέχρι φιλήματος ἄκρου μεταδιδόντες. ἴσασι γὰρ ἐν τῷ τυχεῖν τὴν διάλυσιν τοῦ ἔρωτος γενησομένην. Mox (p. 224.) τὰ δ' ἄλλα ἐπ' ἐλπίδος ἀεὶ τὸν ἐραστὴν ἔχουσι· δεδίασι γὰρ μὴ αὐτὸν ἡ ἀπόγνωσις ἀπαγάγῃ τῆς ἄγαν ἐπιθυμίας, καὶ

ἀνέραστος αὐτοῖς γένηται. προσμειδιῶσιν οὖν καὶ ὑπισχνοῦνται. *Itaque tamquam miseros et infelices amatores eos nacti, callidi et veteratores amasii, fastidiose tractant, curantque hactenus, vt semper ipsos ament; frui autem deliciis, nec saltem ad osculum summum concedunt, sciunt enim in adeptione dissolutionem amoris futuram. — Ceteroquin spe perpetua amatorem retinent: timent enim, ne eum desperatio abducat a nimia cupiditate, et eius erga ipsos amor euanescat. Arridentergo semper et pollicentur.* Bergler. Gloss. Eichst. Alciphronem imitatum esse putat Menandrum in Thaide p. 78. ed. Cler.

44. μαλακίζεσθαι. Photii Lex. Ms. et Suidas notant, μαλακίζεσθαι de feminis, de viris autem ἀσθενεῖν dici. Quod non ita esse probat ipse Noster, apud quem infra Ep. 3. Menander μαλακίζεται. cf. etiam Ruhnkenium ad Timaeum v. ἐμαλακίσθη. W.

57. λιθίνη. Sensu carens, stupida. Dio Chrysost. Or. 21. p. 506. Reisk. iungit ἀναιδὴς καὶ λίθινος, quod frustra mutari iubet in ἀνέδην λίθινος Arnaldus in Misc. Obs. T. V. p. 61. W.

61. εὐτρεπίζειν δεῖπνον. infra Lib. III. Ep. 5. δεῖπνον ηὐτρέπιστο. εὐτρεπίζειν γάμον est apud Aristaenetum I. 10. p. 68. Hoepfner ad Euripidis Iphigeniam v. 437. ὑμέναιον εὐτρέπιζε p. 108. W.

62. ἔσται διαβόητος ἡ παρασκευή. Similis locus supra Ep. 31. διαβόητον γάρ σε οὐκ ἐν Ἀθήναις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἑλλάδι ἀπάσῃ ὁ ἀγὼν ἐκεῖνος πεποίηκεν. Vt autem illud, quod ibi dicit, verum fuisse ostendi; sic de hoc etiam conuiuio se res habet, vt dicit; nam celeberrimum fuit propter magnificentiam. Plutarchus in Demetrio p. 901. ἡ Λαμία τῷ βασιλεῖ παρασκευάζουσα δεῖπνον, ἠργυρολόγησε πολλούς. καὶ τὸ δεῖπνον οὕτως ἤνθησε τῇ δόξῃ διὰ τὴν πολυτέλειαν, ὥστε ὑπὸ Λυγκέως τοῦ Σαμίου συγγεγράφθαι. Vixit Lynceus iisdem temporibus, quibus haec gesta sunt. Scripsit Epistolas conviuiales ad Hippolochum quemdam, quales et Hippolochus ad

Lynceum, quae tempore Athenaei adhuc exſtabant. Ἑκατέρων οὖν σώζονται, inquit initio libri quarti, δειπνητικαί τινες ἐπιστολαί· Λυγκέως μὲν τὸ Λαμίας τῆς Ἀττικῆς αὐλητρίδος ἐμφανίζοντος δεῖπνον, Ἀθήνηθι γενόμενον Δημητρίῳ τῷ Βασιλεῖ, ἐπίκλην δὲ πολιορκητῇ, ἐρωμένη δ' ἦν ἡ Λαμία τοῦ Δημητρίου· τοῦ δὲ Ἱππολόχου τοὺς Καράνου τοῦ Μακεδόνος ἐμφανίζοντος γάμους. *Bergler.* Huius conuiuii mentionem idem Athenaeus facit Lib. III. p. 101.

65. οἱ ἐν Ἐφέσῳ ἀλώπεκες. Hoc et Aelianus adnotauit dixiſſe Lamiam in Lacedaemonios, luxuria corruptos in Ionia ſub Lyſandro Var. Hiſt. Lib. XIII. c. 9. Λαμία γοῦν ἡ Ἀττικὴ ἑταῖρα εἶπεν, οἱ ἐκ τῆς Ἑλλάδος λέοντες, ἐν Ἐφέσῳ γεγόνασιν ἀλώπεκες. De prouerbio οἶκοι μὲν λέοντες, ἐν μάχῃ δ' ἀλώπεκες, ad cuius exemplum id ea dixit, videri poſſunt, quae notaui ad Ariſtoph. v. 1190. [vbi tamen nihil noui additum, niſi Scholion: παροιμία, παρὰ τοὺς ἐν Ἀσίᾳ Λάκωνας ἀτυχήσαντας.] *Bergler.*

66. οὐ παύσονται τοῖς Ταϋγέτοις ὄρεσι καὶ ταῖς ἐρημίαις. Virgil. Ecl. II. v. 5. *ibi haec incondita ſolus Montibus et ſiluis ſtudio iactabat inani*, de Taygetis vel Taygeto (nam aeque in ſingulari ac plurali occurrit) monte Laconicae: vti et de dura minimeque delicata veterum Lacedaemoniorum diaeta, qua ipſi gloriabantur, ceterosque, qui non eſſent tales, deteſtabantur, nihil neceſſe eſt hic multa dici. Breuiter vtrumque tangit Lucanus Lib. V. ſub initium: *gelidique inculta iuuentus Taygeti. Bergler.*

68. καταλυκουργίζοντες τῆς σῆς ἀνθρωποπαθείας. Budaeus Comm. Gr. Ling. p. 1149. ἀνθρωποπαθεῖν eſt humanum quidpiam pati, hoc eſt, humano more adfici. Tum adfert Alciphronis noſtri locum, itaque interpretatur: *Lycurgi leges citantes et vſurpantes contra vitae tuae rationem ex humanitatis indulgentia inſtitutam, non e ſeueritatis duritia, philoſophiaeque decretis.* (Ad verbum καταλυκουργίζειν ſpectant, quae apud Budaeum ſequuntur: Facile eſt Graecis vſum verborum comminiſci, vel innouare.) Vt

autem tunc adhuc gloriari potuerunt Lacedaemonii suo Lycurgo, eumque aliis obiicere; ita, posteaquam illius legibus neglectis corruptissimi euasissent, illis ipsis eius memoria ad pudorem incutiendum obiecta, αἰδεῖσθε Λυκοῦργον, *pudeat vos Lycurgi. Bergler.*

69. χαιρόντων. Hanc Imperatiui formam et aliis locis adhibuit Noster. Lib. III. Ep. 30. φθονούντων. Ep. 52. ποιούντων.

70. φυλάξαι τὴν ἡμέραν. obseruare diem, ne obliviscaris obire. v. plura ap. Reitzium ad Lucianum de Dea Syria T. IX. Bip. p. 400.

---

## Epistola II.

### Λεόντιον Λαμίᾳ

Οὐδὲν δυσαρεστότερον, ὡς ἔοικεν, ἐστὶ πάλιν μειρακιευομένου πρεσβύτου. Οἷά με Ἐπίκουρος οὗτος διοικεῖ, πάντα λοιδορῶν, πάντα ὑποπτεύων, ἐπιστολὰς ἀδιαλύτους μοι γράφων, ἐκδιώκων ἐκ τοῦ κήπου. Μὰ τὴν Ἀφροδίτην, εἰ Ἄδωνις ἦν ἤδη ἐγγὺς ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη, οὐκ ἂν αὐτοῦ ἠνεσχόμην φθειριῶντος καὶ φιλονοσοῦντος, καὶ καταπεπιλημένου εὖ μάλα πόκοις ἀντὶ πίλων. Μέχρι τίνος ὑπομενεῖ τις τὸν φιλόσοφον τοῦτον; ἐχέτω τὰς περὶ φύσεως αὐτοῦ κυρίας δόξας, καὶ τοὺς διεστραμμένους κανόνας· ἐμὲ δὲ ἐφέτω τὴν φυσικῶς κυρίαν ἐμαυτῆς ἀνενόχλητον καὶ ἀνύβριστον. Οὕτως ἐπιπολιορκητὴν ἔχω τοιοῦτον, οὐχ' οἷον σὺ Λάμια Δημήτριον. Μὴ

γάρ ἐστι σωφρονῆσαι διὰ τὸν ἄνθρωπον τοῦτον; Καὶ Σωκρατίζειν καὶ στωμυλεύεσθαι θέλει καὶ εἰρωνεύεσθαι· καὶ Ἀλκιβιάδην τινὰ Πυθοκλέα νομίζει, καὶ Ξανθίππην ἐμὲ οἴεται ποιήσειν. Καὶ πέρας ἀναστᾶσα ὁπήποτε γῆν πρὸ γῆς φεύξομαι μᾶλλον, ἢ τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ τὰς διασπάστους ἀνέξομαι. Ὁ δὲ πάντων δεινότατον ἤδη καὶ ἀφορητότατον ἐτόλμησεν, ὑπὲρ οὗ καὶ γνώμην βουλομένη λαβεῖν, τί μοι ποιητέον, ἐπέσταλκά σοι. Τίμαρχον τὸν καλὸν οἶσθα τὸν Κηφισιάδην· οὐκ ἀρνοῦμαι πρὸς τὸν νεανίσκον οὐκ οἰκείως ἔχειν ἐκ πολλοῦ, (πρὸς σέ μοι τἀληθῆ λέγειν εἰκὸς, Λάμια,) καὶ τὴν πρώτην Ἀφροδίτην ἔμαθον παρ' αὐτοῦ σχεδόν· οὗτος γάρ με διεπαρθένευσεν ἐκ γειτόνων οἰκοῦσαν. Ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου πάντα μοι τἀγαθὰ πέμπων οὐ διαλέλοιπεν, ἐσθῆτα, χρυσεῖα, θεραπαίνας, θεράποντας, Ἰνδοὺς, Ἰνδάς· τἆλλα σιωπῶ· ἀλλὰ τὰ μικρότατα προλαμβάνει τὰς ὥρας, ἵνα μηδεὶς φθάσῃ με γευσάμενος. Τοιοῦτον νῦν ἐραστὴν ἀπόκλεισόν, φησι, καὶ μὴ προσίτω σοι, ποίοις δοκεῖς αὐτὸν ἀποκαλῶν ὀνόμασιν, οὔτε ὡς Ἀττικὸς, οὔτε ὡς φιλόσοφος, ἐκ Καππαδοκίας πρῶτος εἰς τὴν Ἑλλάδα ἥκων. Ἐγὼ δὲ, εἰ καὶ ὅλη γένοιτο ἡ Ἀθηναίων πόλις Ἐπικούρων, μὰ τὴν Ἄρτεμιν, οὐ ζυγοστατήσω πάντας αὐτοὺς πρὸς τὸν Τιμάρχου βραχίονα, μᾶλλον δὲ οὐδὲ πρὸς τὸν δάκτυλον. Τί σὺ λέγεις, Λάμια, οὐκ ἀληθῆ ταῦτα, οὐ δίκαια φημί; Καὶ μὴ δή.

δέομαί σου πρὸς τῆς Ἀφροδίτης, μή σοι ταῦτα ὑπελθέτω· ἀλλὰ φιλόσοφος, ἀλλὰ ἐπιφανὴς, ἀλλὰ πολλοῖς φίλοις κεχρημένος. Λαβέτω, κατεχέτω, διδασκέτω δ' ἄλλους· ἐμὲ δὲ οὐδὲν θάλπει τι δόξα· ἄλλ' ὃν θέλω δὸς Τίμαρχον, Δάματερ. Ἀλλὰ καὶ δι' ἐμὲ πάντα ἠνάγκασται ὁ νεανίσκος καταλιπὼν τὸ Λύκειον, καὶ τὴν ἑαυτοῦ νεότητα καὶ τοὺς συνεφήβους καὶ τὴν ἑταιρίαν, μετ' αὐτοῦ ζῆν καὶ κολακεύειν αὐτὸν, καὶ καθυμνεῖν τὰς ὑπηνέμους αὐτοῦ δόξας. Ὁ Ἀτρεὺς οὗτος, ἔξελθε, φησὶν, ἐκ τῆς ἐμῆς μοναγρίας, καὶ μὴ πρόσιθι Λεοντίῳ· ὡς οὐ δικαιότερον ἐκείνου ἐροῦντος, σὺ μὲν οὖν μὴ πρόσιθι τῇ ἐμῇ. Καὶ ὁ μὲν, νεανίσκος ὤν, ἀνέχεται τὸν ἕτερον ἀντεραστὴν γέροντα· ὁ δὲ, τὸν δικαιότερον οὐχ' ὑπομένει. Τί ποιήσω, πρὸς τῶν θεῶν ἱκετεύω σε, Λάμια. Νὴ τὰ μυστήρια, νὴ τὴν τούτων τῶν κακῶν ἀπαλλαγήν, ὡς ἐνθυμηθεῖσα τοῦ Τιμάρχου τὸν χωρισμὸν, ἄρτι ἀπέψυγμαι, καὶ ἱδρῶ, καὶ τὰ ἄκρα καὶ ἡ καρδία μου ἀνέστραπται. Δέομαί σου, δέξαι με πρὸς σεαυτὴν ἡμέρας ὀλίγας· καὶ ποιήσω τοῦτον αἰσθάνεσθαι, πηλίκων ἀπήλαυεν ἀγαθῶν, ἔχων ἐν τῇ οἰκίᾳ με. Οὐκ ἔτι φέρει τὸν κόρον, εὖ οἶδα· πρεσβευτὰς εὐθὺς πρὸς ἡμᾶς διαπέμψεται Μητρόδωρον καὶ Ἑρμαχον, καὶ Πολύαινον. Ποσάκις οἴει με, Λάμια, πρὸς αὐτὸν ἰδίᾳ παραγενομένην εἰπεῖν· τί ποιεῖς Ἐπίκουρε; οὐκ οἶσθα, ὅτι διακωμῳδεῖ σε Τιμοκράτης ὁ Μητροδόρου ἐπὶ τούτοις ἐν

ταῖς ἐκκλησίαις, ἐν τοῖς θεάτροις, παρὰ τοῖς ἄλλοις σοφισταῖς; Ἀλλὰ τί ἐστιν αὐτῷ ποιῆσαι; ἀναίσχυντός ἐστι τὸ ἐρᾶν. Καὶ ἐγὼ ἔσομαι τοίνυν ὁμοίως αὐτῷ ἀναίσχυντος, καὶ οὐκ ἀφήσω τὸν ἐμὸν Τίμαρχον. Ἔρρωσο. 75

## ADNOTATIO CRITICA.

2. *μειρακιευομένου.* Aldina habet *μειρακευομένου* sine ι, quod aeque rectum.

4. *ἐπιστολὰς ἀδιαλύτους.* Interpres videtur legisse *ἀδιαλείπτους*, vertit enim *continuas*. (sine dubio melius, quod et Arnaldo visum est Misc. Obs. T. V. p. 275.] Ἀδιαλύτους probo, nam conueniunt suspicioso epistolae bene *ἠσφαλισμέναι*: potuit enim timere, ne Idomeneus aliquis aut Herodotus aut Timocrates eas rimarentur; nam isti eius secreta soliti proferre. Laertius X. Segm. 5. Ἰδομενέα καὶ Ἡρόδοτον καὶ Τιμοκράτην, τοὺς ἔκπυστα τὰ αὐτοῦ κρύφια ποιήσαντας, vbi nescio quid de illustratis obscuris dogmatibus somniat interpres. Vtuntur autem verbo *λύειν* de soluendis et resignandis epistolis. Thucydides Lib. I. circa finem de Argilio, Vrianae conditionis tabellario: *παραποιησάμενος σφραγίδα, ἵνα, ἢν — ἐκεῖνος* (Pausanias) *μεταγράψαι τι αἰτήσει, μὴ ἐπιγνῷ, λύει τὰς ἐπιστολὰς, ἐν αἷς ὑπονοήσας τι τοιοῦτον προσεπεστάλθαι, καὶ αὐτὸν εὗρεν ἐγγεγραμμένον κτείνειν.* Hinc et *σφραγίδων λύσεις* apud Lucianum in Pseudomanti §. 20. (T. V. Bip. p. 83.) quales ibi aliquot docte et perspicue enarrat. Petrus Gassendus de vita et moribus Epicuri Lib. VII. c. 2. initium huius epistolae citans vertit, *literas ambagiosas*: vtcumque tolerabiliter, quasi dicas *δυσαναλύτους*, quarum sensus non facile resolui et retexi potest; vt in Analyticis, quum a demonstrationibus et argumentis remotioribus ac proinde obscurioribus grada-

tim proceditur ad primorum principiorum ac ſenſuum euidentiam. Sed non erat adeo obſcurus in ſcribendo Epicurus, et Leontium erudita mulier non poteſt de talibus conqueri. Quod ad rem ipſam attinet, refert Diog. Laertius in Epicuro Segm. 6. dicere nonnullos, Epicurum πολλαῖς ἑταίραις γράφειν, καὶ μάλιστα Λεοντίῳ. Ibidem paullo ante etiam fragmentum epiſtolae Epicuri ad Leontium memorat Laertius tale: Παιὰν ἄναξ, φίλον Λεοντάριον, οἷον κροτοθορύβου ἡμᾶς ἐνέπλησας ἀναγνόντας σου τὸ ἐπιστόλιον; *o Rex Apollo! cara Leontiola, quam nos tumultuoſo plauſu impleuiſti, quum legeremus tuas literulas! Bergler.*

4. ἐκδιώκων ἐκ τοῦ κήπου. Arnaldus in Miſc. Obſ. Vol. V. p. 276. offendit in ἐκδιώκων, neceſſariaque ideo emendatione medicinam loco adfecto praebere ſibi viſus eſt, ſi legeret: μοὶ γράφων ἐκ τ' Ἰώνων, ἐκ τε τοῦ κήπου. Hortum ſic pergit, Athenis habebat Epicurus, quem ſibi octoginta minis comparauerat, teſte Laertio in eius vita Lib. X. Segm. 5. Bis aut ter in Ioniam profectus fuerat, ad amicos ibi viſitandos, quemadmodum idem auctor diſerte docet. Non autem deſiit epiſtolas Leontio ſcribere, neque quum in Ionia erat, neque quum Athenis in horto ſuo, quod verbis, quae prae manibus ſunt, indicare voluit.

Placuit primo intuitu ἐκ τ' Ἰώνων, ſed propius conſideranti deſiit placere. Itinera quidem aliquoties in Ioniam ſusceperat Epicurus, ſed florente adhuc vegetaque aetate, epiſtola vero noſtra ſcripta eſt eo tempore, quo ſenex quaſi repueraſcens, et prope LXXX annos natus, vti ait Leontium, morbo decumberet. (In annis tamen eadem liberalior iuſto fuit, ex more iſtiusmodi muliercularum, quibus aetate prouectior contigit amator. Epicurus enim ſeptuageſimo ſecundo aetatis anno deceſſit.) Non igitur mouendum ἐκδιώκων, quod vti reliqua Participia λοιδορῶν — ὑποπτεύων — γράφων pendet a praecedente διοικεῖ, vt ſenſus ſit: altercando, ſuſpicando, epiſtolia mittendo efficiet profecto, vt ex hortis eius aufugiam. (vel, ſi mauis, ex hor-

tis ſuis minatur expellere.) Leontium vero in ipſis hortis cum Epicuro habitaſſe, patet ex iis, quae ad finem epiſtolae ſcribit: rogo te, mea Lamia, vt me ad paucos dies excipias, et faxo, vt iſte ſentiat, quantis fruitus ſit bonis, *dum me domi haberet*. Nec obſtat, quod literas miſerit Epicurus ſub eodem tecto habitanti. Difficilis nempe, moroſus, ſuſpicax, lectoque adfixus ſenex, quae cum Leontio rarius ſine dubio ad eum viſente queri coram vel oblitus eſſet, vel, vt pulmonibus parceret, breuibus potuiſſet, ea copioſius in ſcidulas conjecta transmiſit. W.

11. ἐφέτω. Berglerus mavult ἀφέτω.

12. φυσικῶς. Vulgata μουσικῶς, pro qua quum Doruilius in Codice ſuo φωσικῶς inueniſſet, facilem, eamque vnice veram effinxit emendationem φυσικῶς (v. ad Charit. p. 469.) quam et Lennepium ad Phalaridem p. 332. comprobaſſe mirum non eſt. Ceterum Leontium in verbis κυρίαν ἐμαυτῆς reſpicere Epicuri κυρίας δόξας, nihil attinet dicere.

12. ἀνενόχλητον. Quod antea textum obſederat, ἀστομάχητον, quodque Berglerus Latino more vſurpatum eſſe monuerat, ſui ſtomachi non eſſe fatetur modo laudatus Lennepius. Ab ΑΣΤΟΜΑΧΗΤΟΝ autem, ſic pergit, ſi ductum literarum cogitabis, non multum differre adparebit ΑΝΕΝΟΧΛΗΤΟΝ, vel ΑΝΟΧΛΗΤΟΝ. Heliodorus Lib. V. p. 297. οὐδὲ ἐπὶ τῆς ἐρημίας ἀνενόχλητον εἶχεν ἡ Χαρίκλεια τὸ κάλλος. Placet autem eo magis, quod e ſchola Epicuri ſumtum, id venuſte in ſe transferre potuit Leontium: nam nota Epicuri ἀνοχλησία et τὸ τῆς σαρκὸς ἀνόχλητον. vide ipſum Berglerum ad Lib. III. Ep. 55. Nec alio ſpectant, quae ante nominantur κυρίαι δόξαι, καὶ οἱ διεστραμμένοι κανόνες.

Mirifice placuit, nec continere me potui, quin toti contextui adprime conuenientem coniecturam reciperem. Quae incontinentia an laudabilis ſit, iudicent Ariſtarchi! W.

13. ἐπιπολιορκητήν. Nondum ſatis emaculaſſe locum noſtrum ſibi viſus Lennepius,

et hanc vocem sollicitat. Verisimile mihi, inquit, videtur, ἐπὶ in ἐπιπολιορκητὴν remansisse ex Ἐπίκουρον, atque adeo olim scriptum fuisse: ὄντως Ἐπίκουρον πολιορκητὴν ἔχω τοιοῦτον, οὐχ' οἷον σὺ, Λαμία, Δημήτριον. — Hanc Lennepii coniecturam iuuare videtur primum, quod ἐπιπολιορκητὴν vix alibi inuenias, saltem Alciphron praecedente epistola nonnisi πολιορκεῖν et ἐκπολιορκεῖν habet; deinde, quod Epicuri nomen concinnius adsit, vt opponatur Demetrio nominatim laudato. Nil tamen mutare volui, quoniam vulgata sic satis bene intelligi potest. Gloss. Eichst. delet etiam ἐπὶ, et deinde inuertit: οὐχὶ τοιοῦτον, οἷον.

15. σωφρονῆσαι. Recepi pro σωφρονίσαι, quod ipse Berglerus damnauerat, et cum eo Lennepius. Nescio tamen, an aptior adeo sensus emergeret, si σωφρονίσαι retineas, deleto tamen sequenti διά. Ceterum de permutatione vocalium η et ι, vt innumeros antiquiores taceam, vide, quos laudauit nuper Valkenarius ad Lennepii Etymol. p. 456. inter quos nec Berglerus neglectus, et Acta Soc. liter. Rheno-Traiectinae T. I. p. 93.

16. στωμυλεύεσθαι. Forte στωμύλλεσθαι, quod Aristophaneum. Alterum mihi quidem suspectum. Sic Lennepius l. l. (Fortasse ad euitandam ὁμοφωνίαν: στωμυλεύεσθαι — εἰρωνεύεσθαι. W.]

17. Πυθοκλέα. Quam vocem antecedebat in vulgatis ἤ, pro quo Berglerus legendum esse autumabat καί. Nimiam hanc esse mutationem pronuntiat Arnaldus Misc. Obss. T. V. p. 276. reponique iubet δή. Totum ἤ eiicit, ex vicino quippe Π. ortum Medebach Wakker in Amoenitt. liter. p. 23. Hunc sequitur Lennepius l. l. sed pro τινὰ mauult εἶναι. In eliminando ἤ facile obtemperaui, in εἶναι non item, quum sensus idem sit. De Pythocle v. Commentarium.

22. ἐτόλμησεν. Codex Doruilianus habet ἐτόλμηκεν, quod stribliginum studiosis placere potest solis prae τετόλμηκεν. v. ad Charit. p. 613.

25. οὐκ (ante οἰκείως) abest ab eodem Codice, et ab-

esse poterat, sed recte etiam tuetur locum, quum saepe apud Graecos duae aut tres negationes ponantur, vbi vna apud Latinos sufficit, de quo vide Commentarium.

28. ἐκ γειτόνων. Reitzius ad Luciani bis accusat. T. VII. Bip. p. 406. malit ἐν. cf. ad Conuiu. T. IX. p. 364. et Philopseud. T. VII. p. 277. Sed nil opus, v. Commentarium.

32. προλαμβάνει. Vulgata habebat προσλαμβάνει, quod nunc dedimus, debetur Berglero, qui quum prouocasset ad Heliodorum Lib. I. p. 55. ἔγνω προλαβεῖν καὶ φθῆναι, addit, iuuenem Alciphronis idem fecisse, quod Tiresias docet Vlyssem, vt bonus testamentorum captator fiat, apud Horatium II. Sat. 5. v. 12. ff. *Turdus, Siue aliquid priuum dabitur tibi, deuolet illuc, Res vbi magna nitet domino sene: dulcia* POMA, *Et quocumque feret cultus tibi fundus honores, Ante Larem* GVSTET *venerabilior Lare dines* — Arnaldus Misc. Obss. T. V. p. 277. sic transponit et interpungit: τἆλλα σιωπῶ τὰ μικρότατα· ἀλλὰ προλαμβάνει τὰς ὥρας κ. τ. λ. Non placet. — Toupius contra Emendatt. in Suidam P. III. p. 548. Lipsi longe aliam ingressus emendandi viam sic locum refingit, vt loco ἀλλὰ τὰ μικρότατα ponat ΜΗΛΑ ΤΑ ΜΕΛΙΧΡΟΤΑΤΑ προλαμβάνει. In qua emendatione Toupium agnoscas ingeniosum, eumdemque audacem. Prouocat ad eumdem Horatii locum, quem attulerat Berglerus. Qui quum in notionibus tantum Pomorum et Gustandi aliquam cum Alciphronis loco similitudinem animaduertisset Toupius etiam Dulcedinis notione arrepta excogitauit vocabulum, quod cum vulgata vtcumque conueniret, et sic ex copiis linguae Graecae, quas haberet in promtu, depromsit μελιχρότατα. Qua procedendi ratione quamquam non negem veram erui saepius posse lectionem, hoc loco tamen nimis artificiosam existimauerim. At vero ego nihil mouere sustinui, excepto προλαμβάνει, in quo recipiendo consentiunt omnes. Reliqua omnia sana mihi videntur, si, quod saepissime faciendum, ad

τὰ μικρότατα voculam κατὰ subintelligas.

33. μὲ γευσάμενος. Gloss. Eichst. μὲ τῆς ὀπώρας γευσ. quo adsumento tamen nihil opus est.

36. ὡς φιλόσοφος. His addit idem: ἀλλὰ ὡς φορτηγὸς aut ὀνηλάτης, quod ne vrbanum quidem esset. Melius, est eodem versiculo ἐκ Καππαδοκίας πρῶτος mutatum in πρώην ἐς τὴν Ἑλλάδα.

37. εἰς τὴν Ἑλλάδα. In vulgatis aberat εἰς, sed iam Berglerus suo tempore melius adesse, et propter vicinitatem τοῦ ΟΣ excidisse putauerat quidem, addiderat tamen, excusari etiam posse absentiam, vt τίνας χώρους ἀφίγμεθα apud Sophoclem initio Oedipodis Colonei. — Alios eiusmodi locos ex poëtis attulit Arnaldus Misc. Obss. T. V. p. 278. cum quo conferas Valkenarium ad Eurip. Phoeniss. p. 41. Ego vero in pedestri oratione aliquando abesse non nego quidem, v. Lamb. Bos ed. Schwebel. p. 480. tamen melius adesse crediderim, eoque minus hoc reponere loco dubitaui, quum Codicem Doruilianum addi centem inuenerim. vide ad Charit. p. 563.

41. σὺ λέγεις. Sic pro σοὶ reposui, secutus eiusdem Codicis Doruiliani auctoritatem (ad Charit. p. 466.) Idem iam antea odoratus fuerat Perizonius in Ep. ad Berglerum.

46. κατεχέτω. Hanc, nisi me omnia fallunt, palmariam emendationem debemus Lennepio ad Phalar. p. 332. vulgata enim καὶ ἃ ἔχω ex meo quidem sensu nil sani habet, turbatque opposita, quae verbis inesse voluit Leontium suis. Iam vero, si Lennepium audias, tribus istis sine copula sese excipientibus Imperatiuis indignatio effertur viuidius, deinde vero apta oppositio exsistit haec: Quid aliis Epicurus sit, nil curo; habeat, teneat, doceat alios, (ad Me vero quod attinet,) nil me mouet eius nescio quae δόξα. (non *gloria*, vti inepte vertunt Interpretes, sed cogitat de κυρίαις δόξαις Epicuri, *ratis sententiis*, vti Cicero interpretatur, ventosis tamen, vti paullo post easdem adpellat Leontium.) — Variat quidem etiam Cod. Doruilianus, qui sic habet: ἐμὲ δὲ οὐδὲν θάλπει τι, ἀλλ' ὃ θέλω,

δὸς Τίμαρχον, omissa voce δόξα, quae tamen ab eadem manu in margine restituta legitur. — Longe maioris momenti est, quam in sequentibus verbis proponit emendationem modo laudatus Lennepius, qui, quum sine dubio voce Δάματερ, quod et mihi accidit, offenderetur, totum locum sic refinxit: ἀλλ' ὃν θέλω, ΔΟΤΩ (scil. Epicurus.) Τίμαρχον, ΛΑΜΙΑ. ΤΙ ΓΑΡ ἀλλ' Ἢ καὶ δι' ἐμὲ κ. τ. λ. Acute sane, et ad sensum praeclare, nefas tamen sine libris aliquid mutare putaui.

50. ἑταιρίαν. Aldina ἑταιρείαν.

53. μοναγρίας. Pro μόναγρίας videtur μοναρχίας legendum. *Bergler.* Mihi vero illa vox praeplacet, quamquam Lexica, quae mihi ad manus sunt, ignorant. Est enim, si compositionem spectes, locus, sylua, vbi venandi ius vni soli competit, quod optime huc quadrat, ita vt Epicurus Timarchum moneat: ne in alieno solo venatum eat (*dass ich dich nicht in meinem* Gehege *treffe!*)

59. νὴ τὴν τούτων τῶν κακῶν ἀπαλλαγήν. Articulum τὴν addidi iubente Cod. Doruiliano ad Charit. p. 473.

61. τὰ ἄκρα. Ad hunc locum quum peruenirem, idem mihi fere accidit quod Leontio: ἰδρῶ τὰ ἄκρα, digitorum saltem, quibus tam multae, tamque variae eruditorum sententiae exscribendae sint. Agmen ducat ipse *Bergler*us, qui non facile ait apparere, quid sibi ἄκρα velint. Hunc excipiat *Maius*, cui in Hist. de la Rep. des lettres T. XI. p. 145. turbata videntur omnia, in ordinem cogenda hoc modo: ἄρτι ἰδρῶ· καὶ ἀπέψυγμαι τὰ ἄκρα· καὶ ἡ καρδία etc. — *Trillero* in Obseruatt. Crit. p. 230. vel δακρύω legendum esse videtur (in quo consentientem habet venerabilem iam senem Carpzouium in Specimine Eunapii edendi p. 20.) vel καὶ ΤΑΚΕΡΑ ἡ καρδία ἀνέστραπται; δακρύω tamen ipsi magis placet. — *Arnaldus* in Misc. Obseruatt. T. V. p. 277. hariolatur (hoc enim verbo vir modestus vtitur) ναρκῶ, vel καὶ τὰ ἄρθρα. — In iisdem Misc. Obseruatt. sed Nouis T. V. p. 435. illustris olim *Buherius* nihil mutari vult, eique

ἄκρα sunt corporis extremitates, quae prae timore rigent saepe ac contrahuntur. Provocat autem ad locum Senecae de Ira II, 13. *Plerumque magno imperatori, antequam acies inter se aristarent,* CORRUGIT, *et oratori eloquentissimo, dum ad dicendum componitur,* SUMMA *riguerunt.* His addit in nota subiecta Doruilius ad Alciphronem etiam illustrandum facientem locum ex Philonis Legat. ad Caium T. II. p. 598. Φείκη βύθιος εὐθὺς κατεῖχεν ἡμᾶς, ἢ καὶ μέχρι τῆς ἐπιφανείας ἀνεχύθη; ἐπιφάνειαν autem et τὰ ἄκρα et *summa corporis* sese inuicem explicare. — *Bernardus* ad Palladium de febribus p. 36. 37. accedit quidem Buherio, dubitat tamen, an verbum ἀνέστραπται aeque recte ad τὰ ἄκρα referri queat. Suspicabar, sic pergit, aliquando, cuius suspicionis me necdum poenitet, deesse post τὰ ἄκρα verbum ῥιγοῖ, aut simile. — *Irmiscus* in fine Diss. ad locum Ciceronis legit κατ' ἄκρας, καὶ ἡ καρδία. — *Doruilium* porro margini meo adscriptum inveni ad Charitonem, et bis quidem, p. 398. et 415. in vtroque tamen loco sensum τῶν ἄκρων illustrat, nihil autem ed crisin adfert, quamquam doctiss. *Medebach Wakkerus* Amoenit. literar. p. 22. emendationem ei inuito obtrudat ἔντρομος, quae tamen non ad Alciphronem, sed Charitonem spectat. Ipse *Medebachius* coniicit ἵδρωκα. — Praestantissimus *Schneiderus,* non historiae tantum naturalis et priscae et recentioris peritissimus, sed sagacissimus etiam ipsorum naturae arcanorum indagator in *Anmerkungen über den Anakreon* p. 298. ad vatis Teii carmen VII. v. 7. κραδίη δὲ ῥινὸς ἄχρις ἀνέβαινε, nec Alciphronis oblitus, fatetur quidem se nescire, quomodo hoc loco emendandus sit, hoc tamen se scire ait, Arnaldi supra memoratam coniecturam ναρκῶ et naturae et psychologiae aduersari. Omnino legi meretur ista Schneideri adnotatio, in quam plura ex aliis scriptoribus similia contulit, ex quibus vnum tantum, quem olim exemplari meo adleueram, Aristaeneti locum II, 7. p. 83. ἐγγὺς μὲν τοῦ στόματος ἡ καρδία, ἡ δὲ ψυχὴ

τῶν θυρῶν, nominasse sufficiat. Gloss. Eichst. λείβεται τὰ ἄκρα. — Agmen denique claudat *Lennepius* ad Phalaridis Ep. 13. p. 27. vbi etiam τὰ ἄκρα occurrunt. Sententiam, sic putat Lennepius, si leuiter refingas hunc in modum: ἄρτι ἀπέψυγμαι, καὶ ἱδρῶ τὰ ἄκρα (vel κατὰ τὰ ἄκρα) καὶ ἡ καρδία μου ἀνέστραπται, adparebit, vt opinor, quod ignorabat Berglerus, quid sibi velint τὰ ἄκρα. Sudorem, sic pergit, voluit Leontium, quo prae summo animi aestu maderent inprimis corporis extremitates. Ac frequens quidem sudoris mentio, vbi vehemens animi perturbatio, siue ex amore, siue moerore, siue metu, siue aliunde orta describitur: prae ceteris tamen conferri Aristotelem velim Problem. Sect. 2. 26. et 31. vbi quaerit: διὰ τί οἱ ἀγωνιῶντες ἱδροῦσι τοὺς πόδας, τὸ δὲ πρόσωπον οὔ; Alciphronis locum tentantibus vt non adsentior, ita, quemadmodum τὰ ἄκρα ἀνέστραπται dici placuerit Doruilio ad Charitonem p. 327. (431. Lipsi.) nondum exputo. Τὰ ἄκρα de manibus pedibusque praesertim accipio in Luciano de Gymnas. §. 27. (T. VII. Bip. p. 188.) καὶ ὁ πόνος οὗτος ὠμοὺς τε αὐτῶν κρατύνει, καὶ τόνον τοῖς ἄκροις ἐντίθησιν. Inprimis ad Alciphronem facit locus Plutarchi de sanitate tuenda p. 123. (quem locum iam attulerat Maius supra laudatus) ἡ τῶν ἄκρων περίψυξις εἰς τὰ μέσα συνελαύνουσα τὸ θερμὸν, ὥσπερ τινὰ συνήθειαν, ἢ μελέτην ἐμποιεῖ πυρετοῦ.

Coena sane dubia, cuius ex ferculis sumat quisque, quod volupe est. Mihi quidem, nescio an aliis, ad palatum prae ceteris est Lennepii sententia, quae ideo placet maxime, quod minimum mutat. Hoc solum addiderim, τὸ ἀπέψυγμαι non minus, immo vero prope magis quam τὸ ἱδρῶ ad τὰ ἄκρα referendum esse videri, ita, vt Leontium, inter nos si viverit, sic elocuta fuisset: *Bald wird mir kalt, bald warm um die äuſserſten Theile des Körpers, und das Herz wendet ſich um.*

67. Ἑρμαχον. Klotzius in Actis liter. T. V. p. 367. rectius scribi putauit Ἑρμαχ-

χον, quod probat ex protome eius in *della Antichità di Erculano* T. V. Sed Hermachum vbique in Diogene Laertio inuenio, priſcique artifices non minus quam librarii aberrarunt a vero.

73. ἀναίσχυντός ἐστι τὸ ἐρᾶν. Gloſſ. Eichſt. ὁ ἐρῶν.

## COMMENTARIVS.

2. πάλιν μειρακιευομένου πρεσβύτου. Tales ſenes repraeſentauerat Ariſtophanes in Comoedia Γῆρας, i. e. *Senium* inſcripta, [cf. Burmanum Praef. in Ariſtophanem Berglerianum p. 21.] quorum vnum iuuenile facinus adparet in fragmento apud Athenaeum Lib. III. p. 109. nam mulieris in foro panes vendentis mercimonium diripuerunt. Qualis etiam in Veſpis extrema parte introducitur, qui quum alia multa proterue facit, tum eiusmodi mulierem in foro face, quam comiſſabundus geſtabat, pulſauit, eique panes diſſipauit, de quo ibi quaedam adnoto. [adnotare tamen oblitus eſt.] Illi apud Athenaeum dicuntur τὸ γῆρας ἀποβαλόντες, qui *ſenectutem exſuerunt*, vt recte Caſaubonus interpretatur reprehendens veterem verſionem: et videtur vir doctiſſimus in memoria habuiſſe Ariſtophanicum, τὸ γῆρας ἐκδὺς, ex Pace v. 336. *Bergler.*

2. οἷά με Ἐπίκουρος οὗτος διοικεῖ. In hanc iſta dicentem vere competit et illud Theogneti Comici: Οἷῳ μ' ὁ δαίμων φιλοσόφῳ συνῴκισεν, *quali me deus philoſopho contubernalem dedit!* apud Athenaeum Lib. III. p. 104. *Bergler.*

4. ἐκδιώκων ἐκ τοῦ κήπου. etc. Haec mire vertit Gaſſendus de vita Epicuri Lib. VII. c. 2. Sed adferam eius verſionem inde ab initio. Ita ergo ille: *Nihil eſt, vt videtur, repueraſcente ſene importunius: Quo ſane modo erga me Epicurus iſte ſe habet, omnia improbans, omnia in ſuſpitionem vertens, literas ad me ambagioſas ſcribens; abacturus ſane ex horto ipſam Venerem, tametſi Adonis foret,*

*natus iam, ut eſt annorum octoginta.* Quis non ineptiſſimum ſcriptorem putaret Alciphronem, ex talibus verſionibus eum aeſtimans? Immo inquam vel Hecaten tam inamabilis ſenex fugaret; nam ipſa quidem Venus et Anchiſen flore aetatis deſtitutum negligit. *Bergler.*

6. οὐκ ἂν αὐτοῦ ἠνεσχόμην φθειριῶντος. Similiter Pythagoriſtarum immunditiem et ſordes deteſtatur Ariſtophon Comicus in Pythagoriſta apud Laertium Lib. VIII. Segm. 38.

ἐσθίουσι δὲ
Λάχανά τε, καὶ πίνουσιν ἐπὶ τούτοις ὕδωρ.
Φθεῖρας δὲ καὶ τρίβωνα, τὴν τ' ἀλουσίαν
Οὐδεὶς ἂν ὑπομένειε τῶν νεωτέρων.

Sic in Epiſtolis Socraticis XIII. Ariſtippus de philoſophis ab ipſius elegantia alienis: οὕτως γὰρ ἂν ἐμὲ ἐθαύμαζες, τὼς δὲ ἔχοντας βαθεῖς τὼς πώγωνας, καὶ τὼς σκίπωνας, ἐγέλασας τᾶς ἀλαζονείας, ῥυπῶντάς τε καὶ φθειριῶντας, καὶ ὄνυχας ὥσπερ τὰ θηρία μακροὺς περικειμένους. *Bergler.* Pediculos de ſuo addidiſſe videtur Leontium, in morbo conſentit Laertius Lib. X. Segm. 3. τὸ σῶμα ἐλεεινῶς διακεῖσθαι, ὡς πολλῶν ἐτῶν μὴ δύνασθαι ἀπὸ τοῦ φορείου διαναστῆναι. W.

10. κυρίας δόξας. Exſtant apud Laertium in vita Epicuri in fine. *Bergler.*

10. τοὺς διεστραμμένους κανόνας. De Canonicis Epicuri Laertius in vita Segm. 30. Erant inſtar Logicae, de criterio veritatis. Salſe autem et acute *curuos* vocat hos *canones:* quum, ſi canones ſint, omnino *rectos* eſſe oporteat, ne alio indigeant canone, et canones eſſe deſinant. De eiusmodi regula Dio Chryſoſtomus Orat. LXII. (Vol. II. p. 323. Reisk.) οὔτε ἄδικος (ὁ βασιλεὺς ἔσται ποτὲ) οὐ μᾶλλον ἢ κανὼν σκολιὸς καὶ ἄνισος ἄλλου προσδεόμενος κανόνος. Nota eſt Lesbiae aedificationis regula apud Ariſtotelem Nicom. V. c. 10. *Bergler.*

12. ἀνενόχλητον. Voci ἀστόμαχητον, quae antea textum occupabat, adſcripſerat Berglerus: Notanda haec vox Latino more vſurpata, *Stomachus*, *Stomachari*.

16. Σωκρατίζειν. Infinita ſunt talia. Sic κυψελίζειν, πυθαγορίζειν. [καταλυκουργίζειν Ep. proxime antecedente — Pythia φιλιππίζει.] Ariſtophanes minus vſitate σωκρατεῖν de iis, qui Socratem aemulantur, in Auibus v. 1282.

Ἐλακωνομάνουν ἅπαντες ἄνθρωποι τότε·
Ἐκόμων, ἐπείνων, ἐρρύπων, ἐσωκράτουν.

*Laconas imitandi ſtudio inſaniebant homines tunc: comas promiſſas habebant, eſuriebant, ſordidati erant, Socratem aemulabantur. Bergler.*

16. στωμυλεύεσθαι. Huc omnino pertinent Timonis Phliaſii verſus de Socrate apud Laertium Lib. II. ſegm. 19.

Ἐκ δ' ἄρα τῶν ἀπέκλινε λιθοξόος, ἐννομολέσχης·
Ἑλλήνων ἐπαοιδὸς, ἀκριβολόγους ἀποφήνας.
Μυκτὴρ, ῥητορομύκτης, ὑπάττικος, εἰρωνευτής.

*Ab iſtis autem* (Phyſicis) *declinauit lapicida, de legibus garriens. Graecorum incantator, qui adcurate diſferentes fecit diſcipulos. Deriſor, rhetorum ſubſannator, ſubatticus, diſſimulator.* Erat certe is Socrates, qui de re qualibet apte fabulari, et acute atque eleganter diſſerere poſſet: idque imitabantur Socratici; contra Epicurus eloquentiam negligebat, et ſuum ſectatorem dicit οὐ καλῶς ῥητορεύσειν apud Laertium Lib. X. Segm. 26. itaque ſine dubio et hic deridendum ſe dedit, ſi quando praeter ingenium ſuum voluit dicax et facundus videri. *Bergler.*

17. εἰρωνεύεσθαι. Notiſſima Socratis εἰρωνεία. Ariſtoteles Nicom. III. c. 7. οἱ δὲ εἴρωνες ἐπὶ τὸ ἔλαττον λέγοντες, χαριέστεροι μὲν τὰ ἤθη φαίνονται — μάλιστα δὲ καὶ οὗτοι τὰ ἔνδοξα ἀπαρνοῦνται, οἷον καὶ Σωκράτης ἐποίει. Oportet autem, vt admodum ridiculum ſe et inep-

tum praebuerit Epicurus, quum tale quid conatus est; quia alias moribus erat simplicibus, et facile ferre posset etiam in os laudantem. Sane tam alienus ab illa ironia videtur fuisse, vt eam et in Socrate improbauerit, vt Cicero prodidit in Bruto, cuius locum adscribam: *Ego, inquit ille,* (Atticus) *ironiam illam, quam in Socrate dicunt fuisse, qua ille in Platonis, et Xenophontis et Aeschinis libris vtitur, facetam et elegantem puto. Est enim et minime inepti hominis, et eiusdem etiam faceti, cum de sapientia disceptatur, hanc sibi ipsum detrahere, et eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogant: vt apud Platonem Socrates in coelum effert laudibus Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, ceteros: se autem omnium rerum inscium fingit, et rudem. Decet hoc nescio quomodo illum, nec Epicuro, qui id reprehendit, adsentior. Bergler.*

17. Ἀλκιβιάδην τινὰ Πυθοκλέα νομίζει. In hac autem re conuenit ei cum Socrate; nisi forte magis impudica fuit amatio inter Epicurum et Pythoclem, quam inter Socratem et Alcibiadem, de quibus obiter supra ad Lib. I. Ep. 38. De Pythocle Epicuri amasio refert fragmentum epistolae Epicuri ad eumdem Laertius Lib. X. Segm. 5. πρὸς δὲ Πυθοκλέα ὡραῖον ὄντα, Καθεδοῦμαι, φησὶ, προσδοκῶν τὴν ἱμερτὴν καὶ ἰσόθεόν σου εἴσοδον. *Ad Pythoclem autem in flore aetatis constitutum* scribens, *Sedebo, inquit, exspectans amabilem tuum atque diuinum ingressum. Bergler.*

19. γῆν πρὸ γῆς φεύξομαι. Vide Erasmum Chil. II. Cent. Prou. 14. *Terram pro terra*, vbi nec Alciphronis hunc locum praeterit. Scholiastes Luciani ad Pseudomantin T. V. Bip. p. 106. vbi γῆν pro γῆς ἐλαύνεσθαι, adnotat: γῆν πρὸ γῆς, τοῦτο εἰώθε λέγεσθαι Ἀθηναίοις, ἀντὶ τοῦ κατὰ πάσης τῆς γῆς, ὃ φαμὲν, τόπον ἐκ τόπου. Dico praeterea aliquid ad Aristophanis Acharnenses v. 234. vbi διώκειν γῆν pro γῆς. *Bergler.* Nihil tamen ad Aristophanem attulit, praeter Luciani modo laudatum locum, aliumque Aeschyli in Prometh. v. 683. ad quem et ipsum prouocauit Arnaldus Misc. Obs. T. V. p. 277. cf. et Suidam πρὸ γῆς.

20. τὰς διασπάστους. Hanc vocem interpretor, quasi τὰς ἐπισεσυρμένας, de quo Budaeus Comment. Gr. L. p. 1015. ἐπισεσυρμένον *etiam dicitur male coagmentatum, dissolutum, laxum* etc. Deinde, ἐπισεσυρμένως interpretatur *dissolute, incondite, incomposite* etc. vbi inter alia adfert Ciceronis in II. de Orat. locum: *Quod tuum principium, Dii immortales! qui timor? quae dubitatio? quanta haesitatio,* tractusque verborum? De oratione Epicuri, qualis ea fuerit, Athenaeus Lib. V. p. 187. τὴν μὲν γὰρ ἐπιτρέχουσαν τῇ λέξει ἀῤῥυθμίαν, τί δεῖ καὶ λέγειν; vbi Casaubonus: *nam dictionis, qua Epicurus vtitur, inconcinnitatem quid attinet dicere?* addit deinde: *Epicurum nescisse Graece loqui, probauimus alibi multorum scriptorum testimoniis. Bergler.*

23. Τίμαρχον. Videtur iste esse, de quo Plutarchus adv. Colotem: ὁ μὲν Μητρόδωρος τὸν Τίμαρχον παρακαλῶν, φησὶ, Ποιήσωμέν τι καλὸν ἐπὶ καλοῖς, μονονοὺ καταδύντες ταῖς ὁμοιοπαθείαις, καὶ ἀπαλλαγέντες ἐκ τοῦ χαμαὶ βίου, εἰς τὰ Ἐπικούρου ὡς ἀληθῶς θεόφαντα ὄργια. *Metrodorus Timarchum adhortans dicit: Faciamus aliud ex alio pulcrum, tantum non immergentes nos adfectuum similitudine, et soluti hac humi serpente vita, in illa Epicuri vere diuina orgia.* Qui locus etiam exemplum esse possit eiusmodi orationis διασπάστου. *Bergler.*

24. τὸν Κηφισιάθεν. De pago Attico Κηφισία iam egit Meursius in libro de populis Atticae inscripto. *Bergler.*

24. οὐκ ἀρνοῦμαι — οὐκ οἰκείως ἔχειν. Saepe apud Graecos duae aut tres negationes ponuntur, vbi apud Latinos vna sufficit, vt cum hoc verbo. Aeschines contra Timarchum: οὔτε αὐτὸς ἐξαρνοῦμαι μὴ οὐ γεγονέναι ἐρωτικὸς, καὶ ἔτι νῦν εἶναι. Vide ibi et inferius. Demosthenes III. in Philippum (Vol. I. 124. 28. Reisk.) ἀνθρώπους μισθωτοὺς, ὧν οὐδ' ἂν ἀρνηθεῖεν ἔνιοι, ὡς οὐκ εἰσὶ τοιοῦτοι. Ponitur etiam negatio simplex, cum non videtur necessaria, vt apud Aeschinem adhuc inferius: τὰ μὲν ὁμολο-

γῶ· τὰ δ' ἐξαρνοῦμαι μὴ τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον. Apud Athenaeum Lib. XIV. p. 626. de Arcadibus: τῶν μὲν ἄλλων μαθημάτων ἀργηθῆναί τι μὴ εἰδέναι, οὐδὲν αὐτοῖς αἰσχρόν ἐστι· τὸ δὲ ᾄδειν ἀποτρίβεσθαι, (peritiam a se amouere) αἰσχρὸν παρ' αὐτοῖς νομίζεται. Sic cum aliis quibusdam verbis, vt apud Euripidem in Oreste v. 1048. ηὐλαβεῖτο μὴ σώζειν φίλους, *verebatur seruare amicos*, vbi Scholiastes: τὸ μὴ περιττεύει. Athenaeus Lib. I. p. 5. ἐγὼ κατέχω τινὰ ὀψοφάγον ἐπὶ τοσοῦτον ἐκπεπτωκότα τοῦ μὴ ἐντρέπεσθαι τοὺς πλησίον ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις, ὥστε etc. *ego teneo memoria quemdam lurconem, qui eo vsque impudentiae progressus fuerat, non verendo proximos super iis, quae ab ipso fierent, vt* etc. Demosthenes II. Exordiorum (Vol. II. 1420. 8. Reisk.) τοῦτο τοίνυν φυλάττεσθε μὴ πάσχειν. pro φυλάττεσθε, μὴ πάσχοιτε. *Bergler.*

28. διεπαρθένευσεν. Alberti ad Hesychium h. v. prouocat ad Herodot. Lib. IV. 168. (ex quo sumsit Pollux Lib. III. Segm. 42.) it. Interpretes ad Petronium c. 25. Munkerum ad Hyginum Fab. 23.

28. ἐκ γειτόνων οἰκοῦσαν. Aristaenetus Lib. I. Ep. 5. προσλαβομένη φίλην αὐτῆς ἐκ γειτόνων οἰκοῦσαν. Idem Ep. 19. ἄπιθι τοίνυν Θελξινόη καὶ σὺ παρ' ἐκείνην ἐκ γειτόνων οἰκοῦσαν. Lysias contra Erat. ἔφασκε τὸν λύχνον ἀποσβεσθῆναι τὸν παρὰ τῷ παιδίῳ, εἶτα ἐκ γειτόνων ἀνάψασθαι. Et cum ΕΙΣ Lycurgus Orator: οὐδὲ τὰ ὅρια τῆς χώρας αἰσχυνόμενος, ἀλλ' ἐς γειτόνων τῆς θρεψάσης αὐτὸν πατρίδος μετοικῶν. *nec reuerentia finium regionis ductus, sed in viciniam patriae suae, quae eum aluit, migrans.* Bergler. — De ἐν γειτόνων v. supra Adnot. criticam.

36. ἐκ Καππαδοκίας πρῶτος εἰς τὴν Ἑλλάδα ἦκων. Hoc est Cappadox maximus, et si quis alius, Germanus Cappadox. Sic Fl. Iosephus, indicare volens Apionem vel maxime fuisse Aegyptium, scribit Lib. II. contra eum: καὶ τί γε δεῖ θαυμάζειν, εἰ περὶ τῶν ἡμετέρων ψεύδεται

προγόνων, λέγων αὐτοὺς εἶναι τὸ γένος Αἰγυπτίους; αὐτὸς γὰρ περὶ αὐτοῦ τοὐναντίον ἐψεύδετο· καὶ γεγεννημένος ἐν Ὀασει τῆς Αἰγύπτου πάντων Αἰγυπτίων πρῶτος, ὡς ἂν εἴποι τις, τὴν μὲν ἀληθῆ πατρίδα καὶ τὸ γένος ἐξωμόσατο· Ἀλεξανδρεὺς δὲ εἶναι καταψευδόμενος ὁμολογεῖ τὴν μοχθηρίαν τοῦ γένους. Vult autem Noſter barbarum dicere Epicurum; quomodo et Ariſtophanes Cleonem in Equitibus v. 6. οὗτός γε πρῶτος Παφλαγόνων, ſunt autem vicini Cappadoces et Paphlagones. Libanius in Epiſtolis ad Baſilium non ſine aceto ſaepius inculcat mentionem Cappadocum; quum enim Baſilius ſoleret Libanio commendare et in diſciplinam tradere Cappadocum adoleſcentes, ſcripſiſſetque ad eum: αἰσχύνομαι καθ' ἕνα σοι προσάγων τοὺς Καππαδόκας, ἀλλὰ μὴ πάντας τοὺς ἐν ἡλικίᾳ πείθων, λόγων καὶ παιδεύσεως ἀντιποιεῖσθαι etc. *Pudet me, quod ſingulatim tibi tradam Cappadoces, et non omnes iuuenes adhorter, vt doctrinae ſtudia amplectantur* etc. Libanius reſpondet: Διὰ χρόνου πρὸς ἡμᾶς Καππαδόκης ἥκει νέος. ἓν τοῦτο κέρδος, ὅτι Καππαδόκης. ἀλλὰ καὶ τοῦ πρώτου γένους οὗτος ὁ Καππαδόκης, δεύτερον τοῦτο κέρδος. etc. *Longo poſt tempore ad nos venit Cappadox iuuenis; vnum hoc emolumentum, quod Cappadox, ſed et primarii generis iſte Cappadox; alterum hoc emolumentum.* Deinde alium commendans Baſilius, quaſi nonnihil ſentiens, et ipſe repetit: Ἰδού σοι καὶ ἕτερος ἥκει Καππαδόκης, cui Libanius: οἶδα, ὅτι τοῦτο πολλάκις γράψεις, τὸ, ἰδού σοι καὶ ἕτερος ἥκει Καππαδόκης. Id dum ſe ſcire ita futurum dicit, perinde eſt, ac ſi nollet id fieri, ſaltem quod ad repetitionem vocabuli attinet: animadvertit enim et ipſe Baſilium non fuiſſe ἀναίσθητον. *Bergler.* Ex hoc loco la Crozius ſeriorem Alciphronis aetatem probare voluit. v. Theſaurum la Croz. T. II p. 38. de qua opinione quid ſentiendum ſit, v. Praefationem. W.

37. ἐγὼ δὲ, εἰ καὶ ὅλη γένοιτο Ἀθηναίων πόλις Ἐπικούρων. Cl. Perizonius in Epiſtola ad me: *Vertitur: Ego vero etiamſi tota ciuitas Athenienſium auxilio ſit etc.*

*quum sensus sit: etiamsi tota Athenienſium ciuitas ſit Epicurorum, h. e. conſtet vnice ex et in Epicuris ſeu ſimilibus Epicuro, vnde mox πάντας αὐτοὺς poſthabere ſe dicit vni Timarcho. Bergler.* Vnus ex Gloſſatoribus Eichſtad. poſt Ἐπικούρων inſerit μεστή.

39. ζυγοστατήσω. quaſi *eadem trutina penſabo*, vt Horat. II. Ep. 1. v. 29. *Si — Romani penſantur eadem Scriptores trutina.* Ex quo Eraſmus prouerbium cudit. *Bergler.* Similis metaphora eſt apud Ariſtaenetum Lib. I. Ep. 2. παύσασθε ζυγομαχίας.

45. πολλοῖς φίλοις κεχρημένος. Diogenes Laertius in Epicuro Lib. X. Segm. 9. οἵ τε φίλοι τοσοῦτοι τὸ πλῆθος ὡς μηδ' ἂν πόλεσιν ὅλαις μετρεῖσθαι δύνασθαι, *amici eius tam multi, vt eos ne vrbes quidem integrae capere poſſent.* vbi in hanc rem videri poteſt Menagius. *Bergler.*

46. οὐδὲν θάλπει τι δόξα. Ariſtaenet. I, 24. ἐμὲ οὐδὲν θάλπει κέρδος.

47. Δάματερ. Sic et Attici Dorice in exclamationibus. Exempla paſſim obuia apud Ariſtophanem. *Bergler.*

48. ἠνάγκασται. Nimis remotum eſſe videtur ab Infinitiuis ſequentibus, ad quae pertinet: ζῆν — κολακεύειν — καθυμνεῖν. Ceterum locum noſtrum in animo habuiſſe videtur Reitzius ad Luciani T. V. p. 523. vbi Alciphronem intra quatuordecim verſiculos duodecies voculam καὶ dicit vſurpaſſe. W.

51. καθυμνεῖν. Plutarchus in Colotem p. 1117. τίνι προσείπωμεν ἀξίως ὀνόματι τοὺς ἡμετέρους — κροτοθορύβους — καὶ ἐπιθειάσεις, αἷς — καθυμνεῖτε τὸν ἐπὶ ἡδονὰς παρακαλοῦντα; *quo digno nomine adpellemus veſtros tumultuoſos plauſus et Deorum obteſtationes, quibus celebratis illum ad voluptates hortantem* Epicurum? *Bergler.*

52. ὑπηνέμους — δόξας. ὑπήνεμος et ὑπηνέμιος proprie vento patens, expoſitus, deinde ventoſus, irritus, vanus. Sic ὑπηνέμια ὠὰ, ἀνεμιαῖα ap. Menandrum p. 36.

Clerici. (Windeyer) de quibus locus classicus est apud Dionem Chrysost. or. XX. T. I. p. 499. ed. Reisk. — ὀνείρατα ibidem, et apud Lucianum Harmonide. §. 4. T. IV. Bip. p. 143. Plura congessit Cl. Hoepfnerus ad Eurip. Cyclopem p. 28. Hoc vero nomine insigniri κυρίας, quas Epicurus iactabat, δόξας meretriculam facetam non dedecet. W.

52. ὁ Ἀτρεὺς οὗτος — ἐκ τῆς ἐμῆς μοναγρίας. Pro μοναγρίας videtur μοναρχίας legendum. [de quo vide Adnot. criticam] Comparantur autem in hac adlusione personae sic: si Epicurus est Atreus rex Mycenarum, Timarchus erit Thyestes, Atrei frater, Leontium autem erit Aerope Atrei vxor, quam Thyestes adulterio cognouit, et propterea in exsilium abire coactus est. Res nota ex historia fabulosa. Proverbium est, Ἀτρέως ὄμματα, quod Diogenianus exponit, ἐπὶ τῶν πάντα ὁρώντων, οὓς οὐκ ἔστι λαθεῖν. — εἴρηται δὲ, ἐπεὶ οὐκ ἔλαθε Θυέστης μοιχεύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. *Bergler.*

67. Μητρόδωρον καὶ Ἕρμαχον καὶ Πολύαινον. Isti primarii eius amici et discipuli. Meminit omnium Laertius in vita Epicuri Lib. X. Segm. 22 — 24. *Bergler.*

70. Τιμοκράτης ὁ Μητροδόρου. Hic rariore exemplo subaudiendum videtur non υἱὸς, sed ἀδελφός. *Bergler.* Sic occurrit in N. T. Luc. VI. 16. et Act. I, 13. coll. Ep. Iudae v. 1. Ἰούδας Ἰακώβου. sc. ἀδελφός. v. Lamb. Bos. edit. Schwebel. p. 17.

73. ἀναίσχυντός ἐστι τὸ ἐρᾶν. De singulari amore quo deperibat Epicurus Leontium, plures quidem meminere, sed adscribam locum Athenaei, ad alia etiam in antecedentibus pertinentem ex Lib. XIII. p. 588. οὗτος οὖν Ἐπίκουρος οὐ Λεόντιον εἶχεν ἐρωμένην τὴν ἑταιρείαν διαβόητον γενομένην; ἡ δὲ οὐχ ὅτε φιλοσοφεῖν ἤρξατο, ἐπαύσατο ἑταιροῦσα, πᾶσί τε τοῖς Ἐπικουρείοις συνῆν ἐν τοῖς κήποις, Ἐπικούρῳ δὲ ἀναφανδόν. ὥστ' ἐκεῖνον πολλὴν φροντίδα ποιούμενον αὐτῆς τοῦτ' ἐμφανίζειν διὰ τῶν πρὸς Ἕρμαχον ἐπιστολῶν.

## Epistola III.

### Μένανδρος Γλυκέρᾳ.

Ἐγὼ μὰ τὰς Ἐλευσινίας θεὰς, μὰ τὰ μυστήρια αὐτῶν, ἃ σοι καὶ ἐναντίον ὤμοσα παλλάκις, Γλυκέρα, μόνος μόνῃ, ὡς οὐδὲν ἐπαίρω τὰ ἐμά· οὐδὲ βουλόμενός σου χωρίζεσθαι, ταῦτα καὶ λέγω καὶ γράφω. Τί γὰρ ἐμοὶ χωρίς σου γένοιτ' ἂν ἥδιον; τί δ' ἐπαρθῆναι μεῖζον τῆς σῆς Φιλίας δυναίμην; εἰ καὶ τὸ ἔσχατον ἡμῶν γῆρας διὰ τοὺς σοὺς τρόπους καὶ ἦθη, νεότης ἀεὶ Φανεῖταί μοι. Καὶ συννεάσαιμεν ἀλλήλοις καὶ συγγηράσαιμεν, καὶ νὴ τοὺς θεοὺς συναποθάνοιμεν· ἀλλ' αἰσθανόμενοι, Γλυκέρα, ὅτι συναποθνήσκομεν, ἵνα μηδετέρῳ ἡμῶν ἐν ᾅδου συγκαταβαίη τις ζῆλος, εἰ τινῶν ἄλλων ὁ σωθεὶς πειράσεται ἀγαθῶν. Μὴ δὲ γένοιτό μοι πειραθῆναι σοῦ μηκέτ' οὔσης· τί γὰρ ἂν ἔτι καταλείποιτο ἀγαθόν; Ἃ δὲ νῦν ἤπειξέ με ἐν Πειραιεῖ μαλακιζόμενον (οἶσθα γάρ μου τὰς συνήθεις ἀσθενείας, ἃς οἱ μὴ Φιλοῦντές με τρυφὰς καὶ σαλακωνίας καλεῖν εἰώθασιν) ἐπιστεῖλαί σοι ἐν ἄστει μενούσῃ διὰ τὰ Ἀλῶα τῆς θεοῦ, ταῦτ' ἐστίν. Ἐδεξάμην ἀπὸ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως Αἰγύπτου γράμματα, ἐν οἷς δεῖταί μου πάσας δεήσεις, καὶ προτρέπεται βασιλικῶς ὑπισχνούμενος τὸ δὴ λεγόμενον τοῦτο τὰ τῆς γῆς ἀγαθὰ, ἐμὲ καὶ Φιλήμονα· καὶ γὰρ ἐκείνῳ γράμματα κεκομίσθαι Φασί· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Φιλήμων ἐπέστειλέ μοι τὰ

ἴδια δηλῶν, ἐλαφρότερα, καὶ, ὡς οὐ Μενάνδρῳ γεγραμμένα, ἧττον λαμπρά. Ἀλλ' ὄψεται καὶ βουλεύσεται τὰ ἴδια οὗτος. Ἐγὼ δὲ οὐ περιμενῶ βουλάς· ἀλλὰ σύ μοι, Γλυκέρα, καὶ γνώμη, καὶ Ἀρεοπαγίτις βουλὴ, καὶ Ἡλιαία, ἅπανται νὴ τὴν Ἀθηνᾶν ἀεὶ γέγονας, καὶ νῦν ἔσῃ. Τὰς μὲν οὖν ἐπιστολὰς τοῦ βασιλέως σοι διεπεμψάμην, ἵνα μὴ κόπτω σε δὶς καὶ τοῖς ἐμοῖς καὶ τοῖς ἐκείνου γράμμασιν ἐντυγχάνουσαν· ἃ δὲ ἐπιστέλλειν αὐτῷ ἔγνωκα, βούλομαί σε εἰδέναι. Πλεῖν μὲν καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀπιέναι μακρὰν οὕτω καὶ ἀπωκισμένην βασιλείαν οὖσαν, μὰ τοὺς δώδεκα θεοὺς, οὐδὲ ἐνθυμοῦμαι· ἀλλ' οὐδὲ εἰ ἐν Αἰγίνῃ ταύτῃ γε τῇ πλησίον ἔκειτο Αἴγυπτος, οὐδ' οὕτως ἐν νῷ ἂν ἔσχον, ἀφεὶς τὴν ἐμὴν βασιλείαν τῆς σῆς φιλίας. μόνος ἐν τοσούτῳ ὄχλῳ Αἰγυπτίων χωρὶς Γλυκέρας ἐρημίαν πολυάνθρωπον ὁρᾶν. Ἥδιον γὰρ καὶ ἀκινδυνότερον τὰς σὰς θεραπεύω μᾶλλον ἀγκάλας, ἢ τὰς ἁπάντων τῶν σατραπῶν καὶ βασιλέων. Ἐπικίνδυνον μὲν οὖν τὸ ἀνελεύθερον, εὐκαταφρόνητον δὲ τὸ κολακεῦον, ἄπιστον δὲ τὸ εὐτυχοῦν. Ἐγὼ δὲ καὶ τὰς Θηρικλείους, καὶ τὰ καρχήσια, καὶ τὰς χρυσίδας καὶ πάντα τὰ ἐν ταῖς αὐλαῖς ἐπίφθονα παρὰ τούτοις ἀγαθὰ φυόμενα, τῶν κατ' ἔτος Χοῶν καὶ τῶν ἐν τοῖς θεάτροις ληναίων καὶ τῆς χθιζῆς ὁμιλίας, καὶ τῶν τοῦ Λυκείου γυμνασίων, καὶ τῆς ἱερᾶς Ἀκαδημίας, οὐκ ἀλλάττομαι, μὰ τὸν Διόνυσον καὶ τοὺς βακχικοὺς αὐτοῦ κισ-

σοὺς, οἷς στεφανωθῆναι μᾶλλον ἢ τοῖς Πτολεμαίου βούλομαι διαδήμασιν, ὁρώσης καὶ καθημένης ἐν τῷ θεάτρῳ Γλυκέρας. Ποῦ γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ ὄψομαι ἐκκλησίαν καὶ ψῆφον ἀναδιδομένην; ποῦ δὲ δημοκρατικὸν ὄχλον οὕτως ἐλευθεριάζοντα; ποῦ δὲ θεσμοθέτας ἐν ταῖς ἱεραῖς κώμαις κεκισσωμένους; ποῖον περισχοίνισμα; ποίαν αἵρεσιν; ποίους Χύτρους; Κεραμικὸν, ἀγορὰν, δικαστήρια, τὴν καλὴν ἀκρόπολιν, τὰς σεμνὰς θεὰς, τὰ μυστήρια, τὴν γειτνιῶσαν Σαλαμῖνα, τὰ στήνια, τὴν Ψυτταλίαν, τὴν Μαραθῶνα, ὅλην ἐν ταῖς Ἀθήναις τὴν Ἑλλάδα, ὅλην τὴν Ἰωνίαν, τὰς Κυκλάδας πάσας; Ἀφεὶς ταῦτα καὶ Γλυκέραν μετ' αὐτῶν, εἰς Αἴγυπτον διέλθω; χρυσὸν λαβεῖν καὶ ἄργυρον καὶ πλοῦτον; ᾧ μετὰ τίνος χρήσομαι; μετὰ Γλυκέρας τοσοῦτον διατεθαλασσευμένης; οὐ πενία δέ μοι ἔσται χωρὶς αὐτῆς ταῦτα; Ἐὰν δὲ ἀκούσω τοὺς σεμνοὺς ἔρωτας εἰς ἄλλον αὐτὴν μετατεθεικέναι, οὐ σποδός μοι πάντες οἱ θησαυροὶ γενήσονται; καὶ ἀποθνήσκων τὰς μὲν λύπας ἐμαυτῷ συναποίσω, τὰ δὲ χρήματα τοῖς ἐχνεύουσιν ἀδικεῖν ἐν μέσῳ κείσεται; ἢ μέγα τὸ συμβιοῦν Πτολεμαίῳ καὶ σατράπαις καὶ τοιούτοις φόβοις, ὧν οὔτε τὸ φιλικὸν βέβαιον, οὔτε τὸ διεχθρεῖν ἀκίνδυνον; Ἐὰν δὲ ὀργισθῇ τί μοι Γλυκέρα, ἅπαξ αὐτὴν ἁρπάξας κατεφίλησα· ἂν ἔτι ὀργίζεται, μᾶλλον αὐτὴν ἐβιασάμην· κἂν βαρυθύμως ἔχῃ, δεδάκρυκα· καὶ πρὸς ταῦτ' οὐκ ἔθ' ὑπομείνασα

τὰς ἐμὰς λύπας δεῖται λοιπὸν, οὔτε στρατιώτας ἔχουσα οὔτε δορυφόρους οὔτε φύλακας· ἐγὼ γὰρ αὐτῆς εἰμὶ πάντα. Ἢ μέγα καὶ θαυμαστὸν ἰδεῖν τὸν καλὸν Νεῖλον; οὐ μέγα καὶ τὸν Εὐφράτην ἰδεῖν; οὐ μέγα καὶ τὸν Ἴστρον; οὐ τῶν μεγάλων καὶ ὁ Θερμώδων, ὁ Τίγρις, ὁ Ἅλυς, ὁ Ῥῆνος; Εἰ μέλλω πάντας τοὺς ποταμοὺς ὁρᾶν, καταβαπτισθήσεταί μοι τὸ ζῆν, μὴ βλέποντι Γλυκέραν. Ὁ δὲ Νεῖλος οὗτος καίπερ ὢν καλὸς, ἀλλ' ἀποτεθηρίωται· καὶ οὐκ ἔστιν οὔτε προσελθεῖν αὐτοῦ ταῖς δίναις ἐλλοχωμένου τοσοῦτοις κακοῖς. Ἐμοὶ γένοιτο, βασιλεῦ Πτολεμαῖε, τὸν Ἀττικὸν αἰεὶ στέφεσθαι κισσόν· ἐμοὶ γένοιτο χώματος καὶ τάφου πατρῴου τυχεῖν, καὶ τὸν ἐπ' ἐσχάρας ὑμνῆσαι κατ' ἔτος Διόνυσον· τὰς μυστηριώτιδας ἄγειν τελετάς· δραματουργεῖν τι καινὸν ταῖς ἐτησίαις θυμέλαις δρᾶμα, γελῶντα καὶ χαίροντα καὶ ἀγωνιῶντα καὶ φοβούμενον καὶ νικῶντα. Φιλήμων δὲ εὐτυχείτω τἀμὰ ἀγαθὰ, γενόμενος ἐν Αἰγύπτῳ. Οὐκ ἔχει Φιλήμων Γλυκέραν τινά· οὐδὲ ἄξιος ἦν ἴσως τοῦ τοιούτου ἀγαθοῦ. Σὺ δὲ ἐκ τῶν Ἁλώων δέομαι Γλυκέριον εὐθὺς πετομένη πρὸς ἡμᾶς ἐπὶ τῆς ἀστράβης φέρου. Μακροτέραν ἑορτὴν οὐδέποτε ἔγνων, οὐδὲ ἀκαιροτέραν. Δήμητερ ἵλεως γενοῦ.

Haec Epistola digna vtique Menandro, vti et sequens, itidem elegantissima et disertissima, scribuntur occasione arcessiti a Ptolemaeo Menandri in Aegyptum, quo se

iturum negat deserta Glycera. Refert Suidas Menandrum ad Ptolemaeum scripsisse epistolas; in illis sine dubio respondit ad euocatorias Ptolemaei literas, quarum Noster hic meminit. *Bergler.* Plura vide apud Fabricium Bibl. Gr. Vol. I. p. 767. ed. prioris.

De Glycera notum est Epigramma Martialis Lib. XIV. 187. *Hic primum iuuenum lasciuos luſit amores. Nec Glycere, vere Thais amica fuit*, quae verba sic interpretatur Turnebus Aduers. IX. 24. *Glycere erat Menandri poetae amica, quod ex Glycerae Graecis ad eum epistolis*, [vna tantum ab Alciphrone efficta] *quae hodieque exstant, cognoscimus. Thais tamen* [cuius nomine Comoediam inscripsit, v. editionem Clerici p. 78.] *ab eo sic in Comoediis introducta frequenter et celebris reddita est, vt ipsa videatur, non Glycere, Menandri amica fuisse.* Alii aliter exponunt, mihi vero tempora distinguenda videntur. W.

## ADNOTATIO CRITICA.

4. σοῦ χωρίζεσθαι. Vulgata σοὶ χαρίζεσθαι. Quo quid magis contrarium esse potest toti epistolae? ait *Bergler-us*, habetque persuasissimum, legendum esse σοῦ χωρίζεσθαι. — Recte, et debebat statim recipere, quod non feciſſe paullo post ipsum poenituit. Glossator Eichst. totum locum sic refingit: ὡς οὐδὲ ἐπαίρειν τὰ ἐμά, οὐδὲ σοῦ χωρίζεσθαι βουλόμενος, ταῦτα καὶ λέγω καὶ γράφω.

7. ἔσχατον ἡμῶν γῆρας. ἡμῶν aberat ab editione Bergleri, qui tamen in versione expresserat. Confirmatur Codice Doruiliano ad Charit. p. 413. Doruilius his non contentus etiam τὰ ἤθη (addito articulo) praefert, vel melius adeo scribi τὰ σὰ ἤθη existimat.

10. συναποθάνοιμεν. Sic pro vulgato συνθάνοιμεν habet Cod. Doruil. l. l. Nihil mutassem, nisi idem optimae notae liber totum versiculum

ſuppleret, librariorum incuria olim omiſſum, qui tamen miram toti loco addit ſuauitatem. Sic igitur ſcribit: συναποθάνοιμεν· ἀλλ' αἰσθανόμενοι, Γλυκέρα, ὅτι συναποθνήσκομεν, ἵνα κ. τ. λ. Sic omnia melius cohaerent, et quamquam nihil interſit, συνθάνοιμεν ponas an συναποθάνοιμεν, tamen vna harum formarum bis repetenda erat, poſteriorque, praeterquam quod Codice firmaretur, rotundior etiam viſa eſt.

12. ἐν ᾅδου. Gloſſ. Eichſt. pro ἐν malit ἐς.

12. εἰ τινῶν. Repoſui εἰ pro ἢ ſecutus Berglerum, qui recte obſeruat, ſi ἢ ſerues, vt praecedenti συγκαταβαίη reſpondeat, non πειράσεται, ſed πειραθείη ſcribendum fuiſſe.

17. τρυφάς. Editt. ἃς οἱ μὴ φιλοῦντές μετροφάς, ſine dubio per errorem typi, vt vel ex accentus reiectione a με adparet. Henr. etiam Stephanus locum hunc citans in σαλακωνια ſcripſit τρυφάς. Itaque non dubitaui mendam tollere. Sic Berglerus, nec aliter in Codice ſuo inuenit Doruilius, quem vide ad Charit. p. 413.

23. τὰ τῆς γῆς ἀγαθά. Cod. Doruil. v. ad Charit. p. 527. emittit γῆς; male. Contra addit καὶ in ſequentibus: καὶ ἐμὲ καὶ Φιλήμονα. Ego vero mallem iſtud καὶ poſt καὶ γὰρ ponere, ſic: καὶ γὰρ καὶ ἐκείνῳ, vbi vix abeſſe poteſt. cf. Commentar.

27. ὄψεται. Idem liber praefert ſic: ὄψεται, quod quid ſibi velit, neſcire ſe profitetur Doruilius ibidem. Nec ego Oedipus.

33. μὴ κόπτω. Gloſſ. Eichſtad. κοπιῶ, καὶ σὲ, ita tamen, vt ante διεπεμψάμην addi velit οὖ. Poſterius placet, κοπιῶ non item.

35. ἔγνωκα, βούλομαί σε εἰδέναι. Gloſſ. Eichſt. κἂν delet. Cod. Doruil. pag. eadem habet: ἔγνω καβούλομαι δὲ, quod lectionis monſtrum in melius refinxit Doruilius hoc modo: ἔγνωκα, βούλομαί σε εἰδέναι, quem ſecutus ſum. Bergleriana habet: ἃ δὲ ἐπιστέλλειν αὐτῷ, ἔγνων, κἂν βούλομαί σε εἰδέναι.

44. βασιλέων. Puto excidiſſe vocem αὐλὰς propter ſimilitudinem vocis ἀγκάλας, vel in medio, vt fuerit ἢ τὰς αὐλὰς, vel in fine

post βασιλέων. Videtur enim hoc etiam loco vti ipsis Menandri verbis. Adparent autem illa apud Athenaeum, qui Lib. V. p. 189. νῦν δὲ τὰ βασίλεια λέγουσιν αὐλὰς, ὥσπερ Μένανδρος, Αὐλὰς θεραπεύειν καὶ σατραπας. Haec Berglerus, nec inepte. Nescio tamen, an vulgata elegantior adeo adpareat, si αὐγκάλας etiam ad reges referas.

46. εὐτυχοῦν. Editt. εὐτυχούμενον. Illud vsitatius, ait Berglerus. Recte, adeoque plane nihili esse εὐτυχούμενον existimauerim. Consentit Gloss. Eichstad.

47. τὰς Θηρικλείους καὶ τὰ καρχήσια. Vulgata Ἡρακλείους. Forte τὰς Θηρικλείους. Horum poculorum iunctim mentionem facit et Callixenus in opere de Alexandria apud Athenaeum Lib. XI. p. 472. dicens: τινὰς ἔχοντας Θηρικλείους πομπεύειν, τοὺς δὲ καρχήσια, *quosdam Thericleos calices gestantes in pompa incedere, quosdam carchesia.* Notat mox, Menandrum in feminino genere dixisse τὴν Θηρίκλειον. Similia videntur fuisse haec pocula, vnde et pro iisdem aliquando habita. Notat idem paullo ante: Ἀδαῖος δὲ — τὸ αὐτὸ ὑπολαμβάνει Θηρίκλειον καὶ καρχήσιον. Non me fugit ἡρακλειον poculum apud eumdem Athenaeum Lib. XI. p. 469. quo Herculem vectum traiecisse Oceanum fingunt; illud tamen hic magis placeret. Hactenus *Berglerus.*

Scyphi Herculani, quos laudat ex Dempsteri Antiquitatt. Romanis Reitzius ad Luciani Sympos. T. V. Bip. p. 359. non magis, quam pocula apud eumdem ibidem p. 59. et 361. in Herculis salutem hausta (Ἡρακλέους ἀρχηγέτου κύλιξ) huc pertinent. Ceterum de Thericleis, vel ex Cicerone notis, trita omnia, v. Ernesti Clav. h. v. inprimis vero Bentleium ad Phalar. Epp. in Opusculis Lipsiae 1781. editis p. 213. sq. et Lennepium ad Phalaridem p. 305. quos vide.

51. τῆς χθιζῆς ὁμιλίας. Suspecta habet Berglerus. Forte, inquit, Χύτρους, fuit pro χθιζῆς. Coniunxit et Hippolochus Λήναια καὶ Χύτρους ap. Athenaeum Lib. IV. in Ep. ad Lynceum. Non tamen improbo vocem χθιζῆς:

vtitur Herodotus Lib. I. §. 126. πόνοι τῷ χθιζῷ παραπλήσιοι. v. alia ap. Nunnesium ad Phrynichum. Haec *Berglerus*, qui tamen hoc loco sui dissimilis videtur. Recte enim monet Arnaldus in Misc. Obseruatt. T. V. p. 279. non adparere tum, quid sibi velit ὁμολογίας, et sequenti demum pagina occurrere Χύτρους, ideoque hic locum non habere. Consentit Gloss. Eichst. Arnaldo, addens, saltem Genitiuum Χύτρων poni debere.

Io. Henr. *Maius* in Hist. Critique de la Rep. des lettres T. XI. p. 146. suspicatur legendum: τῆς ἐν Διονυσίοις κωμῳδίας. Durius sane, et a literarum, quas vulgata praefert, forma nimis recedens. — Minus adeo placet *Arnaldus* l. l. qui pro ὁμολογίας poni suadet οἰνοφλυγίας, *hesterna crapula*, aut *compotatio*, quae nec Menandrum, qui scribit, nec Glyceram, cui scribitur epistola, decere satis videtur. — Vnus ex Glossatoribus Eichst. adscripsit margini: num χρυσῆς ὀχλοκρατίας, alia tamen manus a priori diversa dubitat, nam si tale quid Menander voluisset, dedisset δημοκρατίας, coniicit igitur οἰνολογίας, quam vocem tamen dubito, an alias inuenias. — Placet prae ceteris *Irmiscus* in Corollar. Disc. saepius laudatae adnexis, legens: τῆς σῆς ὁμιλίας, cui ego ita accedo, vt ὁμιλίας quidem probem, χθιζῆς autem mutari nolim. Suborta quidem primum dubitatio inde, quod inter dies festos et Philosophorum scholas priuati cuiusdam conuiuii mentio haud suo loco fieri videretur; sed quum reputarem, recte omnia processura, si Menandrum sumerem hoc voluisse: Nolim ego cum Ptolemaei diademate permutare vel annuos nostros Choas, et Lenaea, quae, vti hilariter omnino quotannis transigimus, ita hesterna tecum conuersatione huius anni festi dies isti suaues inprimis acciderunt — τῆς χθιζῆς ὁμιλίας locum istum in medio tueri posse, sensumque praebere haud incommodum putaui. Fateor tamen, ne sic quidem ordinem a Menandro obseruatum mihi placere, quum post Philosophorum scholas denuo ad hederas Bacchicas, quae ad solemnitates Lenaeorum pertinerent, quibusque

adsidente Glycera sua decorari velit, recurrat. Nonne enim melius scholae Philosophorum praecederent, et vno deinceps tenore se exciperent Choes, Lenaea, in his consueta conviuia, confabulationes, ludi theatrales, coronae hederaceae, quibus spectante Glycera coronari in theatro malit, quam diadematis Ptolemaei? Sed librariorum incuriam saepius transposuisse verba atque sententias, quis nescit?

59. ἐν ταῖς ἱεραῖς κώμαις. Gloss. Eichstadt. τοῖς ἱεροῖς κώμοις.

59. κεκισσωμένους. Videri possit haec vox ideo non recte habere, quod Thesmothetae non tam hedera, quam myrto coronari consueuerint. At vero Ed. Corsinus in Fastis Atticis T. I. p. 25. facile Alciphronem cum scriptoribus aliis conciliari posse existimat, si Thesmothetas ac Nouemvirorum alios nunc myrto, nunc hedera, *pro sacrorum varietate* coronatos fuisse sumamus. Sic in Dionysiis atque Eleusiniis festis Baccho Cererique sacris hedera fortasse vsos, quum Harpocration v. κιττοφόρος diserte dixerit: τὰς λεγομένας κίσσας ἱερὰς εἶναι ἔλεγον τοῦ Διονύσου, καὶ ταῖν Θεαῖν. W.

64. τὴν Μαραθῶνα. Bergleriana breuius sic: δικαστήρια, τὴν γειτνιῶσαν Σαλαμῖνα, τὴν Ψυτταλίαν, τὴν Μαραθῶνα. Quae his accesserunt in nostra editione, debentur Codici, cuius dominus fuit Doruilius, qui ad Chariton. p. 473. sic dedit, vti non operas dare iussimus, adnotauit tamen, in libro illo esse Καλήνα (pro Σαλαμῖνα) et στήνα. Iam στηνία quidem Hesychio est ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἐν ᾗ διασκώπτουσι καὶ λοιδοροῦσιν, et Suidae στήνια (accentu in priorem syllabam retracto,) καὶ σκίρα, ἑορταὶ γυναικῶν, de quibus vide quae attulit Potterus Archaeol. Gr. a Rambachio conuersa T. I. p. 936. s. Iterum vero hic, quod paullo ante exsistit incommodum, vt festi dies in mediis insulis vrbibusque collocati adpareant. Non occurrit insula vel vrbs prope Athenas, quae huc quadret, nisi Στειρία, δῆμος φυλῆς τῆς Πανδιονίδος apud Stephanum, vnde Στειριεὺς apud Nostrum Lib. I. Ep. 6. (cf. et Strabo-

nem Lib. IX. et Pausaniam Lib. X. c. 35. et Meursium de popp. Atticis h. v.) quae tamen nihil memorabile habuit, nisi quod Isocratis magistrum Theramenem, teste Schol. ad Aristoph. Ranas protulerit, fortasse et Thrasybulum, et via Steriaca occurrat apud Platonem Hipparcho (T. V. Bip. p. 263.) Sed non magis clara est, quae sequitur, Psyttalia, fierique potuit, vt isti pagi Attici vel Menandro, vel Glycerae, vel vtrique ob caussam quamdam grati essent, quam nunc ignoramus. (Epistola sequenti est ἀγρίδιον, quod fortasse in eo agro possedit Menander.) — Ad Marathonem porro quod attinet, Berglerus adnotat ex Thoma Magistro: ἀρσενικῶς οἱ Ἀττικοὶ τὸν Μαραθῶνα λέγουσιν, Ἴωνες δὲ θηλυκῶς, addit tamen, contrarium adparere, nam Demosthenem Atticum in loco simili τὴν Μαραθῶνα, τὴν Σαλαμῖνα de falsa legat. Herodotum contra Ionice scribentem ἐκ τοῦ Μαραθῶνος habere. Non erat igitur, quod Doruilius rescribendum esse τὸν vellet iuberetque. v. Interpretes ad Thom. Magistrum. p. 597. — Ceterum falsam interpunctionem Aldinae: τὴν Μαραθῶνα ὅλην. ἐν ταῖς Ἀθήναις τὴν Ἑλλάδα ὅλην. τὴν Ἰωνίαν. τὰς Κυκλάδας πάσας iam sustulit Berglerus, nam recte obseruat, ὅλην non debere referri ad Μαραθῶνα, quem sciant omnes totum in Attica esse, sed Athenas quasi compendium esse totius Graeciae, totius Ioniae, omnium Cycladum. Vide et Commentarium.

69. διατεθαλασσευμένης. Henr. Stephanus in Thesauro διατεθαλασσευμένος pro *interuallo maris disiunctus*, vt ap. Alciphronem Γλ. τοσ. διατεθαλ. *cum Glycera* tanto *mari*, id est, *tanto maris interuallo* a me disiuncta. Sic ille, securus admodum. Ego legendum esse puto, vt antecedentia etiam repetam: ὦ μετὰ τίνος χρήσομαι, ΤΗΣ ΓΛΥΚΕΡΑΣ ΤΟΣΟΥΤΟΝ ΔΙΑΤΕΘΑΛΑΣΣΕΥΜΕΝΟΣ. Facile μαι τῆς mutari potuit in μετὰ cum ex proxime antecedentibus adhuc haereret. Deinde in masculino genere et in recto casu magis placet, quia de Menandri, non de Glycerae profectione agitur. [Argumentum satis leue!] For-

sitan et ὦ μετὰ τίνος χρήσομαι, ΑΠΟ Γλυκέρας — διατεθαλασσευμένος; saepe in praepositionibus erratum, quia plerumque per compendium scribuntur. Sed priorem coniecturam meliorem puto. Ita *Berglerus*.

*Arnaldus* contra Misc. Obs. T. V. p. 280. Stephanum defendit, qui haec tamquam clara et sincera praeterierit, et notam tantum interrogationis post χρήσομαι poni iubet. Hunc, non nominatum, fortasse nec visum, secutus est *Irmiscus* loco saepius laudato, qui post Γλυκέρας etiam interrogandi signum repeti posse existimat. His et ego accedo; quamquam enim emendationes a Berglero propositae bonum etiam sensum adferunt, leges tamen Critices, vbi difficiliorem locum sola interpunctione iuuare licet, mutare aliquid vetant.

74. ἰχνεύουσιν. Gloss. Eichst. λιχνεύουσιν, quod, quamquam aptum fun lit sensum, vulgato tamen non praetulerim.

78. ἐὰν δὲ ὀργισθῇ. Cod. Doruilian. (ad Chariton. p. 511.) κἂν, quo nil opus est.

80. ἐβιασάμην. Eodem Codice suadente recepi, vtpote rectius vulgato ἐβιάσαμεν, praecedunt enim et sequuntur singulares κατεφίλησα — δεδάκρυκα. Iam deprehendo, Aldinam haud aliter habere, fortasse igitur typothetarum Berglerianorum sphalma est.

81. καὶ πρὸς ταῦτ' οὐκ. τὸ καὶ subministrauit idem Doruilianus liber. Poterat abesse, melius tamen h. l. nectere orationem videtur.

82. δεῖται. Gloss. Eichstad. κεῖται. Nec mihi placet δεῖται. Fortasse aliquid excidit e contexto.

84. αὐτῆς εἰμὶ πάντα. *Irmiscus* l. l. mauult αὐτῇ, quod propius omnino ad Latinam, nostramque linguam accedit, et exempla ab ipso Berglero in notis excitata (v. Commentar.) Dativum etiam apud Graecos magis in vsu fuisse probant. Noluit tamen aliquid mutare bonus Berglerus, quum, qui in editionibus prioribus inuenitur, Genitiuus defendi quodammodo queat, si αὐτῆς ad πάντα, non ad εἰμὶ referas. — Apud Xenophontem Ephesium p. 50. edit. Locellianae itidem Datiuus: ὡς πάντα ἂν αὐ-

τὴ γένοιτο Περιλάῳ, vbi in adnotatione p. 209. Ill. editor quum ad Abreſchium (Miſc. Obſſ. T. X. p. 357.) amandaſſet, prouocat etiam ad Interpretes Velleii ad Lib. II. c. 103. et Petronii ad c. 37.

86. οὐ τῶν μεγάλων. Vulgata οὕτω μεγάλων, quam Berglerus ſecutus quidem, in nota tamen μέγαν ὄντα rectius eſſe ſuſpicatus erat, quamquam μεγάλε occurrat in Oraculo apud Scholiaſten Homeri ad Il. v. 64. vbi inter alia: τί νυ μήσεαι ὦ μεγάλε Ζεῦ, *quid ergo molieris, o magne Iupiter.* Videndum etiam eſſe Euſtathium p. 521. lin. 33. Sic *Berglerus.* Sed *Arnaldus* Miſc. Obſeruatt. T. V. p. 280. languere hoc μέγαν ὄντα, et obſcuram reddere phraſin cenſet, mauult igitur οὔ τοι μεγάλοι καὶ ὁ Θερμώθων. Haud male, melius tamen Codex Doruilianus, qui quidem habet οὕτων μεγάλων, quem tamen Doruilius ad Charit. p. 639. prima vocula diuiſa et interrogationis nota deinde poſita refinxit, vti operas exhibere voluimus: οὐ τῶν μεγάλων, *nonne et in magnis fluuiis habendus Thermodon?* Sic et ſuperſedere poſſimus iis, quae Berglerus porro adſcripſerat ad iſtos fluminum Nominatiuos. „Deflexit ad re„ctum caſum, vt magnos flu„vios enumerans maiore em„phaſi ſingulis immoraretur. „Debent autem haec actione „et geſtu lectoris iuuari, vt „alia quaedam in his epiſtolis. „Quemadmodum in Menan„dro quem Noſter exacte ſine „dubio expreſſit, faciebant, „quod adnotat Demetrius Pha„lereus p. 172. edit. Victor. „(p. 78. ed. Schneideri) Mé„ναvδρον ὑποκρίνονται, λε„λυμένον ἐν τοῖς πλείστοις. „Φιλήμονα δ' ἀναγινώσκου„σι. Menandrum actione et „geſtu exprimunt, vtpote ſo„lutum in plerisque, Phile„monem autem legunt." Nec tacendus eſt Gloſſator Eichſt. qui eumdem, eumque veriſſimum ſenſum repraeſentat, dum legit: οὗτοι μεγάλοι καὶ ὁ Θερμώθων; καὶ ὁ Τίγρης. κ. τ. λ.

89. βλέποντι. Vulgata βλέπον. Βλέποντι ego ante plures annos conieceram, et ſtatim recipiendum eſſe cenſueram. Poſtea temporis idem in mentem veniſſe vidi Medebachio Amoenit. liter. p. 23.

mirorque etiam nunc, Bergleruм vulgatam defendere ſuſtinuiſſe hac tali interpretatione: *mergetur mihi vita carens adſpectu Glycerae*, quod in Aeſchylo fortaſſe tolerare poſſis, non in epiſtolarum ſcriptore.

95. ἐσχάρας. Accipio de *ara*, et quaſi pro τὸν ἐπὶ Θυμέλης. Iul. Pollux Lib. I. Segm. 8. p. 7. ἐσχάρα δ' ἰδικῶς δοκεῖ μὲν ὧδε ὀνομάσθαι, ἐφ' ἧς τοῖς ἥρωσιν ἀποθύομεν· ἔνιοι δὲ τῶν ποιητῶν, καὶ τὸν τῶν θεῶν βωμὸν οὕτω κεκλήκασι. Sic a Sophocle vſurpatam fuiſſe vocem ἐσχάρα Euſtath. ad Odyſſ. p. 265. l. 41. dicit: et ab Euripide, cuius poſterioris etiam locum adducit: Μηλοσφαγεῖτε δαιμόνων ἐπ' ἐσχάραις, vti et ante eum Ammonius de ſimil. et differ. vocum [cf. Valkenaer p. 32. et Animaduerſ. p. 46.] Sed apud hunc male legitur μῆλος φάγεται, vt adparet vel ex Ariſtophane in Auibus v. 1232. vbi μηλοσφαγεῖν τε βουθήτοις ἐπ' ἐσχάραις. Saepe autem Ariſtophanes Euripidis verbis vtitur, et plerumque ioci cauſſa, vt ſexcentis locis oſtendo ad Comicum. Sed haec obiter. Interpretor autem ἐπ' ἐσχάρας per ἐπὶ Θυμέλης, quia Θυμέλη de ara ſcenica vſurpatur. Suidas: Θυμέλη, ὁ βωμός. Iul. Pollux Lib. IV. Segm. 123. p. 423. vbi de partibus theatri: Θυμέλη. εἴ τε βῆμά τι οὖσα, εἴ τε βωμός. Hac voce mox Noſter per Synonymiam vtitur.

Haec omnia ſunt Bergleri, cui tamen non adſentitur *Arnaldus* Miſc. Obſeru. T. V. p. 281. eam ob cauſſam, quod, ſi haec eſſet verborum Graecorum ſententia, τὸν ante ἐπὶ loco ſuo mouendum, et ante Διόνυσον ponendum eſſet — τὸν ἐπ' ἐσχάρας Διόνυσον eſſe *Bacchum domeſticum*, quo Penatium inſtar vſus ſit Menander, nec iniuria, Dramaticus quippe poeta, eumque adoraſſe ἐπ' ἐσχάρας, οἰκῶν ἐν μυχοῖς ἱδρυόμενον, ſic enim eſſe apud Euripidem in Helena v. 826.

Ego vero, quo minus Arnaldo accedam, non vna ratione impedior. Primum enim non video, quid offendere eum potuerit τὸν a Διόνυσον longius remotum, quum in oratione elliptica ſic ſoleant Graeci. Quod ſi enim ex ipſo

Euripidis ab Arnaldo excitato versu suppleas ἱδρύμενον, vel aliud simile, omnia optime se habebunt. Deinde vero ἐσχάραν bene noui vsitatius adhiberi de laribus domesticis, sed hanc huic loco significationem congruere vix crediderim, propterea, quod Menander parcus profecto et infrequens Bacchi sui domestici cultor exstitisset, si semel quotannis eum celebrasset, et ὑμνῆσαι non minus quam κατ' ἔτος ad publicam potius Dionysiorum solemnitatem ducere videantur.

Quid vero *Bernardo* acciderit, qui in epistola quadam ad Reiskium (v. huius vitam p. 325.) pro ἐσχάρας legi mauult ἐσχατιᾶς, non exputo. Omnibus enim huius vocis significationibus diligenter excussis, nullam tamen, quae huc quadraret, indagare potui.

97. ἐτησίαις. Cod. Dorvil. ἐτησίοις, idque vsitatius. v. ad Chariton. p. 413.

102. τοῦ τοιούτου. Τοῦ abest in eod. Cod. v. ibid. p. 473.

## COMMENTARIVS.

1. τὰς Ἐλευσινίας Θεάς. Cererem et Proserpinam; Antimachus apud Strabonem Lib. VIII. p. 560. Δημητρός τοι Ἐλευσινίης ἱερὴ ὄψ. *Cereris Eleusiniae sacer adspectus.* Stephanus Byz. ἔστι καὶ Δημητρὸς καὶ κόρης Ἐλευσινίας ἱερόν. Macrobius de Somnio Scipionis Lib. I. c. 2. *Numenio denique inter philosophos occultorum curiosiori offensam Numinum, quod Eleusinia sacra interpretando vulgaverat, somnia prodiderunt. Visas sibi esse Eleusinias Deas habitu meretricio ante apertum lupanar ludere prostantes: admirantique et causas non conuenientis Numinibus turpitudinis consulenti respondisse iratas: ab ipso se adyto pudicitiae suae vi abstractas et passim adeuntibus prostitutas.* Bergler.

2. ἃ σοι καὶ ἐναντίον ἐκείνων ὤμοσα πολλάκις. Ad hunc modum et Menander in Glycera Comoedia apud Priscia-

num, vti quidem verſiculos eius recte digeſſit Phileleutherus ille Lipſienſis:

— — τί κλαίεις; ὀμνύω σοι τὸν Δία
Τὸν Ὀλύμπιον, καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, φιλτάτη,
Ὁμωμοκὼς καὶ πρότερον ἤδη πολλάκις.

Hic ſi addas Γλυκέρα, verſus eſt integer. *Bergler.*

8. τρόπους καὶ ἤθη. Vide de his copioſe, vt ſolet disputantem Irmiſcum ad Herodian. T. I. p. 795.

11. συναποθάνοιμεν. Horat. Od. III, 9. *Tecum vivere amem, tecum obeam libens*, non infrequens votum amantium. Sic apud Heliodorum Lib. VIII. p. 427. Theagenes ad Charicleam: εἴθε γε ἅμα κατ' ἀμφοτέρων καὶ θάνατον ἕνα καὶ ἐν ὥρᾳ μιᾷ καταδικάσειεν, *vtinam ſimul ambos et vno genere mortis et eadem hora condemnaret.* *Bergler.*

14. πειραθῆναι. In hoc et aliis verbis modo addunt, modo omittunt τὸ σ. v. Leiſnerum et Irmiſcum ad Herodian. Lib. I. c. 5. p. 159. Sic et infra apud Noſtrum Lib. III. Ep. 5. πειραθεῖσα. et πειραθὲν ex emendatione tamen Cod. Vind. A. ſupra I, 37. W.

14. τί γὰρ ἂν ἔτι καταλείποιτο ἀγαθόν; Lyſias in Epitaphio: τίς γὰρ αὐτοῖς ἔτι ἡδονὴ καταλείπεται, τούτων τῶν ἀνδρῶν θαπτομένων; *Bergler.*

18. σαλακωνίας. Heſychius: Σαλακωνία· ἡ ἐν πενίᾳ ἀλαζωνεία. Σαλακωνίσαι, σαλακωνεῦσαι ἔλεγον τοὺς διαθρυπτομένους Σαλάκωνας, ἀπὸ τοῦ ἁβρῶς καὶ μετὰ θρύψεως βαδίζειν. ὁ δὲ Θεόφραστος Σαλακῶνα φησὶν εἶναι τὸν δαπανῶντα, ὅπου μὴ δεῖ. W.

19. διὰ τὰ Ἀλῶα τῆς Θεοῦ. Nempe Cereris: Βωμῷ παρ' Δάματρος ἀλωάδος, vt ſupra ad Lib. I. Ep. 33. Meminit Feſti Lucianus in Dial. 1. Glycerae et Thaidis (T. VIII. Bip. p. 199.) ἀλλ' οἶδα ὦ Γλυκέριον, καὶ συνέπιε μεθ' ὑμῶν πέρυσιν ἐν τοῖς ἀλῴοις. Fuit coniunctim et aliorum Deorum. Scholiaſtes Luciani ad Dial. meretr.

Musarii et matris 7. (T. VIII. Bip. p. 228.) vbi, σήμερον ἀλῶα ἐστὶ, adnotat: Ἀλῶα ἑορτή ἐστιν Ἀθήνῃσι μυστήρια περιέχουσα Δημητρὸς καὶ κόρης καὶ Διονύσου, ἐπὶ τῇ τομῇ τῆς ἀμπέλου καὶ τῇ γεύσει τοῦ οἴνου, καὶ τῶν ἄλλων καρπῶν. Φιλόχορος δέ φησιν ὀνομασθῆναι ἀπὸ τοῦ τότε τοὺς ἀνθρώπους τὰς διατριβὰς περὶ τὰς ἅλως ποιεῖσθαι (vel πεποιῆσθαι.) Alia iam praeceperunt viri eruditi. *Bergler.* cf. et Commentar. ad Lib. I. Ep. 33.

20. ἐδεξάμην ἀπὸ Πτολεμαίου — γράμματα. Valde liberalis haec Plinius H. N. VII, 30. Magnum et Menandro, in Comico socco testimonium regum Aegypti et Macedoniae contigit, classe et per legatos petito; maius ex ipso regiae fortunae praeclara literarum conscientia. *Bergler.*

21. δεῖται πάσας δεήσεις. Reitzius ad Luciani amores §. 19. vbi πᾶσαι τιμαὶ T. V. p. 572. et Nostri πάσας δεήσεις illustrandi caussa adfert, explicandasque in his et similibus per *summas*, *perfectas* recte animaduertit. W.

22. τὸ δὴ λεγόμενον τοῦτο. subintell. κατά. Solent ita Graeci, quando prouerbium volunt significare. Sic et infra Ep. 4. fine τοῦτο tamen. cf. et Lib. I. Ep. 2. Aelianum Var. Hist. III, 17. et Lucianum in Iud. Vocal. §. 9. (T. I. Bip. p. 67.) it. Hermot. §. 28. T. IV. p. 36. W.

23. τὰ τῆς γῆς ἀγαθά. Erasmus Chil. III. Cent. 1. Prou. 24. τὰ τῆς γῆς ἀγαθά, i. e. *Terrae bona, de donis immensis et omnigenis, quasi dicas, quidquid terra progignit, omnium rerum parens. Menander in Ep. ad Glyceram:* βασιλικῶς ὑπισχνούμενος κ. τ. λ. Finitimum illi: *montes auri pollicens.* Haec ille; perquam autem adposite adducit alterum illud, quod est ex Phormione Terentii Act. I. Sc. 2. v. 17. et plenius ita habet: *is senem per epistolas Pellexit, modo non montes auri pollicens. Bergler.*

30. Ἡλιαία. Forum Athenense, vbi iudicia exercebant sub sole, sub dio. Res nota. *Bergler.* v. et infra Lib. III. Ep. 61.

32. ἐπιστολάς. Non est, quod in ἐπιστολὴν mutes. Pluralis enim apud Graecos de *una* etiam epistola vsur-

patur. v. Reitzium ad Luciani Amores T. V. p. 599. et 602. cf. Ep. Noſtri ſequentem vbi initio ἐπιστολαὶ, paullo poſt ἐπιστολή. W.

38. ἐν Αἰγίνῃ ταύτῃ γε τῇ πλησίον. Diſtat non totis ducentis ſtadiis, vnde occulte perſtrinxit Plato Ariſtippum, quaſi non valde ſollicitus fuerit de Socrate ad mortem condemnato, quia morienti non adfuerit, vt ceteri Socratici, eo quod in Aegina tunc commoraretur: quaſi inde non cito ſe Athenas conferre potuiſſet, ſi eum cura magiſtri tangebat. Vide Platonem in Phaedone ſub initium, et Demetrium Phalereum p. 249. ed. Victor. *Bergler.*

40. τὴν ἐμὴν βασιλείαν τῆς σῆς φιλίας. Quam blande! et quam venuſta, quae ſtatim ſequitur ἐρημία πολυάνθρωπος! W.

43. μᾶλλον. Quum praeceſſerit comparatiuus ἥδιον, in quo μᾶλλον latet, tamen et μᾶλλον adſumtum ad maiorem emphaſin. Apollonius Alexandrinus in Synt. Lib. I. c. 28. de hac re: ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς συγκριτικοῖς ἔγκειται τὸ μᾶλλον· καὶ πολλάκις συμπαραλαμβάνεται ἡ τοῦ μᾶλλον σύνταξις·

Ῥῆτεροι γὰρ μᾶλλον Ἀχαιοῖσιν δὴ ἔσεσθε.

quae ſunt Homeri Il. Ω. v. 243. Idem Lib. III. c. 21. πολλάκις τὰ ἰσοδυναμοῦντα παραλλήλως τίθενται εἰς πλείονα ἔμφασιν, ὡς τὸ Τάχιον περιπατεῖ, καὶ μᾶλλον τάχιον περιπατεῖ. Exempla congeſſerunt Budaeus Commentar. Gr. L. et inde Henr. Stephanus, alia etiam Hoeſchelius ad Phrynichum. *Bergler.* v. et Wetſtenium ad N. T. Tom. II. p. 265. et Vigerum p. m. 404.

47. Καρχήσια. Locus claſſicus eſt apud Macrobium in Saturnal. Lib. V. c. 21. et ſaepius apud poetas occurrit Latinos. W.

48. χρυσίδας. Heſychius: Χρυσίς· ποτήριον, οἱ δὲ Φιάλη χρυσῆ. V. et Harpocrationem p. 239.

49. τῶν κατ' ἔτος χοῶν, καὶ τῶν ἐν τοῖς θεάτροις ληναίων. Saepe apud Ariſtophanem. Abunde de his, qui

de festis Graecorum et Graecia feriata scripsere Castellanus et Meursius. Sic paucis defungitur *Berglerus*, et, ad quos ablegat scriptores, vtinam vti abunde, ita et diligenter essent versati.

Longe meliora de Dionysiis edocti sumus a Cel. *Ruhnkenio* in Auctario Emendatt. Hesych. T. II. ad vocem Διονύσια. Exstitit quidem postea temporis *Odericus* Italus, qui in Addendis ad Epistolas de marmorea Didascalia in Vrbe reperta. Romae 1777. Ruhnkenii rationes conaretur refellere. Quo lucrati sumus hoc, vt eruditissimus Wyttenbachius in Bibl. Crit. Vol. II. P. 3. p. 51. ff. vbi Oderici libellum sub examen vocauit, vtriusque rationes denuo excuteret, et secundum Ruhnkenium quidem pronuntiaret, nec tamen Oderici laudibus detraheret. Hos igitur triumviros adeat, si quis de hoc difficillimo argumento instrui velit: sufficiat nobis, quae propius ad Alciphronem nostrum spectant, enotare. Ruhnkenius sumserat, *Lenaea*, tamquam genus, complexa fuisse tres formas, Πιθοίγια, Χόας, Χύτρους. Cui sententiae quum praeter alios aduersaretur Noster eo, quod particula καὶ Choas a Lenaeis discriminet, quartam fortasse adeo formam fuisse opinatur Ruhnkenius per eminentiam dictam Lenaea, vel Πιθοίγια alio nomine Lenaea adpellari potuisse, propterea quod primo Lenaeorum die agerentur. Aliam ex ipso linguae Graecae vsu petitam, qua difficultas remoueretur, rationem attulit Wyttenbachius p. 56. Vbi plura, inquit, nomina particula καὶ connexa ponuntur, non continuo per ea diuersas res significari putandum est. Sic apud Aelianum Hist. Anim. Lib. IV. c. 43. iungi Διονύσια, καὶ Ληναῖα, καὶ Χύτροι, καὶ Γεφυρισμοὶ, vbi si quis Γεφυρισμοὺς ad Liberalia velit etiam referre, dicat, quod antiquitati Graecae repugnet. Nec Graecos tantum ita particula illa vsos esse sed Latinos etiam, vti Petronius c. 2. *Pindarus, nouemque Lyrici*, quum tamen Pindarus vnus e nouem esset, — nihil ergo τὸ καὶ apud Nostrum facere ad Ruhnkenii sententiam conuellendam.

51. τῶν τοῦ Λυκείου γυμνασίων καὶ τῆς ἱερᾶς Ἀκαδημίας. Locus perquam similis Plutarchi de Exsilio p. 605. τὰς σοφὰς Ἀθήνῃσι σχολὰς καὶ διατριβὰς ἀναπέμπασαι (tecum reputa) τὰς ἐν Λυκείῳ, τὰς ἐν Ἀκαδημίᾳ, τὴν στοὰν, τὸ παλλάδιον, τὸ ᾠδεῖον. Similiter et Alexis apud Athenaeum Lib. VIII. p. 336. sed in contrariam sententiam: Τί ταῦτα λῆρεῖς φληναφῶν ἄνω κάτω, Λύκειον, Ἀκαδημίαν, ᾠδεῖον — λήρους σοφιστῶν; *Quid nugaris sursum deorsum haec blaterans, Lyceum, Academiam, Odeum, nugas Sophistarum? nihil istorum est laudabile. Bergler.*

52. οὐκ ἀλλάττομαι. Sic de Diogene Dio Chrysost. Or. 4. de regno: (T. I. p. 146. Reisk.) οὐκ ἂν ἠλλάξατο τὴν ἐκείνου (τοῦ Ἀλεξάνδρου) βασιλείαν, οὐδὲ τὸν τῶν Περσῶν καὶ Μήδων πλοῦτον ἀντὶ τῆς ἑαυτοῦ πενίας. Ita et in Socraticis Epistolis I. p. 9. Allat. vbi Socrates ab Archelao Macedonum rege arcessitus negat se iturum: οὐκ ἀλλάττομαι τῶν ἐκεῖ τἀνθάδε ἀμείνω δοκῶν. Aristaenetus Lib. I. Ep. 10. Ἀκόντιος οὐκ ἂν ἠλλάξατο τὸν Μίδου χρυσὸν, οὐδὲ τὸν πάντα πλοῦτον ἰσοστάσιον ἡγεῖτο τῇ κόρῃ. Vtraque autem constructio satis obuia cum nudo Genitiuo et cum praepositione. *Bergler.*

57. ψῆφον ἀναδιδομένην. Budaeus Comm. Gr. L. p. 227. προτιθέναι ψῆφον et ἀναδιδόναι *est permittere, vt sententam dicant*, nullum tamen adfert exemplum. Lucianus in Phalaride II. §. 9. (T. V. Bip. p. 60.) vbi dicit, omnibus omnino licitum semper fuisse Delphis dona dedicare, neque sententias ea de re rogatas vmquam fuisse, aut deliberationem institutam: μέμνηται δὲ οὐδεὶς πώποτε ψῆφον ὑπὲρ ἀναθήματος παρ' ἡμῖν ἀναδοθεῖσαν, οὐδὲ κωλυθέντα τινὰ θύειν, ἢ ἀνατιθέναι. *Bergler.*

59. θεσμοθέτας — κεκισσωμένους. Myrto etiam coronabantur Thesmothetae. Iulius Pollux Lib. VIII. Segm. 86. de iis agens: μυρρίνῃ δὲ ἐστεφανοῦντο. *Bergler.* v. supra adnot. crit. De Thesmothetis vide omnino Potterum Archaeol. T. II. p. 156. et 160. ed. Rambach.

59. ἐν ταῖς ἱεραῖς κώμαις. Sic ἱεραῖς ἐν Ἀθήναις. Aristoph. in Equitibus v. 1034. *Bergler.*

60. ποῖον περισχοίνισμα. Iul. Pollux Lib. VIII. Segm. 123. p. 947. τὸ δὲ δικαστήριον περιεσχοινίζετο, mox, τὸ δὲ περισχοίνισμα ἀπὸ πεντήκοντα ποδῶν ἐγίγνετο. *Tribunal fune circumdabatur; hic ambitus fune cinctus quinquaginta pedum erat.* Pessime in Alciphronis loco vertit Meursius: *quale ex iuncis amiculum*, eum adducens in Graecia feriata, vbi Ἀνθεστήρια. Sed meliora postea edoctus fuit in Lectionibus Atticis, vbi vertit: *quale sepimentum?* Lib. VI. c. 14. Solebant non tantum curiae, sed et templa περισχοινίζεσθαι ad arcendos strepitus et turbas: vt hodienum in quibusdam locis fit, vbi durantibus sacris, et senatu sedente, plateae catenis clauduntur. Erat et aliud περισχοίνισμα, cum populus in concionem coactus, circumdabatur fune miniato, ne ante tempus dilaberentur. Quae res saepe risum excitabat, nam qui vellent se subducere, maculabantur. Sed de hac re ad Aristophanem. *Bergler.* Vide Acharnenses v. 22. vbi σχοινίον μεμιλτωμένον. et Ecclesiaz. v. 379. καὶ δῆτα πολὺν ἡ μίλτος, ὦ Ζεῦ φίλτατε, γέλων παρέσχεν, ἣν προσέῤῥαινον κύκλῳ.

61. ποίους Χύτρους. Festum intelligo, non ollas, vt Meursius locum alicubi citans. Sed video illum valde supinum fuisse in vertendis locis, quae citat, et inconstantem: sicut antecedens αἵρεσιν modo *sectam* reddit, modo *habitum*, quod ego accipio de electione magistratuum. *Bergler.* Χύτροι erant pars Lenaeorum, decimus tertius mensis Anthesterionis, teste Philochoro apud Harpocrationem v. Χύτροι et apud Scholiasten Aristophanis ad Acharn. v. 1075. v. Ruhnkenium loco supra laudato. Ceterum Chytros nomen sortitos a χύτρα, olla, seminibus oppleta, quam eo die circumferre solebant, vel ex compendiis Antiquit. Graecarum notum est.

64. Ψυτταλίαν. Insula parua iuxta Salaminem, alias obscurae famae, sed facto quodam Aristidis illius cognomento Iusti nobilitata, de qua re vide Herodotum. [Lib. VIII. 95. cf. et 76.] Debent autem haec inde a τὴν Σαλαμῖνα iungi

non cum verbo ὄψομαι in antecedentibus, sed in sequentibus cum ἀφείς. *Bergler.* V. et Meursium de pop. Atticis h. v.

65. ἐν ταῖς Ἀθήναις τὴν Ἑλλάδα. Hoc sensu Athenae Ἑλλάδος Ἑλλὰς in Epigrammate Thucydidis de Euripide, Πατρὶς δ' Ἑλλάδος Ἑλλὰς Ἀθῆναι. Eustathius ad Iliados B. v. 546. ὅτι δὲ καὶ ἄλλως πολὺ τὸ σεμνὸν αἱ Ἀθῆναι πάλαι ποτὲ εἶχον, δηλοῖ καὶ ὁ εἰπὼν τὰς Ἀθήνας Ἑλλάδος Μουσεῖον· ἔτι δὲ καὶ Πίνδαρος, Ἑλλάδος αὐτὰς ἔρεισμα καλέσας· καὶ Θουκυδίδης, Ἑλλάδος Ἑλλαδα· καὶ ὁ Πύθιος, ἑστίαν καὶ πρυτανεῖον τῶν Ἑλλήνων. ἐξ ὧν ὡρμημένος τις εἰς ἔννοιαν σεμνὴν, Κόσμου κόσμον ἐκάλεσε τὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀσύγκριτον ναόν. (incomparabile illud templum Constantinopolitanum.) Priora illa habet ex Athenaeo suo. (Lib. IV. p. 187.) Licet autem nobis etiam simile quid ex nostra aetate hic adnotare. Illustre est Epigramma in Palatium Magni regis :

Par Vrbi Domus est, Vrbs Orbi: neutra triumphis
Et belli et paci par, Ludovice, tuis.

*Bergler.* cf. et Casaubonum ad Theophrastum Praef. p. 13. Constantinopolin tamen suo more praefert Himerius Or. VII. qua laudes vrbis Constantinopolis et Iuliani Augusti celebrantur.

72. οὐ σποδός μοι πάντες οἱ θησαυροὶ γενήσονται. Alias ἄνθρακες ὁ θησαυρὸς, quod saepe apud Lucianum. [v. c. Zeuxi §. 2. (T. IV. Bip. p. 126.) Philopseud. §. 32. (T. VII. Bip. p. 284.) Hermot. §. 71. (T. IV. p. 94.) Navig. §. 26. (T. VIII. p. 177.)] Vide Erasmum in Chiliad. quem nec Alciphronis locus fugit. Prouerbii meminerunt et Graeci Paroemiographi. *Bergler.* Adde Phaedrum Lib. V. Fab. 7. 6. *Carbonem, vt aiunt, pro thesauro inuenimus.*

74. τοῖς ἰχνεύουσιν. Metaphora a venatoribus, pro τοῖς ζητοῦσι, *qui quaerunt, et studeut, vt* etc. *Bergler.*

75. ἐν μέσῳ κείσεται. Quasi prouerbiale, de iis rebus, quae omnibus expositae sunt. Apud Aristophanem in Pace v. 1117. Οὗτοι μὰ τὴν γῆν ταῦτα κατέδεσθον μόνω, Ἀλλ' ἁρπάσομαί σφῶν αὐτά· κεῖται δ' ἐν μέσῳ. *Haud certe, per Terram iuro, haec comedetis soli, sed eripiam vobis ea; posita enim sunt in medio.* Heliodorus Lib. IV. p. 226. οὐ γὰρ ἅρπαγμα, οὐδὲ εὔωνον καὶ τῶν ἐν μέσῳ τῷ βουλομένῳ προκειμένων· ἀλλὰ πολλῆς μὲν βουλῆς ὥστε πρεπόντως ἀνυσθῆναι· πολλῆς δὲ διασκευῆς ὥστε ἀσφαλῶς πραχθῆναι δεόμενον. *Non enim velut praeda est haec res, nec paruo redimenda, aut ex illis, quae in medio exposita sunt ei, qui tantum voluerit; sed magno consilio vt decenter perficiatur, multo adparatu, vt tuto agatur, indigens.* Demosthenes de Haloneso [Vol. I. 84. 13 Reisk.] τοὺς δὲ μηθ' ἡμετέρους ὄντας, μήτε Φιλίππου ξυμμάχους, [οὐκ addit Reisk.] ἐν μέσῳ κεῖσθαι, καὶ ὑπὸ τῶν κρειττόνων ἀπόλλυσθαι. Xenophon in Oeconom. [Lib. V. c. 7. p. 26. f.] παρορμᾷ δέ τι καὶ εἰς τὸ ἀρήγειν σὺν τοῖς ὅπλοις τῇ χώρᾳ ἡ γῆ τοὺς γεωργοὺς ἐν μέσῳ τοὺς καρποὺς τρέφουσα, τῷ κρατοῦντι λαμβάνειν. *Incitat etiam nonnihil ad defendendam armis regionem, agricolas ipsa terra fructus in medio expositos alens a potiore auferendos.* Saepe occurrit εἰς μέσον κατατιθέναι. *Bergler.*

76. τοιούτοις ψόφοις. *inanibus nominibus.* Lucianus Dial. meretric. vltimo in fine: οἱ δὲ τοὺς λόφους, ἐπισείοντες οὗτοι, καὶ μάχας διηγούμενοι, ψόφοι ὦ Παρθενί. *Isti autem, qui cristas galearum quatiunt, et praelia narrant, inanes sunt strepitus, mea Partheni.* [vide ibi Reitzium T. VIII. Bip. p. 535.] Alexis in Asotodidascalo apud Athenaeum Lib. VIII. p. 336.

Ἀρεταὶ δὲ, πρεσβεῖαί τε καὶ στρατηγίαι,
Κόμποι κενοὶ, ψοφοῦσιν ἀντ' ὀνειράτων.

*Virtutes autem et legationes et exercituum imperia, gloriationes vanae inaniter strepunt, et sunt instar somniorum.*

*Bergler.* In isto Athenaei loco Valkenarius ad Euripidis Phoenissas p. 144. pro ὀνειράτων corrigit ὀνειάτων, quem vide.

83. ἐγὼ γὰρ αὐτῆς εἰμὶ πάντα. Heliodorus Lib. VII. p. 373. εἰμὶ γὰρ τῇ δεσποίνῃ τὰ πάντα. Lucianus in Tyrannicida §. 4. (T. IV. Bip. p. 311.) φιλότεκνος γὰρ εἰς ὑπερβολὴν ἐγένετο, ὡς ἔδειξε. καὶ πάντα ὁ παῖς ἦν αὐτῷ, καὶ ἐκείνῳ ἐπείθετο. *Nam supra modum amans erat filii, vt re declarauit: omniaque illi erat filius, et illi in omnibus morem gerebat.* Demosthenes pro Corona p. 142. ed. Harlef. οἱ μὲν κατάπτυστοι Θετταλοὶ, καὶ ἀναίσθητοι Θηβαῖοι, Φίλον, εὐεργέτην, σωτῆρα τὸν Φίλιππον ἡγοῦντο, et contra Aristocr. ἐβοηθεῖτε δὲ αὐτῷ, καὶ πάντα ἦν Ἀλέξανδρος. Herodotus in Polymnia (Lib. VII.) segm. 156. ὁ δὲ (Γέλων) τὰς Συρακούσας ἐκράτυνε, καὶ ἔσαν ἅπαντα αἱ Συράκουσαι. et in Clione (Lib. I.) segm. 122. de Cyro: τραφῆναι δὲ ἔλεγεν ὑπὸ τῆς τοῦ βουκόλου γυναικός. ἥιέ τε ταύτην αἰνέων διὰ παντός· ἦν τε οἱ ἐν τῷ λόγῳ τὰ πάντα ἡ Κυνώ. *Educatum autem se dicebat a bubulci vxore, ibatque hanc laudatum semper, eratque ei in sermone omnia Cyno. Bergler.*

89. ὁ δὲ Νεῖλος οὗτος καίπερ ὢν καλός. Aristides in Aegyptiaca (T. III. p. 616. edit. Canteri.) Νεῖλος ποταμῶν οὐχ ἥττον κάλλιστος; ἢ μέγιστος καὶ χρείᾳ, καὶ θέᾳ ἡδονῇ, καὶ τοῖς πᾶσι πολὺ νικῶν. *Bergler.*

90. ἀποτεθηρίωται. Theocrit. Idyll. XVII. v. 98. οὐ γάρ τις θηίων πολυκήτεα Νεῖλον ἐπεμβὰς etc. *Nemo enim hostium multa cete alentem Nilum ingressus* etc. Praecipue Crocodili intelligendi. Sunt ibi et Equi fluuiales. *Bergler.*

91. οὐκ ἔστι οὔτε προσελθεῖν ταῖς δίναις. Itaque et canes ibi, ne a Crocodilis rapiantur, fugiendo bibunt, vnde Erasmo prouerbium: *vt canis e Nilo. Bergler.*

92. ἐλλοχωμένου τοσούτοις κακοῖς. *Id est, in quo tot monstra insidiosa latent*, inquit Budaeus Commentar. Gr. L. p. 1236. Alciphronis locum citans. *Bergler.* — Phalaris Ep. 5. p. 22. de tauro illo artificiose quidem, sed

crudeliſſimum in vſum facto: οὐ γάρ πω τὸν ἐν αὐτῷ λελοχημένον (deliteſcentem) ἐπεδέδεικτο μόρον. (mortem) vbi Lennepius: Verbi λοχᾶν translati vſum, qui hic eſt, apud antiquiores Graecos obſeruaſſe me non memini. Quod habet in Conuiu. p. 1200. E. Plato: Σωκράτης οὗτος ἐλλοχῶν αὖ με ἐνταῦθα κατέκεισο etc. in eo proprietatem verbi reſpexit. Nec multum abit Alciphron (loco noſtro.) Ad Phalaridem propius accedit illud Plutarchi Sympoſ. VII. p. 705. D. ὅσαι δὲ τῶν ἡδονῶν — λανθάνουσιν ἐνωκισμέναι καὶ λοχῶσαι, et Philo de Mundo p. 1165. D. ἄνθραξ μὲν οὖν ἐστι πῦρ ἐν γεώδει, ὃν τρόπον ἕξεως πνευματικῆς πεφώλευκε, καὶ ἐλλοχᾷ δι' ὅλης ἄχρι κεράτων τεταμένον.

94. ἐμοὶ γένοιτο — τὸν Ἀττικὸν ἀεὶ στέφεσθαι κισσόν. Horat. Od. I. 1. *Me doctarum hederae praemia frontium Dis miſcent ſuperis.* Videtur autem Noſter ποιητικωτέρως dixiſſe κισσὸν στέφεσθαι, pro κισσῷ στέφεσθαι. [cum Datiuo eſt ſupra hac noſtra epiſtola: τοὺς Βακχικοὺς κισσοὺς, ΟΙΣ στεφανωθῆναι μᾶλλον etc.] Homerus Il. VI. v. 485. Ἐν δὲ τὰ τείρεα πάντα τά τ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται. *Inibi* (poſuit) *et ſidera omnia, quibus caelum coronatur.* Heſiodus in Theog. 382. Ἄστρα τε λαμπετόωντα τά τ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται, *aſtraque fulgentia, quibus caelum cinctum eſt. Bergler.*

96. τὰς μυστηριώτιδας ἄγειν τελετάς. Sic μυστηριώτιδας σπονδὰς dixit Aeſchines de falſ. leg. ſemel iterumque, de legatis Athenienſium loquens, qui myſtica ſacra indicerent et ſacras inducias offerrent, quas Phocenſes impii repudiarint: τοῖς σπονδοφόροις τοῖς τὰς μυστηριώτιδας σπονδὰς ἀπαγγέλλουσι μόνοι τῶν Ἑλλήνων οὐκ ἐσπείσαντο. Mox: οἱ τὰ μυστήρια ἀπαγγέλλοντες μόνους τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἀπέφηναν Φωκεῖς οὐ δεδιγμένους τὰς σπονδάς. mox: τὰς σπονδὰς τὰς μυστηριώδιτας οὐκ ἐδέχοντο. De talibus, vt videtur, ſiue legatis ſacris, ſiue caduceatoribus, ſiue praeconibus, ſiue Fecialibus Athenaeus Lib. VI. καὶ τὼ κήρυκε ἐκ τοῦ γένους τῶν κη-

ρύκων τοῦ τῆς μυστηριώτιδος, subaudi vel τελετῆς, vel τάξεως, vel, vt Casaubonus ἐφημερίας ex S. Luca 1, 5. 8. qui et μερίδος censet, et ex Polluce Lib. I. Segm. 36. p. 25. σπονδῆς. *Bergler.* — De τελεταῖς Athenaeus Lib. II. p. 40. Casaub. ita: Τελετάς τε καλοῦμεν τὰς ἔτι μείζους, καὶ μετά τινος μυστικῆς παραδόσεως ἑορτάς, τῶν εἰς αὐτὰς δαπανημάτων ἕνεκα. Τελεῖν γὰρ τὸ δαπανᾶν· καὶ πολυτελεῖς οἱ πολλὰ ἀναλίσκοντες, καὶ εὐτελεῖς οἱ ὀλίγα.

97. ἐτησίαις θυμέλαις. Berglerus vertit: *anniuersariis ludis scenicis*, in nota vero addit, per Synonymiam idem esse, quod praecedens ἐπ' ἐσχαρὰς ὑμνῆσαι κατ' ἔτος Διόνυσον.

98. γελῶντα καὶ χαίροντα — καὶ νικῶντα. Simile votum Aristophanis in Ranis v. 385. sub persona Chori ad Cererem:

Δήμητερ ἁγνῶν ὀργίων,
Ἄνασσα συμπαραστάτει,
Καὶ σῶζε τὸν ταυτῆς χορόν.
Καὶ μ' ἀσφαλῶς πανήμερον
Παῖσαί τε καὶ χορεῦσαι.
Καὶ πολλὰ μὲν γελοῖά μ' εἰ-
Πεῖν πολλὰ δὲ σπονδαῖα καὶ
Τῆς σῆς ἑορτῆς ἀξίως
Παίσαντα καὶ σκώψαντα, νι-
Κήσαντα ταινιοῦσθαι.

*O Ceres, castorum mysteriorum domina, ades et serua tuum chorum: et da vt secure toto die ludam et tripudiem; vtque multa iocosa dicam, multa seria: ac tuo festo condigne iocatus et cauillatus et vincens coroner. Bergler.*

98. ἀγωνιῶντα καὶ φοβούμενον. Non semper verum est Horatianum illud I. Ep. 2. v. 55. *nocet emta dolore voluptas.* Plerumque verius Ouidianum Artis II. v. 687. *Quae datur officio, non est mihi grata voluptas. Bergler.*

102. σὺ δὲ — εὐθύς. Habuit haec ante oculos Aristaenetus Lib. I. Ep. 24. p. 59. Abresch. σὺ δ' οὖν — εὐθὺς, εὐθύς. obseruante Wyttenbachio Ep. Crit. p. 52.

103. πετομένη. Aristophanes in Lysistrata v. 55. Ἆρ' οὐ παρεῖναι τὰς γυναῖκας δῆτ' ἐχρῆν; altera persona: οὐ γὰρ μὰ Δί', ἀλλὰ πετομένας ἥκειν πάλαι. *Bergler.*

104. ἀστράβης. Lucianus Lexiphane sub initium (T. V. Bip. p. 178.) ἐπ' ἀστράβης ὀχηθείς, vbi Scholiastes: Ἀστράβη, τὸ σάγμα, ἤτοι ἡ σέλλα. Mox: ἄλλοι δὲ, ἀστράβην, ὡς Ἀθηναῖοι, τὴν ἄζυγον φασὶν ἡμίονον, ἐφ' ἧς ὀχούμεθα. *Clitellae, vel sella. Alii autem vt Athenienses, mulam ita vocant currui non iunctam, qua vehimur.* Lysias: εἰ γὰρ ἐκεκτήμην οὐσίαν, ἐπ' ἀστράβης ἂν ὠχόμην (vel ὠχούμην) ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τοὺς ἀλλοτρίους ἵππους ἀνέβαινον. Demosthenes contra Midiam: ἐπ' ἀστράβης ὀχούμενος. Machon apud Athenaeum Lib. XIII. p. 582. ἡ Γναθαίνιον εἰς Πειραιᾶ κατέβαινε πρὸς — ἐραστὴν — ἐπ' ἀστράβης. *Bergler.* Hesychius. Ἀστράβη. τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀναβατικῶν ὄνων: οἱ δὲ κατὰ τὸ πλεῖστον μὲν τὴν σωματηγὸν ἡμίονον οὕτως ἔλεγον. ἐνίοτε δὲ πάντα ἁπλῶς τὰ σωματηγοῦντα ὑποζυγοῦντα. Vide Iul. Poll. Lib. VII. Segm. 186. Hellad. Chrestom. p. 16. Voss. Etymol. v. Astraba. Ad vocem σωματηγὸν Horat. Lib. I. Sat. VI. v. 104. *mulum curtum* vocat. Schol. Aeschyli in Suppl. v. 293. ἀστράβη λέγεται ἡ νωτοφόρος ἡμίονος. Sic et Moeris. Alberti ad Hesychium.

104. μακροτέραν οὐδέποτε ἔγνων. Aristaenetus Lib. I. Ep. 10. de Acontio Cydippen ducente: οὔτε ἡμέραν ἐκείνης ἐνόμισε μακροτέραν εὑρηκέναι, οὔτε νύκτα βραχυτέραν τῆς νυκτὸς ἐκείνης. Admodum infirmo argumento colligit Meursius in Graecia feriata ex hoc loco Alciphronis, festum Aloorum plurium dierum fuisse. Solet cupide exspectantibus etiam breuissimum tempus longissimum videri. Heliodorus Lib. I. p. 77. de Thyami Charicleae nuptias diutas impatienter ferente: ὑπὸ τῆς περὶ τὴν Χαρίκλειαν ἐπι-

θυμίας, καὶ τὴν παροῦσαν ὥραν ἀπέραντον χρόνου μῆκος εἰς ὑπέρθεσιν ἡγούμενος. (*horam illam infinitum tempus dilationis putans.*) Sic apud Virgilium Ecl. VII. v. 44. cum alter amicam inuocasset, alter vt ostendat, se etiam desiderio amicae cruciari, dicit:

*Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis,*
*Horridior rusco, proiecta vilior alga,*
*Si mihi non haec lux toto iam longior anno est.*

Notum est et Theocriteum illud initio Aitae, de amasio tardius veniente

Ἦλυθες ὦ φίλε κοῦρε τρίτῃ σὺν νυκτὶ καὶ ἠοῖ,
Ἦλυθες. οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσι.

*Venisti, care puer post tertiam iam noctem et auroram; venisti, at cupidi in diem senescunt.* Vnde Iulianus Ep. 3. ad Libanium: Ἐπειδὴ τῆς ὑποσχέσεως ἐπελάθου, τρίτη γοῦν ἐστι σήμερον — ὑπομιμνήσκω σε, τὸ χρέος ἀπαιτῶν. πέμπε δὴ τὸν λόγον — ἀλλὰ ταχέως. ἀλλὰ καὶ τούτων με τῶν τριῶν ἡμερῶν ἴσθι συντρίψας, εἴπερ ἀληθῆ φησιν ὁ Σικελιώτης ποιητὴς, ἐν ἤματι φάσκων τοὺς ποθοῦντας γηράσκειν. εἰ δὲ ταὐτά ἐστιν, ὥσπερ οὖν ἐστι, τὸ γῆρας ἡμῖν ἐτριπλασίασας, ὦ γενναῖε. Et Procopius Ep. 13. εἰ τοὺς ποθοῦντας καὶ μίαν γηράσκειν ἡμέρα ποιεῖ, ἐξ ὅσου με χρόνου γεγηρακέναι δοκεῖς; οὕτω μέν σου βληθέντα τῷ πόθῳ — τοσοῦτον δὲ χρόνον ἐστερημένον τῆς θέας. *Bergler.*

## Epistola IV.

### Γλυκέρα Μενάνδρῳ.

Ὡς διεπέμψω μοι τοῦ βασιλέως τὰς ἐπιστολὰς, εὐθὺς ἀνέγνων. Μὰ τὴν Καλλιγένειαν, ἐν ἧς νῦν εἰμὶ, κατέχαιρον, Μένανδρε, ἐκπαθὴς ὑπὸ ἡδονῆς γινομένη, καὶ τὰς παρούσας οὐκ ἐλάνθανον· ἦν δὲ ἥ τε μήτηρ μου καὶ ἡ ἑτέρα ἀδελφὴ Εὐφόριον, καὶ τῶν φίλων ἣν οἶσθα, καὶ παρὰ σοὶ ἐδείπνησε πολλάκις, καὶ ἐπῄνεις αὐτῆς τὸν ἐπιχώριον Ἀττικισμὸν, ἀλλ' ὡς φοβούμενος αὐτὴν ἐπαινεῖν, ὅτε καὶ μειδιάσασα θερμότερόν σε κατεφίλησα. Οὐ μέμνησαι Μένανδρε; Θεασάμεναι δέ με παρὰ τὸ εἰωθὸς καὶ τῷ προσώπῳ καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς χαίρουσαν, ὦ Γλυκέριον ἤροντο· τί σοι τηλικοῦτον γέγονεν ἀγαθὸν, ὅτι καὶ ψυχῇ καὶ σώματι καὶ πᾶσιν ἀλλοιοτέρα νῦν πέφηνας, καὶ τὸ σῶμα γεγάνωσαι καὶ διαλάμπεις ἐπίχαρτόν τι καὶ εὐκταῖον. Κἀγὼ Μένανδρον ἔφην τὸν ἐμὸν ὁ Αἰγύπτου βασιλεὺς Πτολεμαῖος ἐπὶ τῷ ἡμίσει τῆς βασιλείας τρόπον τινὰ μεταπέμπεται, μείζονι τῇ φωνῇ φθεγξαμένη καὶ σφοδροτέρᾳ, ὅπως πᾶσαι ἀκούσωσιν αἱ παροῦσαι. Καὶ ταῦτα ἔλεγον ἐγὼ διατινάσσουσα καὶ σοβοῦσα ταῖς χερσὶν ἐμαυτῆς τὴν ἐπιστολὴν σὺν αὐτῇ τῇ βασιλικῇ σφραγίδι. Χαίροις οὖν ἀπολειπομένη, ἔφρασαν; τὸ δὲ οὐκ ἦν, Μένανδρε. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐδενὶ τρόπῳ, μὰ τὰς θεὰς, οὐδ' εἰ βοῦς μοι τὸ λεγόμενον φθέγξαιτο, πεισθείην ἄν, ὅτι βουλήσεταί με ποτὲ

ἢ δυνήσεται Μένανδρος, ἀπολιπὼν ἐν Ἀθήναις Γλυκέραν τὴν ἑαυτοῦ, μόνος ἐν Αἰγύπτῳ βασιλεύειν μετὰ πάντων τῶν ἀγαθῶν. Ἀλλὰ καὶ τοῦτό γε δῆλος ἐκ τῶν ἐπιστολῶν, ὧν ἀνέγνων, ἦν ὁ βασιλεὺς ταμὰ πεπυσμένος, ὡς ἔοικε, περὶ σοῦ· καὶ ἀτρέμα δι' ὑπονοιῶν Αἰγυπτίοις θέλων Ἀστειϊσμοῖς σε διατωθάζειν. Χαίρω διὰ τοῦτο· ὅτι πεπλεύκασι καὶ εἰς Αἴγυπτον πρὸς αὐτὸν οἱ ἡμέτεροι ἔρωτες, καὶ πείθεται πάντως, ἐξ ὧν ἤκουσεν, ἀδύνατον σπουδάζειν, ἐπιθυμῶν Ἀθήνας πρὸς αὐτὸν διαβῆναι. Τί γὰρ Ἀθῆναι χωρὶς Μενάνδρου; τί δὲ Μένανδρος χωρὶς Γλυκέρας; ἥτις αὐτῷ καὶ τὰ προσωπεῖα διασκευάζω, καὶ τὰς ἐσθῆτας ἐνδύω, κἂν τοῖς προσκηνίοις ἕστηκα, τοὺς δακτύλους ἐμαυτῆς πιέζουσα, ᾗ ἂν κροταλίσῃ τὸ θέατρον· καὶ τρέμουσα τότε νὴ τὴν Ἄρτεμιν ἀναψύχω, καὶ περιβάλλουσά σε τὴν ἱερὰν τῶν δραμάτων ἐκείνην κεφαλὴν ἐναγκαλίζομαι. Ἀλλ' ὅτι ταῖς Φίλαις τότε χαίρειν ἔφην, τοῦτ' ἦν, Μένανδρε, ὅτι οὐκ ἄρα Γλυκέρα μόνον, ἀλλὰ καὶ βασιλεῖς ὑπὲρ θάλασσαν ἐρῶσί σου· καὶ διαπόντιοι φῆμαι τὰς σὰς ἀρετὰς κατηγγέλκασι. καὶ Αἴγυπτος καὶ Νεῖλος καὶ Πρωτέως τὰ ἀκρωτήρια, καὶ αἱ Φάριαι σκοπιαί, πάντα μετέωρα νῦν ἐστι βουλόμενα ἰδεῖν Μένανδρον, καὶ ἀκοῦσαι Φιλαργύρων, καὶ ἐρώντων, καὶ δεισιδαιμόνων καὶ ἀπίστων, καὶ πατέρων, καὶ υἱῶν καὶ θεραπόντων, καὶ παντὸς ἐνσκηνοβατουμένου· ὧν ἀκούσονται μὲν, οὐκ ὄψον-

55ται δὲ Μένανδρου, εἰ μὴ ἐν ἄστει παρὰ Γλυκέρᾳ γένοιντο· καὶ τὴν ἐμὴν εὐδαιμονίαν ἴδοιεν, τὸν πάντη διὰ τὸ κλέος αὐτοῦ Μένανδρου καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐμοὶ περικείμενον. Οὐ μὴν ἀλλ' εἴγε ἄρα πόθος αἱρεῖ σέ τις καὶ τῶν ἐκεῖ ἀγαθῶν,
60καὶ εἰ μηδενὸς ἄλλου, τῆς γε Αἰγύπτου, χρήματος μεγάλου καὶ τῶν αὐτόθι Πυραμίδων, καὶ τῶν περιηχούντων ἀγαλμάτων καὶ τοῦ περιβοήτου Λαβυρίνθου, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα ἀπὸ χρόνου ἡ τέχνης παρ' αὐτοῖς τίμια, δέομαί σου Μένανδρε, μὴ
65ποιήσῃ με πρόφασιν· μὴ δέ με Ἀθηναῖοι διὰ ταῦτα μισησάτωσαν, ἤδη τοὺς μεδίμνους ἀριθμοῦντες, οὓς ὁ βασιλεὺς αὐτοῖς πέμψει διὰ σέ· ἀλλ' ἄπιθι πᾶσι θεοῖς, ἀγαθῇ τύχῃ, δεξιοῖς πνεύμασι, Διὶ οὐρίῳ· ἐγὼ γάρ σε οὐκ ἀπολείψω· μη
70τοῦτο δόξῃς με λέγειν, οὐδ' αὐτὴ δύναμαι, κἂν θέλω· ἀλλὰ παρεῖσα τὴν μητέρα καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτὰς ἔσομαι συμπλέουσά σοι, καὶ σφόδρα τῶν εὐθαλασσῶν γεγένημαι εὖ οἶδα. καὶ ἐκκλωμένης κώπης ναυτίας ἐγὼ θεραπεύσω. θάλψω
75σου τὸ ἀσθενοῦν τῶν πελαγισμῶν. ἄξω δέ σε ἀτερμίτων Ἀριάδνης εἰς Αἴγυπτον, οὐ Διόνυσον ἀλλὰ Διονύσου θεράποντα καὶ προφήτην. οὐδὲ ἐν Νάξῳ καὶ ἐρημίαις ναυτικαῖς ἀπολειφθήσομαι, τὰς σὰς ἀπιστίας κλαίουσα καὶ ποτνιωμένη. Χαιρέτωσαν
80οἱ Θησεῖς ἐκεῖνοι καὶ τὰ ἄπιστα τῶν πρεσβυτέρων ἀμπλακήματα· ἡμῖν δὲ βέβαια πάντα, καὶ τὸ ἄστυ, καὶ ὁ Πειραιεὺς, καὶ ἡ Αἴγυπτος. Οὐδὲν

χωρίον ἡμῶν τοὺς ἔρωτας οὐχὶ δέξεται πλήρεις· κἂν πέτραν οἰκῶμεν, εὖ οἶδα ἀφροδίσιον αὐτὴν τὸ εὔνουν ποιήσει. Πέπεισμαι μήτε χρημάτων σε μήτε περιουσίας μήτε πλούτου τὸ καθάπαξ ἐπιθυμεῖν, ἐν ἐμοὶ καὶ τοῖς δράμασι τὴν εὐδαιμονίαν κατατιθέμενον· ἀλλ' οἱ συγγενεῖς, ἀλλ' ἡ πατρίς, ἀλλ' οἱ φίλοι, σχεδὸν οἶσθα πάντη πάντες πολλῶν δέονται, πλουτεῖν θέλουσι καὶ χρηματίζεσθαι. Σὺ μὲν οὐδέποτε περὶ οὐδενὸς αἰτιάσῃ με οὔτε μικροῦ οὔτε μεγάλου, τοῦτο εὖ οἶδα, πάλαι μὲν ἡττημένος ἐμοῦ πάθεσι καὶ ἔρωτι· νῦν δὲ ἤδη καὶ κρίσιν προστεθεικὼς αὐτοῖς· οἷς μᾶλλον περιέχομαι, Μένανδρε, φοβουμένη τῆς ἐμπαθοῦς Φιλίας τὸ ὀλιγοχρόνιον· ἔστι γὰρ ὡς βίαιος ἡ ἐμπαθὴς Φιλία, οὕτω καὶ εὐδιάλυτος· οἷς δὲ παραβέβληνται καὶ βουλαί, ἀρραγέστερον ἐν τούτοις ἤδη τὸ ἔργον οὔτε ἀμιγὲς ἡδοναῖς τε καὶ διὰ τὸ πλῆθος, οὔτε περιδεές· λύσεις δὲ τὴν γνώμην, ὡς με πολλάκις περὶ τούτων αὐτὸς νουθετῶν διδάσκεις. Ἀλλ' εἰ καὶ σὺ μήτε μέμψῃ, μήτε αἰτιάσῃ, δέδοικα τοὺς Ἀττικοὺς σφῆκας, οἵτινες ἄρχονται πάντη με περιβομβεῖν ἐξιοῦσαν, ὡς αὐτὸν ἀφῃρημένης τῆς Ἀθηναίων πόλεως τὸν πλοῦτον. Ὥστε δέομαί σου, Μένανδρε, ἐπίσχες, μηδέπω τῷ βασιλεῖ μηδὲν ἀντεπιστείλῃς· ἔτι βούλευσαι, περίμεινον ἕως κοινῇ γενώμεθα καὶ μετὰ τῶν φίλων καὶ Θεοφράστου καὶ Ἐπικούρου· τάχα χὰρ ἀλλοιότερα κἀκείνοις καὶ σοὶ φανεῖται ταῦτα.

Μᾶλλον δὲ καὶ θυσώμεθα καὶ ἴδωμεν, τί λέγει τὰ ἱερά, εἴτε λῷον εἰς Αἴγυπτον ἡμᾶς ἀπιέναι, εἴτε μένειν· καὶ χρηστηριασθῶμεν εἰς Δελφοὺς πέμψαντες· πάτριος ἡμῶν ἐστιν ὁ θεός. Ἀπολογίαν ἕξομεν καὶ πορευόμενοι καὶ μένοντες πρὸς ἀμφότερα τοὺς θεούς. Μᾶλλον δὲ ἐγὼ τοῦτο ποιήσω· καὶ γὰρ ἔχω τινὰ νεωστὶ γυναῖκα ἀπὸ Φρυγίας ἥκουσαν εὖ μάλα τούτων ἔμπειρον, γαστρομαντεύεσθαι δεινὴν τῇ τῶν σπαρτῶν διατάσει νύκτωρ καὶ τῇ τῶν θεῶν δείξει· καὶ οὐ δεῖ λεγούσῃ πιστεύειν, ἀλλ' ἰδεῖν, ὡς φασι. Διαπέμψομαι πρὸς αὐτήν· καὶ γὰρ, ὡς ἔφη, καὶ κάθαρσίν τινα δεῖ προτελέσαι τὴν γυναῖκα καὶ παρασκευάσαι τινὰ ζῶα ἱερεῦσαι, καὶ λιβανωτὸν ἄῤῥενα καὶ στράκα μακρὸν καὶ πέμματα σελήνης, καὶ ἄγρια φῦλλα ἀνθῶν. Οἶμαι δὲ καὶ σὲ φθήσεται Πειραιόθεν ἐλθεῖν· ἢ δηλῶσαί μοι σαφῶς, μέχρι τίνος οὐ δύνασαι Γλυκέραν ἰδεῖν· ἵν' ἐγὼ μὲν καταδράμω πρὸς σὲ, τὴν δὲ Φρυγίαν ταύτην ἑτοιμάσωμαι. ἤδη καὶ ἃ μελετᾷν πειράζεις ἀπὸ σαυτοῦ μὰ τὸν Πειραιᾶ καὶ τὸ ἀγρίδιον καὶ τὴν Μουνυχίαν, καὶ κατ' ὀλίγον ὅπως ἐκπέσωσι τῆς ψυχῆς. Οὐ δύναμαι πάντα ποιεῖν μὰ τοὺς θεούς· σὺ δὲ οὐ δύνασαι διαπεπλεγμένος ὅλως ἤδη μοι. Κἂν οἱ βασιλεῖς ἐπιστείλωσι πάντες, ἐγὼ πάντων εἰμὶ παρὰ σοὶ βασιλικωτέρα, καὶ εὐσεβεῖ σοι κέχρημαι ἑταστῇ καὶ ὅρκων ἱερομνήμονι. Ὥστε πειρῶ μᾶλλον, ἐμὴ Φιλότης, θᾶσσον εἰς ἄστυ παραγενέσθαι,

ὅπως, εἴγε μεταβουλεύσαιο τῆς πρὸς βασιλέα
ἀφίξεως, ἔχῃς εὐτρεπισμένα τὰ δράματα ἐξ αὐ-
τῶν, ἃ μάλιστα ὀνῆσαι δύναται Πτολεμαῖον καὶ
τὸν αὐτοῦ Διόνυσον, οὐ δημοκρατικὸν ὡς οἶσθα·
εἴτε Θαΐδας, εἴτε Μισούμενον, εἴτε Θρασυλέοντα,
εἴτε Ἐπιτρέποντας, εἴτε Ῥαπιζομένην, εἴτε Σι-
κύων*** ἀλλ' ὅτι καὶ ἐγὼ θρασεῖα καὶ τολμηρά
τις εἰμὶ τὰ Μενάνδρου διακρίνειν ἰδιῶτις οὖσα·
ἀλλὰ σοφὸν ἔχω σου τὸν ἔρωτα καὶ ταῦτ' εἰδέναι
δύνασθαι· σὺ γὰρ μ' ἐδίδαξας εὐφυᾶ γυναῖκα
ταχέως παρ' ἐρώντων μανθάνειν, ἀλλ' οἰκονομοῦ-
σιν ἔρωτες σπεύδοντες· αἰδούμεθα τὴν Ἄρτεμιν
ἀνάξιοι ὑμῶν εἶναι μὴ θᾶττον μανθάνουσαι. Πάν-
τως δέομαι Μένανδρε, κἀκεῖνο παρασκευάσασθαι
τὸ δρᾶμα, ἐν ᾧ μὲ γέγραφας, ἵνα κἂν μὴ παρα-
γένωμαι σὺν σοὶ, δι' ἄλλου πλεύσω πρὸς Πτολε-
μαῖον, κἂν μᾶλλον αἴσθηται ὁ βασιλεὺς, ὅσον
ἰσχύει καὶ παρὰ σοὶ γεγραμμένους φέρειν ἑαυτοῦ
τοὺς ἔρωτας, ἀφεὶς ἐν ἄστει τοὺς ἀληθινούς.
Ἀλλ' οὐδὲ τούτους ἀφήσεις εὖ ἴσθι κυβερνᾶν ἢ
πρωρατεύειν ἕως δεῦρο παραγίνῃ πρὸς ἡμᾶς Πει-
ραιόθεν μυηθήσομαι, ἵνα σε ταῖς ἐμαῖς χερσὶν
ἀκύμονα ναυστολήσω, πλέουσα, εἰ τοῦτο ἄμεινον
εἶναι φαίνοιτο· φανείη δὲ, ὦ θεοὶ πάντες, ὁ κοινῇ
λυσιτελὴς ᾖ, καὶ μαντεύσαιτο ἡ Φρυγία τὰ συμ-
φέροντα κρεῖσσον τῆς θεοφορήτου σου κόρης.
Ἐρρῶσο.

## ADNOTATIO CRITICA.

3. ἐν ἧς νῦν εἰμί. Sic reposui pro ἐν ᾗ, vti iam voluerat Berglerus, et in versione expresserat: *in cuius aede* nunc sum. Addit idem, Budaeum et Henr. Stephanum in ἐκπαθὴς locum hunc citantes omisisse ἐν ᾗ, quia suspectum fortasse putarent.

4. ἐκπαθής. Cod. Dorvilianus vitiose ἐκ παλής. v. ad Charit. p. 493.

6. φίλων. Mutare in φιλῶν vetat Thom. Magistri auctoritas, qui non circumflecti monet Genitiuum Plur. a φίλαι et ξέναι p. 638. ed. Bern.

14. καὶ πᾶσιν. Lennepius ad Phalar. Epp. p. 286. mauult πάθεσι, quod, vti non incommodum, ita tamen vulgata maiorem vim habere videtur: *omnino* vel, vti Berglerus vertit, *tota mutata* nobis adpares.

15. ἀλλοιοτέρα. Sic rescripsi per o, quum habeat vulgata bis hac nostra Ep. per ω, quod aduersatur praeceptis Grammaticorum, quas tamen saepe migrarunt librarii. v. Fischer ad Weller. p. 141.

15. ἐπίχαρτον. Doruilius ex Codice suo adfert ad Charit. p. 616. ἐπιχάριτον, quae vox familiaris sit Xenophonti. Ἐπίχαρτος tamen est apud Thucydidem III, 67. vbi vide Interpretes.

22. σὺν αὐτῇ τῇ βασιλικῇ σφραγίδι. Vulgata τὸ αὐτῇ ignorat, pro quo Cod. Doruil. ad Charit. p. 616. habet ἑαυτῇ, quod si mutes in αὐτῇ, habebis idioma Graecum, dictionemque Alciphroneam, praesertim si deleas σὺν, vt sit: αὐτῇ τῇ. v. supra ad Lib. I. Ep. 2.

23. χαίροις. Idem Codex ibidem χαίρεις, quod et Doruilio magis illo placet.

23. ἔφρασαν. Lego potius ἔφασαν. *Bergler*, cui adstipulatur Gloss. Eichst. Liber Doruil. ἔφρασεν vitiose.

31. ἦν ὁ βασιλεὺς - πεπυσμένος. Vulgatus δῆλος ἦν ὁ β. quod cum Gloss. Eichstad. delere malui, ideo quod statim praecedit, nec in repetitione h. l. emphasis est.

33. Ἀστεϊσμοῖς. Pro vulgato Ἀττικισμοῖς reposui, cuius audaciae, si tamen est,

culpam in se suscipiant Hemsterhusius et Ruhnkenius, quem vide ad Dionys. Longinum p. 259.

40. *κἂν τοῖς προσκηνίοις.* Berglerus suspicabatur fortasse ἐπὶ deesse, nam vulgata *καὶ τοῖς προσκ.* Quidni vero breuius, et vna tantum literula mutata *κἂν*? Sic igitur reposui. Idem placuit Glossatori Eichstad.

49. *Πρωτέως.* Editiones *Πρώλεως.* Adnotatio Bergleri haec est: Cl. vir Iac. Perizonius in Epistola ad me: *Quis ille Proleus?* legendum *καὶ Πρωτέως τὰ ἀκρωτήρια in Plurali aeque ac Φάρίαι σκοπιαὶ, quae sequuntur.* Optima sine dubio coniectura. Intelliguntur autem Phari insulae promontoria, de quibus Strabo Lib. XVII. p. 1140 ed. nouiss. De iisdem Virgilius Aeneid. XI. v. 262. *Atrides Protei Menelaus ad vsque columnas Exsulat*, vbi Servius inter alia: *Vsque ad fines Aegypti, hoc est vsque ad Pharon, ante insulam, nunc partem Alexandriae.* Lucanus: *Tunc clausirum pelagi cepit Pharon; insula quondam In medio stetit illa mari sub tempore vatis Proteos, at nunc Pellaeis est proxima muris*, i. e. Pellaei iuuenis, Alexandri magni, siue Alexandriae muris. Certe vix mihi temperare possum, quin in textum recipiam; et facerem, nisi obiici posset, forte *τοῦ πρωρέως* scriptum fuisse, per quod eadem insula Pharos intelligatur, quia nempe Pharo, Menelai proretae, ibi sepulto sit cognominis, vt est apud Stephanum Byzantinum. Quod licet ineptum sit, tamen tale est, vt illo adhuc ineptiores quorumdam coniecturae exstent. — His vltimis verbis Berglerus nescio an pungere voluerit *Crozium*, cuius statim addit coniecturam: *πᾶς ὁ λεώς*, qua sane nihil infelicius excogitari possit. Quid enim hic populus ageret, vbi et quae antecedunt, et quae sequuntur, topographica sunt? Queritur alicubi in epistolis Crozius, quod Berglerus non omnes ad eum transmissas coniecturas memorauerit: at profecto, nisi melioris hac fuerint notae, Berglerus tacite praetereundo famae Crozii haud male consuluit. — *Arnaldus* Misc. obseru. T. V. p. 282. laudat et Perizonii acumen et Bergleri, ipse tamen,

vt ſymbolam addat, coniicit πρῶνες, nam vti hic πρῶνες et ἀκρωτήρια, ſic πρῶνες et ἄκραι coniungi apud Sophoclem Trachin. v. 798. Viri tamen eruditiſſimi pace dixerim, non adpellatiuum nomen, ſed proprium hic locum habere. Et quid multa? Cod. Doruilianus (ad Charit. p. 407.) confirmat Perizonii coniecturam, ideoque poſtliminii iure gaudere paſſus ſum.

53. καὶ υἱῶν καὶ θεραπόντων. His interſerit Gloſſator Eichſtad. καὶ γραῶν: Acute. Nam vti, quae praecedunt adiectiua φιλάργυροι — ἐρῶντες — ἄπιστοι referuntur ad ſequentes πατέρας — υἱοὺς — θεράποντας; ſic τῶν δεισιδαιμόνων, ne ſic ſolae reſtent, partes recte explere videntur ad ſuperſtitionem procliuiores matronae aetate prouectae.

69. μὴ τοῦτο δόξῃς με λέγειν. Medebachius Wakkerus Amoenit. litterar. p. 23. ſuſpicatur rectius eſſe θέλειν, immo neceſſarium. Elegantior omnino ſenſus: *ne putes, me velle, quod ne poſſim quidem, etiamſi velim.*

71. τὰς ἀδελφὰς αὐτάς. Vulgata τὰς ἀδ. αὐτῆς. Cl. Perizonius in eadem epiſtola: *Ibidem mox lego* καὶ τὴν μητέρα καὶ τὰς ἀδελφὰς ἑαυτῆς [pro ἐμαυτῆς] *matrem et ſorores meas, memorauerat enim iam initio epiſtolae matrem ſuam et alteram ſororum ſuarum.* Haec Berglerus. — Magis ingenioſa, fateor, eſt emendatio Io. Steph. *Bernardi*, quam in epiſtola ad Reiskium anno 1749. data expromſit: τὰς ἀδελφάς. Ναύτης ἔσομαι συμπλέουσα. vide vitam Reiskii p. 358. nec eam ſibi eripi paſſus eſt, etſi diuerſitatem temporum ἔσομαι et ſequentis γεγένημαι obſtare reſcripſerat Reiskius, *v.* ibid. p. 366. Eamdem repetiit octo annis poſt ad Thomam Mag. p. 142. — Gloſſ. Eichſt. τὰς ἀδελφὰς αὐτῇ (ſine dubio ſubintell. σὺν) σοῦ ἔξομαι, et deinde, vt tempora congruant, γεγενήσομαι. Mihi vero omnium facillimum viſum eſt αὐτάς. *Matrem adeo, ſororesque, quas tantopere amo.*

73. εὖ οἶδα. Haec ad ſequentia, mutata interpunctione melius referri exiſtimauerat *Matur. Veyſs. la Croze*, eiicique verbum θεραπεύσω

tamquam gloſſema ſuaſerat. De poſteriore coniectura conſentit *Io. Chriſtoph. Wolfius*, cui admodum inconcinne et inconuenienter elegantiae Alciphronis τὸ θεραπεύσω excipere videtur θάλψω, priori non accedit. vide Theſaurum epiſtolicum Lacrozianum T. II. p. 85. — Ego vero nec priorem meam facere velim. — *Arnaldus* l. l. p. 282. cum Berglero iſtud θεραπεύσω ad Menandri nauſeam refert, mauultque ſcribi: ναυτίας ΣΕ ἐγὼ θεραπεύσω. Nec hoc difficultatem tollit omnem. Antequam vero, quae mea ſit de hoc loco opinio, expromam, quae Berglerus voci ἐκκλωμένης adſcripſit, adferam. Non ſatis adparet, inquit, in Aldina editione, ſitne vna vox, an duae; [vna eſt, nec tantum ſpatii adparet, quantum alias inter duas voces intercedit, W.] altera editio tamquam vnam exhibet. Ego verti, quaſi eſſent duae, et accipio, vt apud Ciceronem in Tuſculanis de *inflexo remo*, qui talis videtur aquae immerſus, licet integer et rectus. Intelligendum autem erit de adſiduo adſpectu eiusmodi remorum, vt inde vertigo oriatur, vnde procliuitas ad vomitum, quae eſt nauſea. Mallem tamen ἑλκομένης vel ἐλαυνομένης. Haec itaque *Berglerus*, nimis tamen, niſi me omnia fallunt, coacte.

Ego vero in omnia alia discedens labem loci nec in ἐκκλωμένης, nec in θεραπεύσω inueniſſe mihi videor, ſed in ναυτίας, quod mihi eam ob cauſſam non placet, quoniam, quod idem eſt, τὸ ἀσθενοῦν τῶν πελαγισμάτων ſtatim ſequitur. In eam igitur cogitationem incidi, vt, quum Glycera antea admodum aptam mari ſeſe iactaſſet, et haud longe a fine huius epiſtolae gubernaculo adeo proraeque praeeſſe diſcere promittat, crederem, ſi vnam literulam transponerem, et ναυτίας in ναύταις mutarem, orationis tenorem haud male proceſſurum ſic: *Diffracto remo ipſa nautis miniſtrabo* (vna cum iis manus admouebo, nimirum ne nauis te, Menandre, vehens periclitetur) *curabo te atque fouebo nauſea laborantem, ſicque ſine Ariadnes filo deducam in Aegyptum.* Meliora qui ſcit, ne inuideat, quaeſo.

76. μίτων. Vulgata μύθων. Adscripserat *Berglerus*, quae sequuntur: Sine dubio legendum μίτων. Contrario modo erratum supra Lib. I. Ep. 8. λίθῳ pro λύθρῳ. Vtuntur autem illa voce in ea re Eustathius p. 1688. lin. 38. δίδωσι τῷ ἐρωμένῳ ἀγαθίδα μίτου — ἐφ' ᾧ εἰσελθόντα τὸ σπήλαιον ἐκδῆσαι τοῦ τῆς θύρας ζυγοῦ, καὶ ἀνελίσσοντα ἰέναι μέχρι καὶ εἰς τὸν τοῦ λαβυρίνθου μυχόν. καὶ εἰ περιέσται τοῦ κακοῦ, ὀπίσω ἐπανελίσσοντα ἐξελθεῖν. *Dat* Ariadne Theseo *amasio glomerem filorum, eo fine, vt spelunam ingressus adliget ianuae claustro, et euolvens pergat etiam vsque ad vltima Labyrinthi: atque, si monstrum illud* (Minotaurum) *superauerit, denuo relegens egrediatur.* Basilius Epistolarum suarum penultima, in Collectione Aldina, ad Calligraphum, nomine non re talem; (nam in scribendo curuas lineas ducebat, vt legens sibi videretur in Labyrintho versari) ἔδει — τὴν τάξιν ἐπιζητεῖν — παρεπόμενον τῷ αὐλακι, καθάπερ τὸν Θησέα τῷ μίτῳ τῆς Ἀριάδνης φασί. *Bergler.*

80. ἄπιστα. Vulgatam ἄμισθα, vtcumque potuit, interpretatus est Berglerus, *ingratum animum indicantia.* Arnaldus Misc. Obseru. T. V. p. 282. ἄπιστα coniecit, quod menti auctoris prorsus conueniat. Dixisse modo Glyceram τὰς σὰς ἀπιστίας κλαίουσα, mox addere ἄπιστα ἀμπλακήματα, [et, vt de meis aliquid addam, sequens βέβαια lege oppositionis rem videtur conficere. Praeterea Cod. Doruilianus v. ad Charit. p. 444. addicit, recipere ergo nullus dubitaui. W.]

82. οὐδὲν χωρίον οὐχὶ δέξεται. Videtur Latinissimus, et sic vertit Berglerus: *nullus non locus excipiet amores nostros integros.* Sed saepius sic Graeci. Vide Hoogeveen Doctrinam particular. ed. Schuetzii p. 610. s.

93. πάθεσι. Vulgata πᾶσι, pro quo suo iam tempore maluit πάθει Berglerus, quod et in versione expressit. Caussam erroris ait fuisse in similitudine pronuntiationis, nam inter σ et θ parum, inter ι et ει nihil interesse. Idem, quod Berglerus, sentit Dor-

vilius ad Chariton. p. 437. quamquam refragante Codice, et Lennepius ad Phalaridis Epp. p. 286. qui tamen mavult πάθεσι, quod quidem an πάθει ponas, ad sensum perinde est. Omnino vero ipsa notio τοῦ πάθους vix mihi abesse posse videtur: ea vero adsumta, quae sequuntur omnia longe melius cohaerere inuenies. Sed plura habet locus, quae mutatione egeant, quae nec Bergleri diligentiam effugerunt. Et primo quidem voci φοβουμένη sociam addere particulam negatiuam μὴ voluit, eamque in versione expressit. Nollem quidem factum, nec tamen reprehendo, quum semel alium ac ego totius loci sensum animo effinxisset Berglerus. Deinde vero verbis: ἀμιγὲς ἡδοναῖς τε καὶ διὰ τὸ πλῆθος adscripserat haec: Hic primo τε puto eiiciendum, deinde pro πλῆθος lego ἦθος, quod in versione expressi. Perpende totam seriem orationis et sensum; non alienum, vt puto, videbitur. Ἀμιγὲς autem retinet constructionem verbi, vnde est. Exempla iam protulit H. Stephanus in Thesauro. In aliis quibusdam ita obseruatur.

In his Berglero facile adstipulor, nec tamen vel sic sana omnia videntur. Offendit me inprimis vocula οἷς in οἷς μᾶλλον περιέχομαι, quam ad nimis remota πάθεσι καὶ ἔρωτι in versione retulit Berglerus, cui incommodo mederi me posse autumabam, si praecedens ἤδη mutarem in ΗΘΗ. Sic enim habes non solum duo Substantiua, quae praecedentibus duobus πάθεσι καὶ ἔρωτι respondeant, sed habes etiam, ad quae τὸ οἷς longe aptius referatur. Seruatis itaque, quae in Berglero placerent, totum locum ita non tam conuerto, quam interpretor: *Tu quidem, probe scio, plane nihil habebis, quod in me vituperes, quem iam olim amore, qui tamen pectoris magis videri posset, meum feci: iam vero, ex quo mores meos propius nosti, verius de me iudicium ferre coepisti. Isti igitur mei mores, tuumque de me iudicium magis mihi curae cordique sunt, quae breuem amicitiae, quae solo animi motu continetur, durationem timeam; est enim eiusmodi amicitia vti vehementior, ita etiam facile dis-*

*ſolubilis, in ea contra, cui iudicium accedat, longe alia res eſt: multas enim non ſolum habet voluptates perſuaſio de morum probitate, ſed omnem etiam timorem excludit.*

105. ἀφηρημένης. Poteſt legi et ἀφηρημένην. *Bergler.*

114. πάτριος. Apollo πάτριος rarius dicitur, ſed πατρῷος ſaepiſſime. *Bergler.* Plura vide in Commentario.

118. γαστρομαντεύεσθαι — θεῶν δείξει. Haec, vtpote corrupta, admodum obſcura ſunt. Non video, quid ad ἐγγαστριμαντείαν faciat adparatus ille σπαρτῶν, deinde cur νύκτωρ addatur, cum conſtet, illos στερνομάντεις tam de die quam noctu [fortaſſe tamen ſaepius nocte, quae eiusmodi praeſtigiis magis fauet W.] futura praedixiſſe, tertio denique nouiſſima καὶ τῶν θεῶν δείξει, illane pertinent etiam ad γαστρομαντεύεσθαι, an vero illud verbum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetitum ibi idem denotat, quod ſimplex μαντεύεσθαι? [Hoc vero ita fuiſſe, poteſt fortaſſe probari. Nam quum apud Ariſtophanem in Veſpis p. 1014. τὴν Εὐρυκλέους μαντείαν occurrat, Scholiaſtes adnotat: οὗτος ὡς ἐγγαστρίμυθος λέγεται Ἀθήνησι τ' ἀληθῆ μαντευόμενος διὰ ἐνυπάρχοντος δαίμονος. W.] haud exiſtimem. Locum ſedulo verſanti in mentem venit ita refingendum: γαστρὶ μαντεύεσθαι δεινὴν, τῇ τῶν ἄστρων διαθέσει νύκτωρ, καὶ τῇ etc. Notior eſt ἀστρομαντεία, quam vt ei demonſtrandae me hic inhaerere oporteat, et illi adprime conuenit adiunctum νύκτωρ. Per δείξεις θεῶν intelligo diuinationes, quae fiunt per quaelibet ſigna, ſiue ſomniantibus, ſiue vigilantibus a Diis, vt putabant, miſſa. Bergle-rus per σπαρτῶν διάτασιν intelligebat ῥαβδομαντείαν, quam huc non pertinere crediderim, quod *barbaris* ſolis frequentata, et Graecis fere ignota fuerit. Colligo id ex Ammiani Marcellini Lib. XXXI. c. 2. Hactenus *Arnaldus* in Miſc. Obſeruatt. T. V. p. 283.

Duo vero ſunt, in quibus viro eruditiſſimo non poſſum accedere. Et primo quidem

ῥαβδομαντεία non ita angustis terminis conclusa esse videtur. Wesselingius enim ad Herodoti Lib. IV. Segm. 68. cuius locum attigit Schol. Nicandri ad Theriac. v. 612, (μάγοι καὶ Σκύθαι μυρικίνῳ μαντεύονται ξύλῳ, καὶ γὰρ ἐν πολλοῖς τόποις ῥάβδοις μαντεύονται.) haec habet: „Fuit *plurimas* per „Occidentis Orientisque pla„gas similis diuinatio, de quo „vide Grotium ad Ezech. XXI. „21. Pocokium Spec. Hist. „Arab. p. 328. Casaubonum „ad Strabonem Lib. XV. p. „1065. Lindenbrogium ad „Ammiani l. l. Bulengerum „Diuinat. III, 26.“ Saltem dubium Arnaldi nil facit ad Nostri locum, vbi tamen sermo etiam est de *barbara*, Phrygia; et quamquam Graeci hanc, aliasque istiusmodi artes non ipsi exercuerint, Thessalas tamen, Dardanas, Phrygiasque futura sibi praedicturas consulebant. — Quod vero ad emendationem: ἄστρων διαθέσει attinet, ingenii acuminisque laudem non denego, fateor tamen, eam a scriptura vulgata aliquantulum recedere. Mihi quidem videtur Glycera Phrygiae peritiam suae de industria velle augere: plura haec mulier diuinationum genera callet, est γαστρομάντις — ῥαβδομάντις — manes adeo, Deosque excitare potest, nec, vt ipsa dicit, (malim enim pro vulgato φασὶ reponere φησὶ) postulat vt dictis eius credamus, sed factis.

122. ὡς ἔφη. Erat vbi mallem ὡς ἔφυ, *vt mos est*. Sed nil opus.

125. ἄγρια φύλλα ἀνθῶν. Vulgata φύλλα ἀνθρώπων, sine dubio male. Scribae Codicis obuersata fortasse sunt, quae apud Homerum saepe et alias occurrunt φῦλα ἀνθρώπων W.] Vir Cl. *la Croze* coniecit ἀνδραχνῶν: nota est, inquit, ἀνδράχνη ἀγρία. Non habeo, quod adferam, melius. De Andrachne agria vide Plinium Hist. Nat. (25. 103.) qui Graecas voces retinet. Videndum tamen, an ἄγρια φύλλα τῶν δρυῶν. Theocrit. Idyll. XXVI. v. 3. δρυὸς ἄγρια φύλλα; agit autem ibi etiam de re sacra facienda. Sic *Berglerus*.

Neuter horum satisfecit *Trillero* Obseruatt. Criticar. p. 107. ff. Andrachnae, inquit, sunt portulacae, quae

ad focum culinarem potius pertinent, quam magicum, et ori gratiores sunt quamorco, Bergleri autem δρυῶν ait hoc vitii habere, quod a priscae scripturae vestigiis nimis recedat, quamquam vsus earum in re sacra et arcanis magicis ex Theocriti Id. XXVI. probari possit. Ipse deinde ἀνθερικῶν (antherici s. asphodeli) reponendum autumat, quem et ipsum sacris faciundis olim adhibitum fuisse ex eodem Theocrito l. l. Stygiis porro sacris dedicatam hanc plantam ex Homeri Odyss. XXIV. 13. probat, vbi manes apud inferos vel asphodelo vesci tradantur. Plura vide apud ipsum Trillerum, qui legi quidem etiam posse ἀνδιάντων putat, de qua Bodaeus a Stapel ad Theophrasti histor. plantarum Lib. VII. c. 13. vel ἀνδρισκίων. [v. Hesychium h. v. et Ἐνδρυσκον. Etymol. M. in Ἀνδρύσκον Suidas male Ἀνδροισκα, nec melius Phauorinus Ἀνδρησκα. Pollux Lib. VI. Segm. 106. ἄνδρισκος. Salmas. Hyle Iatrica c. 17. Alberti ad Hesychium.] tamen ἀνθερικῶν sibi magis placere pronuntiat, cuius ipse Alciphron Lib. III. Ep. 12. mentionem [nec tamen in sacris faciundis] iniiciat. Quae omnia erudite, et vti a Medico Graece doctissimo poterant exspectari.

*Arnaldus* in Misc. Observatt. T. V. p. 283. suspicatur θρόνων, *florum*, ad quam suspicionem firmandam laudat Scholiasten Nicandri ad Theriac. v. 494. et Hesychium h. v. vsum vero in venificis magicisque incantationibus probat testimonio Theocriti Idyll. II. v. 59. et Lycophronis v. 674. vbi Tzetzes θρόνα explicat φάρμακα μαγικά.

In aliam tamen postea temporis incidi, eamque omnium facillimam simplicissimamque coniecturam *Gerardi Horrei*, qui Animaduersionum Lib. II. c. 24. Alciphronem reliquisse ἀνθῶν opinatur, cui suae opinioni ex more librariorum per compendia haud raro scribentium robur addere conatur. Notum enim esse, homines istos, vti saepissime ἄνθρωπον, vt breuius defungerentur, efferre solere $\overline{\text{ανον}}$, sic vicissim aliquando, vbi in Codice, quem prae manibus haberent, istud $\overline{\text{ανον}}$ inuenissent, ἄνθρωπον, effinxisse, vbi ta-

men aliam vocem ſenſus requireret. Poſteriorem hanc rariorem priori commutationem probat poſt Albertum ad Heſychium v. Γελοῖος ex Lamb. Bos Animadu. ad LXX. Num. XXIV, 17. et Montefalconio Palaeograph. Lib. V. p. 342. [qui Codicem adfirmat ſe vidiſſe N. T. vbi ad Gal. IV. 26. pro ἄνω Ἰερουσαλὴμ ſcriptum ſit ἀνθρώπῳ Ἰερουσ.] addit deinde locum Achillis Tatii Lib. II. p. 99. vbi, monente Salmaſio, prior editio et Codex Anglicanus pro τῶν ἀνθέων συμπλοκὴ habeat ἀνθρώπων συμπλ. Mallem addidiſſet Horreus plura florum in incantationibus adhibitorum exempla, nam quod ſolum ex Sophoclis Trachiniis v. 242. adfert, eorum vſum in ſuffimentis tantum probat. Flores igitur ad luſtrationes etiam adhibitos fuiſſe, exemplis confirmarunt, vt alios taceam, Meurſius in Eleuſiniis p. 19. et Lomeierus de luſtrationibus p. m. 228. Vſus florum omnino in ſacrificiis probari ex ipſo Noſtro poteſt. v. Lib. III. Ep. 16.

Hanc igitur lectionem, quum pro vulgata, quae nihili eſt, alia neceſſario reponenda eſſet, recipere optimum putaui, nec tamen ſecutus Thomam Magiſtrum, qui ἀνθέων rectius pronuntiauit eſſe, quam ἀνθῶν, de quo vide Doruilium ad Chariton. p. 399. nec oblitum Alciphronis ipſius, qui Lib. III. Ep. 37. bis habet ἀνθῶν.

126. σὲ φθήσεται Πειραιόθεν ἐλθεῖν. Nihil adnotant Critici ad haec verba, quae tamen ſuſpecta videntur, non tam, quod φθάνειν vſitatius Participiis, non Infinitiuis iungitur, nam Infinitivum Noſter addit etiam Lib. III. Ep. 3. et 41. quam, quod forma media φθάνεσθαι, quantum memini, non exſtat. Quid? ſi legas φρά-σασθαι? *Equidem puto, te iam conſtituiſſe, ex Piraeeo in urbem venire, quod ſi non eſt, certiorem ſaltem facias, quousque ad Glyceram tuam non poſſis viſere.* Nonne vero ſic melius omnia cohaerent?

130. ἤδη καὶ ὦ μελετᾶν πειράζεις ἀπὸ σαυτοῦ μὰ τὸν Πειραιᾶ καὶ τὸ ἀγρίδιον, καὶ τὴν Μουνυχίαν, καὶ κατ' ὀλίγον ὅπως ἐκπέσωσι τῆς ψυχῆς. οὐ

δύναμαι. Locus maxime ſalebroſus, cui vix ſine Codicis ſubſidio integritatem reddere queas. Audiamus primo, quid Berglerus, et Arnaldus, nam apud alios Criticos, quos legere memini, altum ſilentium, attulerint.

Et *Berglero* quidem verba: ἤδη καὶ ἃ μελετᾶν πειράζεις ἀπὸ σαυτοῦ τὸν Πειραιᾶ corrupta videntur, ideoque, ſic emendato a ſe contexto: ἤδη καὶ μελετᾶν πείρωμαι ὡς ἀπώσωμαι τὸν Πειραιᾶ etc. verſionem, quam infra totius loci dabo, adcommodauit, quae omnia tamen addit nemini obtrudere ſe velle, quia plusculum recedant a vulgatis, nec alias ipſi placere. — Deinde ad ἀγρίδιον non ſuam, ſed Meurſii adfert coniecturam, qui Atticar. Lection. Lib. VI. c. 7. τὸ Ἀγρίππειον maluerat, vt intelligeretur theatrum in Ceramico, de quo Philoſtratus in vitis Sophiſtarum ſemel iterumque. Sed recte monet Berglerus, docere debuiſſe Meurſium, Menandri aetate fuiſſe theatrum Athenis ita dictum, quod tamen nemo poſſit. Sed ſi vel fuiſſet, vnde ſciebat, Glyceram de illo relinquendo potius fuiſſe ſollicitam, quam de agello? Videri omnino tunc nimis feſtinaſſe Meurſium, quod vel inde adpareat, quod ſcribat, quaſi haec epiſtola *vltima ſit Menandri ad Glyceram.* [quae tamen ſit Glycerae ad Menandrum.] — Porro in οὐ δύναμαι πάντα ποιεῖν, vltimum Berglerus mutat in παρεῖναι (relinquere) haud oblitus huius τοῦ παρεῖναι ſignificationis exempla excitare. Sic ipſum Alciphrona habere Ep. 3. παρεῖσα τὴν μητέρα. Sic Heſychium παρεῖναι explicare per ἐάσαι; ſic Ariſtophanem in Ranis v. 711. τὴν μίαν ταύτην παρεῖναι ξυμφοράν, *vnam hanc remittere noxam.* [Suffeciſſet vnus Alciphronis locus, quum ex Heſychio et Ariſtophane adlatos aliter interpretari poſſis. W.] — Denique pro σὺ δὲ οὐ δύνασαι forte legendum eſſe ſuſpicatur σύ ΤΕ οὐ δύνασαι, vel σὺ δ' ΕΜΕ οὐ δύνασαι. Sic igitur textis conſtitutis, verſionem confecerat hancce: *Iam etiam meditari conor, vt abigam* (ex memoria) *Piraeeum et agellum et Munychiam, atque paullatim vt excidant ex ani-*

*mo. Non possum omnia relinquere, Deos testor, tu autem me non potes* etc.

*Arnaldus* vero Misc. Obseruatt. T. V. p. 284. ita mentem explicat suam: Quum Berglerus hariolationem, quam ipse vix probat, nobis obtrudere non reueritus fuerit, quidni et mihi idem iuris adsumam? Τὴν δὲ Φρυγίαν ταύτην ἐρωτήσομαι, εἰ δεῖ καὶ ἐμὲ τὰ νῦν πειράζειν ἀπῶσαι, σοῦ μετὰ, τὸν Πειραιᾶ κ. τ. λ. *Phrygiam vero illam rogabo, eone vires meas tecum intendere debeam, vt a me repellam Piraeeum, agellum et Munychiam, ita vt breiui animo nostro excidant,* quae vltima interpretationis vt exsculperet, καὶ ante κατ' ὀλίγον deleuit, et in sequentibus pro ποιεῖν substituit λείπειν. In quibus, si quaedam saltem nimis violenta atque contorta harum rerum peritis videantur, idem et mihi accidisse haud negauerim.

Hos igitur Duumuiros ego periculum faciam, an hariolando possim superare. Rem vero sic institui: textum Graecum inscripsi scidulae tali tempore, quo nec Bergleri nec Arnaldi coniecturae animo obuersarentur, experturus nimirum, an sic fortasse aliquid proficerem. Subiit igitur animum, sic refingere: ἤδη ΔΕ' ΚΑΤΑμελετᾷν πειράζεις ἀπὸ ΤΑΥΤΟΜΑΤΟΥ (vel αὐτόματος, cuius glossema sit ἀπὸ σαυτοῦ; illud tamen proprius ad scripturam accedit) τὸν Πειραιᾶ, καὶ τὸ ἀγρίδιον, καὶ τὴν Μουνηχίαν κατ' ὀλίγον ὅπως ἐκπέσωσι τῆς ψυχῆς ΣΟΥ. Δύναμαι πάντα ποιεῖν κ. τ. λ. (Vtinam ante δύναμαι licuisset inserere καὶ γὼ μὲν, vt responderet sequenti σὺ δέ.) Vides, B. L. paucula tantum, quae maioribus literis exprimere operas iussi, mutata. Vt vero mentem meam vberius exponam, coniecturam liceat interpretatione fulcire. Sic igitur totum locum verterim: *Scribas mihi adcurate, quousque ad Glyceram tuam visere non possis, vt ego ad te aduolem, Phrygiam vero meam habeam in promtu. Sed (fortasse) sponte iamiam (inconsulta et me et Phrygia) tecum perpendisti, fieri tamen posse, vt Piraeeus, vt agellus, vt Munychia* (prae deliciis Aegypti) *paullatim*

*animo excidant tuo.* (Quidquid vero consilii ceperis) *ego quidem, per Deos, omnia facere atque tolerare possum, tu vero non aeque ac ego tui iuris es, arctissime quippe mecum coniunctus.* — Enallagen Accusatiui pro Nominatiuo in Πειραιᾶ — Μουνυχίαν — ἀγρίδιον in subsidium me vocasse, vt sensum, quem posui efficerem, neminem, spero, offendet, qui vel Terentiani illius meminerit: *Populo vt placerent quas fecisset fabulas.* Ceterum non ita mihi suffenus sum, vt loco luxato integritatem omnem restituisse credam; nonnulla etiam nunc claudicare ipse probe sentio; feci tamen, quod potui, et hoc saltem effecisse existimo, vt quam minima mutatione sic satis tolerabilem sensum expedirem.

140. ἐξ αὐτῶν. Suspectum videtur.

150. τὴν Ἄρτεμιν. Cur hanc? ita olim ex me quaerebam. Idem dubium obortum esse etiam Cel. *Herelio*, ex Animaduersionibus criticis miscellis intellexi, quo indice programma academicum Erfordi 1768. edidit. Sed idem vir doctissimus dubium non mouit solum, sed felicissime etiam soluit. Audiamus ipsum: *Caussam vix adparere arbitror, quare Dianum montium custodem nemorumque virginem, puellae propter ingenii tarditatem vereri debeant. Veneri illud curae fuerit, Musis etiam fortasse, virgines vlcisci indocilis, minime Diuae caede ferarum vnice gaudenti, nec blandos amores literasue respicienti. Deinde etiam claudicare vehementer verborum seriem, si quidem ita legatur, atque illa:* ἀναξίαι ὑμῖν εἶναι, *otiosa reddi et fere soloeca, nemo non intelligit. Quin nos reducimus notissimam iurandi apud Graecos formulam, scribendo:* αἰδούμεθα ΜΑ τὴν Ἄρτεμιν. *Noui equidem, hanc particulam vsitate* negantium *esse, sed neque deesse exempla, vsum nonnumquam contrarium docentia pluribus demonstrat Berglerus initio huius epistolae:* μὰ τὴν Καλλιγένειαν, *cui adde sis Reitzium ad Luciani Somnium* T. II. *opp. p.* 718. (Bip. T. VI. p. 575.) *et ad Icaromenippum ib.* p. 767. (Bip. T. VII. p. 382.)

[In Reitzii locum tamen Cel. Ruhnkenius in literis illo tempore ad Herelium datis Lamb. Bos potius et Hemsterhusium ad Thomam Mag. p. 590. mauult subſtitui, quibus ego addiderim Arnaldum Miſc. Obſeruatt. T. V. p. 281. et Cel. Hindenburgium ad Xenoph. Memor. p. 31. cf. infra Indicem.] *Eamdem formulam Noſter iam ſupra adhibuit* Lib. II. Ep. 1. ἐμοὶ γὰρ ἐξ ἐκείνου, μὰ τὴν Ἄρτεμιν, οὐδὲ προσέβλεψαν ἔτι πολλοὶ, οὐδὲ ἐπείρασαν, αἰδούμενοί σου τὰς πολιορκίας, *vbi, quod obiter animaduerto, nec ipſum verbum* αἰδεῖσθαι *procul abeſt. Ariſtaenetus* I, 10. p. 24. ed. Abreſch. μὰ τὴν Ἄρτεμιν, Ἀκοντίῳ γαμοῦμαι. — Recepi igitur particulam iſtam iurandi in contexta, non ſine plauſu Criticorum, vti non tam ſpero, quam confido.

154. δι' ἄλλου. *Berglerus:* potius δι' αὐτοῦ. Sed cauſſa erroris non adparet, parumque ineſt acuminis. [Sed vulgata defendi poteſt. W.]

161. ἀκύμονα. Nullus gubernator praeſtare poteſt nauigationem fluctuum et iactationis expertem, quare omnino hic legò ἀπήμονα. Hoc epitheto Homerus denotat eum, qui incolumis nauigat, ex quo loca adnotauit Henr. Stephanus in Theſauro. Oppianus Hal. Lib. IV. v. 415. — νῆες δὲ διὰ πλατὺ κῦμα θέουσιν Αὔραις εὐκήλοισι ἀπήμονες, ἠδ' ἀτίνακτοι. *naues autem per latum mare currant auris leuibus illaeſae et inconcuſſae*, et Lib. V. in fine: σὺ δ' αἰεὶ νῆες μὲν ἀπήμονες ἰθύνοιντο. *tibi vero ſemper naues incolumes dirigantur.* Heliodorus Lib. V. p. 295. εὔδιόν τε καὶ ἀπήμονα πλοῦν. Budaeus tamen in Comm. Gr. L. ad ναυστολῶ Alciphronis locum citans retinuit ἀκύμονα, nimis ſecure. Sic *Berglerus*, cui tamen obtemperare nolui.

## COMMENTARIVS.

2. μά. Alias vſitate negantis particula iurandi: hic in adfirmatione, quod raro fit; non deſunt tamen exempla. Apud Ariſtaenetum I. Ep. 10. inſcriptio pomi, quo Acontius Cy-

dippen decepit: μὰ τὴν Ἄρτεμιν Ἀκοντίω γαμοῦμαι. Apud eumdem Lib. II. Ep. 14. μὰ τὸν Φίλον ἔρωτα τὸν ἐμόν τε καὶ σὸν, χθὲς ἐπὶ τὸ σὸν δωμάτιον εἰσιοῦσα θᾶττον ἢ βάδην, ἔκλαον ὑφ' ἡδονῆς. *teſtor amabilem meum ac tuum amorem, heſterno die ingreſſa aedes tuas concitatiore gradu lacrimas fudi prae gaudio*, cui ſimile iusiurandum negatiuum eſt apud Platonem in Alcibade priore, vbi quum Socrates quaeſiuiſſet ex Alcibiade, quisnam is eſſet, a quo tamquam praeceptore cognitionem Iuſti et Iniuſti didiciſſet; Alcibiades, qui eiusmodi praeceptoris non meminiſſet, ſeque irrideri putaret, dicit: σκώπτεις, ὦ Σώκρατες. Cui Socrates: μὰ τὸν Φίλιον τὸν ἐμόν τε καὶ σὸν, ὃν ἐγὼ ἥκιστ' ἂν ἐπιορκήσαιμι, quae Syneſius, felix Platonis imitator, vſurpans, οὐ praemiſit Ep. 103. οὐ μὰ τὸν Φίλιον τὸν ἐμὸν καὶ σὸν οὐκ ἔγωγε ὦ Παλαίμενες, ἀπέσκωψά σου τὴν εἰς τὴν ἐνεγκοῦσαν εὔνοιαν. *Non certe, Deum teſtor amicitiae noſtrae praeſidem, ego, mi Palaemenes, irriſi tuam in patriam beneuolentiam.* Sed, vt ad μὰ ſine negatione redeam, ita et Plutarchus in Alcibiade p. 206. ἀνάγκην οὖσαν αὐτοῖς καὶ ναυμαχεῖν, καὶ πεζομαχεῖν, καὶ, μὰ Δία, τειχομαχεῖν, vbi alius poſuiſſet νὴ pro μὰ, vt Noſter epiſtola ſuperiore, καὶ συννεάσαιμεν ἀλλήλοις καὶ συγγηράσαιμεν, καὶ νὴ τοὺς θεοὺς συνθάνοιμεν. *Bergler.* quem et confer ad Ariſtoph. Lyſiſtr. v. 466. v. et paullo ante Adnotat. crit. ad l. 150. p. 342.

2. τὴν Καλλιγένειαν. Calligeniam inuocabant in Cereris ſacris. Vide Ariſtophanem in Theſmophor. v. 306. Cererem ipſam ita dictam adparet ex Heſychio [vbi vide Alberti.] Sed de his Meurſius in Graecia feriata, vbi Θεσμοφόρια. *Bergler.*

3. κατέχαιρον. Alias καταχαίρειν *malis alicuius gaudere, illudere*, quemadmodum et ἐπιχαίρειν. Sed poteſt aliter etiam vſurpari; ſiquidem et ἐπιχαίρειν, vnde ἐπιχαρῆναι apud Ariſtophanem loco paullo ante indicato, vbi Καλλιγένεια. *Bergler.* cum quo tamen confer Abreſch ad Ariſtaenet. p. 279.

8. ὡς φοβούμενος αὐτὴν ἐπαινεῖν. Quasi dixisset: *Integer laudo, fuge suspicari*, vt Horatius. Magnum indicium, quanti Glyceram fecerit Menander. Contra, vbi amor minus firmus, ad talia deuenitur:

Vbi nominabit Phaedriam, tu Pamphilam
Continuo: si quando illa dicet, Phaedriam
Intromittamus comissatum, tu Pamphilam
Cantatum prouocemus: si laudabit haec
Illius formam, tu huius contra: denique
Par pari referto, quod eam mordeat.

vt in Eunucho Terentii Act. III. Sc. 1. v. 50. ff. *Bergler.*

9. θερμότερόν σε κατεφίλησα. Heliodorus Lib. I. p. 79. ἡ Χαρίκλεια περιβαλοῦσα τὸν Θεαγένην καὶ μυρία φιλήσασα — ὡς ἥδιστα ἔφη δέχομαί σου τοὺς ἐπ' ἐμοὶ φόβους. Ibidem p. 35. καὶ θερμότερα ἦν τὰ φιλήματα τοῦ πρέποντος. *Bergler.* Sic Aristaenetus I, 19. πεφίληκα θερμῶς ὡς καλόν. pro quo μέγα φιλεῖν Noster supra Ep. 1.

15. γεγάνωσαι καὶ διαλάμπεις. Thomas Mag. p. 178. γεγανωμένα πρόσωπα, τὰ χάριτος γέμοντα. γανοῦμαι τὸ ἡδονῆς καὶ χάριτος πληροῦμαι. Virgilius Aen. I, 595.

— lumenque iuuentae
Purpureum, et laetos oculis adflarat honores.

*Bergler.* v. inprimis Schneiderum ad Anacreontis Od. VIII. v. 3. p. 308.

18. μείζονι τῇ φωνῇ ῥθεγξαμένη. Plato in Amatoribus non longe ab initio: αἰνιττόμενος εἰς τὸν ἀντεραστὴν, καὶ λέγων μέγα τῇ φωνῇ, ἵν' αὐτοῦ κατακούοι τὰ παιδικά. *riualem subindicans, et magna voce loquens, vt amasius suus audiret. Bergler.*

22. βασιλικῇ σφραγίδι. Fl. Iosephus: ὑπὸ βασιλικοῦ σημαντῆρος ἠσφαλισμένας ἐπιστολάς. *Bergler.*

23. χαίροις οὖν ἀπολειπομένη ἔφρασαν. Simile quid finxit Libanius circa epistolam quamdam Basilii, sed profecto coacte admodum, et ita, vt imitatio se facile prodat: totus locus cum superioribus etiam congruit, quem hic adscribam, vt adpareat, quam et arcessita et frigida et ἀπίθανα illa sint: ἀλλ' ὅ, τι ἐγένετο περὶ τὴν ἐπιστολήν σου τὴν καλὴν, οὐ καλὸν σιωπῆσαι. παρεκάθηντό μοι τῶν ἐν ἀρχῇ γεγενημένων ἄλλοι τε οὐκ ὀλίγοι, καὶ — Ἀλύπιος. — ὡς οὖν ἔδοσαν οἱ φέροντες τὴν ἐπιστολὴν, σιγῇ διὰ πάσης ἐλθὼν, Νενικήμεθα, ἔφην, μειδιῶν τε ἅμα καὶ χαίρων. καὶ τίνα σὺ νενίκησαι νίκην; ἤροντο. καὶ πῶς οὐκ ἀλγεῖς νενικημένος; ἐν κάλλει μὲν ἔφην ἐπιστολῶν νενίκημαι, Βασίλειος δὲ κεκράτηκε· φίλος δὲ ἀνὴρ, καὶ διὰ τοῦτο εὐφραίνομαι. Quis hoc illi credat? quem inuidisse Basilio dotes illas facilius credas? *Bergler.*

25. οὐδ' εἰ βοῦς μοι φθέγξαιτο. Meminit ex Alciphrone Erasmus Chil. III. Cent. I. Adag. 46. *ne si bos quidem vocem edat. Bergler.*

29. μετὰ πάντων τῶν ἀγαθῶν. Andocides de reditu: ἀλλοθι γὰρ ὢν, πάντα τὰ ἀγαθὰ ἔχειν, στερόμενος τῆς πατρίδος, οὐκ ἂν δεξαίμην. *Si alibi sim, omnia bona habere, patria carens, nolim. Bergler.*

32. δι' ὑπονοιῶν. Hoc loco non *suspiciones*, vti Bergler vertit, locum habent, sed significatio ea, quam Timaeus attulit: οὐκ ἐν ὑπονοίᾳ. οὐκ ἐν αἰνιγμῷ, οὐκ ἐν ἀλληγορίᾳ. Vide ibi Cel. Ruhnkenium p. 200. f. ed. secundae, qui nec Alciphronis nostri fuit immemor. Est igitur h. l. *subobscure, per ambages.*

33. διατωθάζειν. Plato in Hippia mai. (T. XI. Bip. p. 23.) καὶ μὲν δὴ ταύτην γε τὴν ἀπόκρισιν, ὦ ἄριστε, οὐ μόνον οὐκ ἀποδέξεται, ἀλλὰ πάνυ με καὶ τωθάσεται, καὶ ἐρεῖ· ὦ τετυφωμένε. *atqui hanc responsionem non modo non admittet, sed omnino etiam me irridebit, dicetque: o fatue.* Idem [vel potius Aeschines Socraticus] in Axiocho circa initium: ἀνιαρῶς φέρει τὴν τελευτήν. καίτοιγε τὸν πρόσθεν χρόνον διαχλευάζων τοὺς μορμολυτ-

τομένους τὸν θάνατον, καὶ πρᾴως ἐπιτωθάζων. *aegre fert obitum, quamuis prius derideret eos, qui terribilem reddunt mortem, et comiter illuderet.* Athenaeus Lib. IV. p. 182. τὸ δὲ Πλάτωνος (συμπόσιον) πλῆρές ἐστι μυκτηριστῶν καὶ τωθαζόντων. *Platonis conuiuium plenum est subsannatoribus et cauillantibus. Bergler.* — Hesychius: Τωθάζει. χλευάζει, μετὰ κενοδοξίας σκώπτει, κατακαυχᾶται, λοιδορεῖ, κακολογεῖ. Timaei Lex. Platon. Τωθάζων. χλευάζων, σκώπτων, διασύρων, vbi vide Ruhnkenium p. 261. ed. sec. et si otium est, Spanhemium ad Iuliani Caesares p. 431. De compositis διὰ — ἐπὶ — κατατωθάζειν. v. Cel. Fischerum in Indice Aeschinis, et Piersonum ad Moerin p. 366. qui plura etiam exempla attulit.

37. τί Ἀθῆναι χωρὶς Μενάνδρου; τί δὲ Μένανδρος χωρὶς Γλυκέρας; Egregie vero! laudes praedicat Menandri, qui Athenis omnia sit — at quantum pretium mihi statuendum est, sine qua idem vir, quo Athenae carere non possunt, viuere non potest! Quod placeat, meum est: ego enim ea sum, quae aptissimas cuique dramati personas, vestesque ei deligam etc. Leisnerus in Prolus. de Herodiano, p. XXXVI. edit. Irmisci comparat vocem Pompeiani Herod. I, 6. 14. ἐκεῖ τε Ῥώμη, ὅπου βασιλεύς. nec inter alia similia Nostri oblitus est.

39. τὰ προσωπεῖα παρασκευάζω, καὶ τὰς ἐσθῆτας ἐνδύω. Eruditiss. Boettigerus Prolus. altera, qua, quid sit docere fabulam e monumentis antiquae artis docet, p. 6. e *picturis Herculanensibus* Tom. IV. laudat Tabulam 39. cuius argumentum ipsius Boettigeri verbis describere praestat: „Adsidet ibi in solio veste stragula conchyliata exornato „poeta, vultu meditabundo, manu sinistra ad mentum sublata, „qui gestus esse solet deliberantium et rem mature ponderan„tium. — E regione sedet mulier personam senis comici, „aut paedagogi tragici gremio sustinens, volumen exigui „moduli dextra protendens, sinistro pede scabillum concre„pans. Quam quidem mulierem operam suam locare poetae

„fabulam cum maxime docenti adparet ex alia figura mulier„culae inter vtrumque adſtantis et effigiem armariolo inclu„ſam, qua hiſtrionis imago expreſſa videtur, oſtendentis. Haec „quo diutius contemplor, eo penitius mihi perſuadeo, in„dicari hac tabella poetae dramatici tum in modis chori con„ſtituendis, cui inſeruit mulier ſcabillo (κρουπεζίῳ) men„ſuram ſeu numeros ſuppeditans, tum in choragio, *perſonis „ſcilicet et veſtimentis, exornando elaborantis*, quorſum re„ferenda eſt perſona ſeu larua in gremio mulieris compoſita, „et effigies actoris, quam oſtentat tabella armariolo incluſa. — „Nec valde repugnem, ſi quis amicam poetae in muliere con„tra adſidente ſibi deprehendere videatur. Mihi quidem, quo„tiescumque in hanc imaginem picturae Herculanenſis incidi, „ſemper ſubiit *Glycera*, quam *Menandro* in deliciis fuiſſe „nouimus. Legitur illius epiſtola in iis, quae *Alciphronis* „nomine circumferuntur. Venditat ibi Glycera officia ſua „et poetae amato ſaepenumero ſeſe in adparatu ſcenico ornando „opellam contuliſſe lepidiſſime exponit: τί Μένανδρος χωρὶς „Γλυκέρας; ἥτις αὐτῷ καὶ τὰ προσωπεῖα παρασκευάζω, „καὶ τὰς ἐσθῆτας ἐνδύω.“

40. τοὺς δακτύλους ἐμαυτῆς πιέζουσα. Occurrit δακτύλου πιάσματι in Eubuli fragmento apud Athenaeum Lib. III. p. 108. vbi vertitur *adpreſſu digiti*. Sed hoc parum [immo vero nihil W.] huc facit. Notum eſt prouerbium, *Pollicem premere*, quo *adprobatio* ſignificatur, de quo Eraſmus in Chiliadibus. *Bergler.*

41. κροταλίσῃ. Citant ad hoc verbum Alciphronem Budaeus et H. Stephanus. Hippolochus in Epiſtola apud Athenaeum Lib. IV. p. 129. ἐφ' οἷς ἡσθέντες ἀνεκροταλίσαμεν τὸν νυμφίον, *quibus delectati plauſum dedimus ſponſo*. Geſtum plaudentis deſcribit Ariſtaenetus Lib. I. Ep. 10. ἕτερος δὲ τοῖς ᾄσμασιν ἐπεκρότει, καὶ ἡ δεξιὰ τοῖς δακτύλοις ὑπεσταλμένοις ὑποκειμένην τὴν ἀριστερὰν ἔπληττεν εἰς τὸ κοῖλον, *aliis autem cantilenis adplaudebat, digitis compoſitis ſubiectam laeuam percutiebat in*

*cauitatem.* Horatius Epp. II, 1. 205. *concurrit dextera laeuae.* *Bergler.*

43. σὲ τὴν ἱερὰν τῶν δραμάτων ἐκείνην κεφαλήν. Phalaris Ep. 76. (19. Lennep.) ad Steſichorum: καί σου τὴν ἱερὰν καὶ ὑμνοπόλον κεφαλὴν ἡ μουσῶν συγγένεια κοσμήσειεν. *atque ſacrum tuum hymnisque foecundum caput Muſae ſorores ornent.* Plato in Phaedro (T. X. Bip. p. 295.) συνεβάκχευσα μετὰ σοῦ τῆς θείας κεφαλῆς. [ad hunc Platonis locum vide Cl. Lenzium in Actis Societ. liter. Traiect. Vol. II p. 308.] Syneſius Ep. 56. ἀδικεῖς με ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλή. Multa talia apud illum. Athenaeus Lib. II. p. 66. ὅτι δ' ἱερὸν ἐνόμιζον τὴν κεφαλήν, δῆλον etc. Contra ὦ κακὴ κεφαλὴ σύ, Demoſthenes de falſ. Leg. et ὦ μιαρὰ κεφαλὴ σὺ in Midiana, et Ariſtoph. in Acharn. v. 284. σὲ — ὦ μιαρὰ κεφαλή. Demoſthenes in Midiana: ταῦτ' ἔλεγεν ἡ μιαρὰ καὶ ἀναιδὴς αὕτη κεφαλή. *Bergler*, cuius exempla auget Lennepius ad Phalar. p. 98. loco Plutarchi Sympoſ. VI. p. 692. D. ὥσπερ ψυχὴν καὶ κεφαλὴν τὸν ἄνθρωπον εἰώθαμεν ἀπὸ τῶν κυριοτάτων ὑποκορίζεσθαι.

44. ἐναγκαλίζομαι. Citat Alciphronem ad hoc verbum Henr. Stephanus in Ind. Theſ. ex Budaeo. *Bergler.*

50. πάντα μετέωρα νῦν βουλόμενα ἰδεῖν Μένανδρον. Similiter in re ſimili Lucianus in Demoſthenis Encomio §. 28. (T. IX. Bip. p. 156.) καὶ δὴ καὶ μετέωρος ὁ Ἀντίπατρος ἐπὶ ταύτης ἦν τῆς ἐλπίδος τὸν Δημοσθένην ἀεὶ προσδοκῶν, *atque ſane Antipater in eam ſpem erigebatur* etc. Idem in Ioue Tragoedo (T. VI. Bip. p. 227.) καὶ νῦν μετέωροι πάντες εἰσὶ πρὸς τὴν ἀκρόασιν, quod in Icaromenippo §. 3. (T. VII. Bip. p. 6.) ſic: ἐγώ σοι μετέωρός εἰμι ὑπὸ τῶν λόγων, καὶ πρὸς τὸ τέλος ἤδη κέχηνα τῆς ἀκροάσεως. Per verbum inde deductum Poſidonius apud Athenaeum Lib. V. p. 212. ἐμετεώριζε τοὺς Ἀθηναίους δι' ἐπιστολῶν. Verbo ſynonymo Demoſthenes de falſa Leg. ἀναρτώμενος ἐλπίσιν ἐξ ἐλπίδων καὶ ὑποσχέσεων. Alio, Aeſchines contra Cteſiphontem: ἀνακρεμάσας ἀπὸ τῶν

ἐλπίδων. Alio, Isocrates de pace: ἐξηρτήμεθα τῶν ἐλπίδων. *Bergler.* cf. Doruilium ad Charitonem p. 407.

51. φιλαργύρων καὶ ἐρώντων — θεραπόντων. Materia Comoediae nouae, vt ex Plauto etiam et Terentio videre est. *Bergler.*

56. τὸν πάντη διὰ τὸ κλέος αὐτοῦ Μένανδρον. Synesius Ep. 150. ἀνδρὸς ἀπανταχοῦ διαβάντος μετὰ δόξης. Plutarchus initio Romuli: τὸ μέγα τῆς Ῥώμης ὄνομα, καὶ δόξη διὰ πάντων ἀνθρώπων κεχωρηκός. *Bergler.*

57. καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν. Demosthenes I. in Stephanum: μεθ' ἡμέραν εἰ σὺ σώφρων, τὴν δὲ νύκτα ἐφ' οἷς θάνατος ἡ ζημία, ποιεῖς. Idem contra Timocratem: εἰ μέν τις μεθ' ἡμέραν ὑπὲρ πεντήκοντα δραχμὰς κλέπτοι, ἀπαγωγὴν πρὸς τοὺς Ἕνδεκα εἶναι· εἰ δέ τις νύκτωρ ὁποῦν κλέπτοι, ἐξεῖναι ἀποκτεῖναι. Est autem Atticum μεθ' ἡμέραν. Aristophanes in Pluto v. 931. οἴμοι τάλας, ἀποδύομαι μεθ' ἡμέραν. *Heu miser, vestibus spolior interdiu!* vbi Scholiastes: μεθ' ἡμέραν, ἀντὶ τοῦ, ἐν ἡμέρᾳ. Ἀττικὸν τὸ σχῆμα. μεθ' ἡμέραν γάρ φασιν, οὐκ ἐν ἡμέρᾳ. *Bergler.* cf. et Hemsterhus. ad Aristoph. Plutum p. 327. Μεθ' ἡμέραΣ post Doruilium ad Charit. p. 409. et 451. defendit Wernsdorfius ad Himerium p. 82. apud quem bis occurrit. Quod vero iidem prouocant ad Polybium Lib. X. c. 5. in eo falsi sunt, saltem Cel. Schweighaeuser ibi habet μεθ' ἡμέραN, nec aliter tribus aliis locis. v. Indicem Polyb.

58. οὐ μὴν ἀλλ' εἴγε. *Nihilominus tamen — Interim tamen. — Verum tamen.* Demosthenes Olynth. II. οὐ μὴν ἀλλ' ἔγωγε, εἴ τις αἵρεσίν μοι δοίη, τὴν τῆς ἡμετέρας πόλεως τύχην ἂν ἑλοίμην. Idem Exord. 38. ἴσως μὲν εἰδότας, οὐ μὴν ἀλλ' εἰ τυγχάνοιτε ἀγνοοῦντες, διδάξω. et alibi. *Bergler.*

60. Αἰγύπτου, χρήματος μεγάλου. *Admirantis.* De μέγα χρῆμα ad Aristophanem. [Promissis stetit ad Nubes v. 2.] Sic μέγα πρᾶγμα Demosthenes contra Lacritum, non longe a principio: οὗτοσὶ δὲ Λάκριτος Φασι-

λίτης, μέγα πρᾶγμα, Ἰσοκράτους μαθητής. Sic et μέγα ἔργον. Homerus Il. XX. v. 285. ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ Αἰνείας, μέγα ἔργον, ὃ οὐ δύο ἄνδρε φέροιεν. Quod ad rem ipsam attinet, notum, nihil admirabilius olim fuisse Aegypto, cui rei Herodoti totus liber secundus impenditur. Graecorum curiositas Aegyptiacis narrationibus semper inhiabat. Heliodorus Lib. II. p. 149. Αἰγύπτιον γὰρ ἄκουσμα καὶ διήγημα πᾶν, Ἑλληνικῆς ἀκοῆς ἐπαγωγότατον. *Omnis enim Aegyptiaca narratio Graecorum aures maxime adlicit. Bergler.*

62. περιηχούντων ἀγαλμάτων. Sine dubio Memnonis statuam vocalem intelligit, de qua indicauit auctores Scaliger ad Eusebii Chronicon p. 36. Philostratum, Dionysium Periegetam, Pausaniam in Atticis, Strabonem VII. Plinium XXXVI. Lucianum, Tzetzen, Corn. Tacitum. Sed Noster aliter quam ceteri, quasi de pluribus statuis, et pluribus cuiusuis vocibus, verbo περιηχεῖν significante *undique sonare, circumsonare. Bergler.* cuius alium e Plutarcho citatum locum omisi consulto, quod de statua illa vocali non agat.

62. τοῦ περιβοήτου λαβυρίνθου. Nemo magis hic audiendus quam Herodotus, curiosissimus artis et naturae speculator praecoque μεγαλοφωνότατος, qui condigne pro rei maiestate locutus de hoc Labyrintho est Lib. II. Segm. 148. vbi de duodecim Regibus: δόξαν δέ σφι ἐποιήσαντο λαβύρινθον — τὸν, ἐγὼ ἤδη ἰδὼν λόγου μέζω. εἰ γάρ τις τὰ ἐξ Ἑλλήνων τείχεά τε καὶ ἔργων ἀποδέξιν συλλογίσαιτο, ἐλάσσονος πόνου τε ἂν καὶ δαπάνης φανείη ἐόντα τοῦ λαβυρίνθου τούτου· καὶ τοι ἀξιόλογός γε καὶ ὁ ἐν Ἐφέσῳ ἐστὶ νηὸς, καὶ ὁ ἐν Σάμῳ. ἦσαν μὲν νῦν καὶ αἱ πυραμίδες λόγου μέζονες, καὶ πολλῶν ἑκάστη αὐτέων Ἑλληνικῶν ἔργων καὶ μεγίστων ἀνταξίη· ὁ δὲ δὴ λαβύρινθος καὶ τὰς πυραμίδας ὑπερβάλλει. Deinde, cum ex parte descripsisset, sibique inferiora et subterranea perlustrare non licuisse indicasset, subiungit: τὰ δὲ ἄνω μέζονα ἀνθρωπηίων ἔργων αὐτοὶ ὁρέομεν. *Bergler.*

66. τοὺς μεδίμνους ἀριθμοῦντες, οὓς ὁ Βασιλεὺς αὐτοῖς πέμψει. Sicut ante Ptolemaeum Pſammetichus Athenienſibus miſerat, teſte Philochoro, aliquot μυριάδας μεδίμνων tritici. *Bergler.*

69. Διὶ οὐρίῳ. Memoratur templum Διὸς οὐρίου in oſtio Ponti ab Arriano in Periplo Ponti Euxini, et Marciano Heracleota. [De Ioue Vrio vide inprimis Graeuium ad Cicer. Verrinam IV, 51. et quos laudat Cel. Wolfius ad Demoſthenis Leptineam p. 259.] Idem autem valet οὐρίου ac εὐανέμου, memoratque Pauſanias Διὸς ἱερὸν εὐανέμου in Laconicis c. 13. Huc etiam pertinet ἴκμενος, quod apud Homerum eſt epitheton vocis οὖρος quae *ventum ſecundum* denotat, et ipſius etiam Iouis. Euſtathius p. 964. lin. 33. ἴκμενος οὖρος, καὶ Ζεύς φασιν ἴκμενος. [Πομπαῖος οὖρος eſt apud Pindarum Pyth. I. v. 67. οὔριον καὶ ἐπίφορον πνεῦμα ap. Lucian. Hermot. §. 29. T. IV. p. 38. οὐριοδρομοῦσα ναῦς ap. Heliod. V. p. 294.] Ab οὖρος eſt οὔριος πλοῦς, quando ventis nauigatur, qui et πρῶτος πλοῦς, nam in remorum vſu δεύτερος, vnde Menander in Thraſyleonte:

Ὁ δεύτερος πλοῦς ἐστι δήπου λεγόμενος
Ἂν ἀποτύχῃ τις οὐρίου, κώπαισι πλεῖν.

*Altera nauigatio eſt nimirum quae dicitur, ſi non potiatur quis nauigatione ventis peragenda, remis nauigare.* Ita autem lego nunc in poſteriore illo verſu. [Clericus: ἂν νηὸς ἀποτύχῃ τις, ἐν κώπαισι πλεῖν.] *Bergler*, cuius tamen emendatio non tam ipſi, quam Euſtathio debetur. v. Doruilium ad Charit. p. 370. Κατ' οὖρον φέρεσθαι eſt apud Phalaridem Ep. 17. p. 86. *de ſecunda fortuna*, cui ſimilem locum non offendiſſe ibi dicit Lennepius.

76. οὐ Διόνυσον. Quaſi Ariadne Baccho vlla in re inſtar ducis fuerit. Nimirum confundit hiſtoriam. Mulieri hoc ignoſcitur. *Bergler.*

77. Διονύσου θεράποντα καὶ προφήτην. Ariſtophanes in Auibus v. 914. πάντες ἐσμὲν οἱ διδάσκαλοι

Μουσάων θεράποντες, vbi quaedam adnoto. *Bergler.* [Sed nihil, nisi adscripsit Scholiasten, qui, quum Aristophanes prouocasset ad Homerum, ex Margite, quod carmen Homeri fuisse dicitur, desumtum esse narrat. Plura vide apud Cel. Beckium ad Aristophanis locum, et quos ibi laudat.] — προφήτην. Plato II. de Rep. ad Musaeum et Orpheum praecipue respiciens: οἱ θεῶν παῖδες καὶ ποιηταὶ, καὶ προφῆται τῶν θεῶν γενόμενοι. Eo sensu Epimenidem ab Apostolo (Tit. I, 12.) prophetam dictum puto. *Bergler.*

77. οὐδὲ ἐν Νάξῳ — ἀπολειφθήσομαι. Vtitur hoc exemplo et apud Aristaenetum Lib. II. Ep. 13. puella ab amatore deserta: πρὸς ἐμαυτὴν ἐβόων τοῦτο· οὐκ ἔστι Φιλωνίδης ἀλλὰ Θησεύς. κοιμωμένην καταλιπὼν ᾤχου. Ἀριάδνην με πᾶσαι καλοῦσι· σὺ δὲ Θησεὺς ἐμοὶ καὶ Διόνυσος. Et apud Theocritum Pharmaceutria (Idyll. II. v. 45.) quae amasio suo obliuionem alterius amoris imprecatur

Τόσσον ἔχοι λάθας, ὅσσον πόκα Θασέα φαντὶ
Ἐν Δίᾳ λασθῆμεν ἐϋπλοκάμου Ἀριάδνας

*Tanta eam capiat obliuio, quantum olim Theseа aiunt in Dia oblitum esse pulcricomae Ariadnes.* Vbi, si et hoc addendum est, Scholiastes: Θησεὺς γὰρ ἁρπάσας Ἀριάδνην τὴν Μίνωος, καὶ ἀπάρας εἰς Δίαν, τὴν νῦν καλουμένην Νάξον, κατὰ Διονύσου βούλησιν, λήθῃ τινὶ χρησάμενος, ἀπέλιπεν αὐτὴν καθεύδουσαν. *Bergler.*

78. τὰς σὰς ἀπιστίας κλαίουσα. Vt in Ouidiana epistola facit Ariadne ad Theseum. (Heroid. X.)

Mitius inueni, quam te, genus omne ferarum:
Credita non vlli, quam tibi, peius eram.
Quae legis, ex illo, Theseu, tibi littore mitto,
Vnde tuam sine me vela tulere ratem.

*Bergler.*

79. ποτνιωμένη. Hesychius: Ποτνιᾶται. ἐπικαλεῖται, δυσωπεῖ, παρακαλεῖ. Timaeus: Ποτνιώμενος. ἐπι-

καλεῖτο σὺν λύπῃ, vbi praestantiss. Ruhnkenius p. 221. adlatis exemplis disputat contra Helladium qui Chrestomath. p. 18. de *mulieribus* tantum vsurpari existimauerat. cf. etiam Abresch ad Aristaenet. II, 10. p. 245.

81. ἀμπλακήματα. Vox tragici styli, rei conueniens, quae est tragica. Lucianus in Hermotimo §. 47. (T. IV. Bip. p. 63.) τὸ τοῦ Θησέως ἐκεῖνο μιμησόμεθα, καί τι λῖνον παρὰ τῆς τραγικῆς Ἀριάδνης λαβόντες εἴσιμεν εἰς τὸν Λαβύρινθον. *Bergler.* — Plato, qui omnino poetica amat, in Phaedro (T. X. Bip. p. 313.) habet ἀμπλακιῶν. Καί πως ἐδυσωπούμην, κατ' Ἴβυκον, μή τι παρὰ θεοῖς ἀμπλακιὼν, τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψω, ad quem locum vide Intt. ad Moerin v. δυσωπεῖσθαι et Ruhnkenium ad Timaeum p. 90. et ad Xen. Memorab. p. 222. — Ipsa vox ἀμπλάκημα est apud Aeschylum Prometh. 112. 386. Eumen. 937. Suppl. 238. Euripidem Phoeniss. 23.

86. τὸ καθάπαξ, omnino. Sine articulo est infra Lib. III. Ep. 34. et apud Aristaenetum Lib. I. Ep. 10. prope finem. W.

88. κατατιθέμενον. Locus similis Lib. III. Ep. 55. vbi tamen pro κατατιθέμενος est ὁριζόμενος. Alias etiam μετρεῖν. v. Leisner ad Herodiani I, 6. p. 185. ed. Irmisc. W.

88. ἀλλ' οἱ συγγενεῖς, ἀλλ' ἡ πατρὶς etc. Similiter, sed in contrariam sententiam disserens Epictetus in Manuali c. 26. vbi obiectiunculas format contra se et Sapientem suum: ἀλλά σοι οἱ φίλοι ἀβοήθητοι ἔσονται. Mox: ἀλλ' ἡ πατρὶς, φησὶν, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ ἀβοήθητος ἔσται, quas diluere conatur. Multo sanior Platonis sententia in epistola ad Archytam (T. XI. Bip. 165.) ἀλλὰ κἀκεῖνο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν· ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν, τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι. Breviter Cicero II. de Finibus: *Vt ad Archytam scripsit Plato, Non sibi se soli natum meminerit, sed Patriae, sed suis.* Haec vera est philosophia, ad quam Aristoteles dux certissi-

mus; Stoica illa in plerisque ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιος. *Bergler.*

92. οὔτε μικροῦ οὔτε μεγάλου. Hoc quasi proverbiale est, saepissime occurrens. Andocides de Myst. οὐδὲ ἔστι μοι ἁμάρτημα περὶ τὸ θεῖον, οὔτε μεῖζον οὔτε ἔλαττον οὐδὲ ἕν. *Non est vllum meum peccatum circa Deas, nec minus, nec maius, nec vllum.* Basilius Ep. μηδὲ γὰρ ἔστω μηδεὶς, ὃς μικρὸν ἢ μεῖζον εἰς τὴν σὴν ἀρετὴν ἁμαρτήσας τὴν τιμωρίαν ἐκφύγοι. Lucianus Dial. Meretr. 12. (T. VIII. Bip. p. 251.) τί σε ἢ μέγα ἢ μικρὸν ἠδίκησα, ἢ λελύπηκα ἐγώ; Herodotus Lib. V. Segm. 106. βασιλεῦ, κοῖον ἐφθέγξαο ἔπος, ἐμὲ βουλεῦσαι πρῆγμα, ἐκ τοῦ σοὶ ἢ μέγα ἢ σμικρὸν ἔμελλε λυπηρὸν ἀνασχήσειν, vbi Valla: *Quodnam, Rex, protulisti verbum? mene consulere rem, quae tibi sit quidpiam siue multum siue parum molestiae adlatura?* Demosthenes in Midiam: παρηκολούθησε παρ' ὅλην τὴν λειτουργίαν ἐπηρεάζων ἐμοὶ συνεχῶς καὶ μικρὰ καὶ μείζω. *Secutus est per totam administrationem me adsidue vexans omnibus modis.* Idem in Apaturium: ἐμοὶ μὲν οὔτε μεῖζον οὔτε ἔλαττον πρὸς αὐτὸν συμβόλαιον γέγονεν (*negotium cum eo fuit.*) Idem alibi aliquoties, vt et Plato. Ex abundanti autem poni adparet: Demosthenes eamdem sententiam enuntians illa omittit contra Euergum: ἐμοὶ γὰρ πρὸς Θεόφημον συμβόλαιον μὲν οὐδὲν πώποτε πρότερον ἐν τῷ βίῳ ἐγένετο. Isocrates παραγραφικῶ idem illud sic: πρὸς ὃν οὐδεπώποτε συμβόλαιόν μοι ἐγένετο. *Bergler.* Phalaris Ep. 15. p. 80. ἀντὶ ποίας ἀδικίας, μείζονος ἢ ἐλάττονος;

100. λύσεις δὲ τὴν γνώμην. confer Reitzium ad Luciani bis accusatum T. VII. Bip. p. 411.

103. τοὺς Ἀττικοὺς σφῆκας. In Aristophanis Vespis Choreutae, siue ii, ex quibus chorus constat, (qui plerumque statum publicum repraesentant,) sunt efformati in speciem vesparum siue crabronum; cuius rei rationem reddit v. 1066. ff. quia nimirum Athenienses irritati sint pugnacissimi: vt in Marathone ostenderint, cum Persae eorum ciuitatem

quasi vesparium aliquod turbarent, quos vicerant miranda victoria, vbi epiphonema v. 1084.

Ὥστε παρὰ τοῖς βαρβάροισι πανταχοῦ καὶ νῦν ἔτι
Μηδὲν Ἀττικοῦ καλεῖσθαι σφηκὸς ἀνδρικώτερον.

*Ita apud barbaros vbique nunc etiam nihil Attico crabrone dicatur fortius*, deinde inferius v. 1097. *ex alio principio:*

Πολλαχοῦ σκοποῦντες ἡμᾶς, εἰς ἅπανθ' εὑρήσετε
Τοὺς τρόπους καὶ τὴν δίαιταν σφηξὶν ἐμφερεστάτους.
Πρῶτον μὲν γὰρ οὐδὲν ἡμῶν ζῶον ἠρεθισμένον
Μᾶλλον ὀξύθυμόν ἐστιν, οὐδὲ δυσκολώτερον·
Εἶτα τἄλλ' ὅμοια πάντα σφηξὶ μηχανώμεθα.

*Vtcumque nos contemplemini, per omnia inuenietis nos moribus et victu vespis simillimos. Primo enim nullum animal irritatum nobis est iracundius, neque molestius: deinde cetera omnia aeque ac vespae machinantur*, vbi porro etiam lepidissime ostendit in acquirendi studio et modo conuenientiam. Sed ex versionibus eius illepidis, quales plerarumque sunt comoediarum, hoc nemo sentire potest. *Bergler.*

104. περιβομβεῖν. Lucianus in his accusato §. 13. (T. VII. Bip. p. 65.) itidem de Athenienſibus: ἀθρόοι γοῦν ὡς ὁρᾷς προσίασιν θορυβοῦντες ὥσπερ οἱ σφῆκες περιβομβοῦντες τὴν ἄκραν. *conferti namque, vt vides, accedunt tumultuantes, tamquam vespae circumstrepentes arcem. Bergler.* cf. etiam Reitzium ad Luciani l. l. p. 409.

104. αὐτὸν ἀφῃρημένης. Demosthenes de falsa Legat. ὑμεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν αὐτὴν εἰρήνην ἑωρακότες τὰ μὲν τῶν συμμάχων τῶν ὑμετέρων τείχη καθῃρηκυῖαν, τὰς δὲ τῶν πρέσβεων οἰκίας οἰκοδομουῦσαν· καὶ τὰ μὲν τῆς πόλεως κτήματα ἀφῃρημένην, τούτοις δ' ἃ μηδὲ ὄναρ ἤλπισαν πώποτε κτησαμένην. οὐκ αὐτοὶ τούτους ἀπεκτείνατε, ἀλλὰ κατηγόρου προσδεῖσθε. *Sed vos Athenienses cum videritis eandem pacem, sociorum qui-*

*dem veſtrorum moenia diruiſſe, legatorum vero aedes exſtruxiſſe: et reipublicae quidem poſſeſſiones eripuiſſe, iſti autem ea, quae nec per ſomnum vnquam ſperarunt, contuliſſe; ipſimet tales non occidiſtis, ſed accuſatore adhuc indigetis. Bergler.*

109. Θεοφράστου. Theophraſtus fuit praeceptor Menandri. Pamphila apud Diogenem Laertium Lib. V. Segm. 36. *Bergler.*

114. πάτριος ἡμῶν ἐστιν ὁ θεός. Apollo fuit ab Athenienſibus peculariter ſub hoc nomine cultus, tamquam generis auctor, quatenus Ion, a quo Athenienſes Iones olim dicti, Apollinis ex Creuſa filius credebatur, de qua re exſtat Euripidis tragoedia Ion. Hanc rationem cognominis reddit Plato in Euthydemo (T. III. Bip. p. 69.) et Scholiaſtes Ariſtophanis ad Nubes v. 1470. quae loca iam adnotauit Meurſius in Athenis Atticis Lib. II. c. 12. Vide et Schol. Ariſtophanis ad Aues v. 1526. Alia etiam ei rei apta epitheta cum illo iunguntur: Diodorus Siculus Lib. XVI. p. 454. Ἀθηναῖοι εὐχόμενοι τὸν Ἀπόλλωνα πατρῷον αὐτῶν εἶναι καὶ πρόγονον. Plutarchus in Demetrio p. 908. de Apolline Athenis colendo loquens: ὃς δὴ πατρῷός ἐστι, καὶ λέγεται τοῦ γένους ἀρχηγός. Πάτριος autem dicitur apud Platonem IV. de Rep. (Bip. T. VI. p. 342.) vbi dicit leges de rebus diuinis et ſacris nonniſi ab Apolline Delphico petendas eſſe, quia homines talia ignorent: τὰ γὰρ τοιαῦτα οὔτ' ἐπιστάμεθα ἡμεῖς, οἰκίζοντές τε πόλιν οὐδενὶ ἄλλῳ πεισόμεθα, ἐὰν νοῦν ἔχωμεν, οὐδὲ χρησόμεθα ἐξηγητῇ, ἀλλ' ἢ τῷ πατρίῳ. οὗτος γὰρ δήπου ὁ θεὸς περὶ τὰ τοιαῦτα πᾶσιν ἀνθρώποις πάτριος ἐξηγητής, ἐν μέσῳ τῆς γῆς ἐπὶ τοῦ ὀμφαλοῦ καθήμενος ἐξηγεῖται. *Talia enim neque ſcimus nos: et in condenda ciuitate nulli alii morem geremus, ſi ſapimus, neque vtemur iuterprete niſi Patrio; iſte enim Deus circa talia omnibus hominibus Patrius interpres in meditullio terrae ſuper vmbilico ſedens reſponſa dat.* Seruius ad Aeneidos III. v. 332. vbi de Oreſte Pyrrhum in templo Delphico occidente, *patrias ob-*

*truncat ad aras*, adnotat: *Alii* (dicunt) in templo Apollinis aram fuisse inscriptam Πατρίου Ἀπόλλωνος. Adparet autem, πάτριον dictum fuisse Apollinem etiam sine respectu ad Athenienses: quemadmodum et πατρῷος dicitur apud Plutarchum de Pythiae oraculis p. 402. ἔτι δὲ μᾶλλον (ἐπαινῶ) Ἐρετριεῖς καὶ Μάγνητας, ἀνθρώπων ἀπαρχαῖς δωρησαμένους τὸν Θεὸν, ὡς καρπῶν δοτῆρα καὶ Γενέσιον, καὶ Πατρῷον καὶ Φιλάνθρωπον. *Bergler.*

118. γαστρομαντεύεσθαι. Tamquam quae Pythonem habeat, de qua re vide ad Aristophanis Vespas v. 1014. vbi de Eurycle. [de quo Hesychius: Εὐρυκλῆς ὁ γαστρίμυθος· ἦν δὲ γένος μάντεων, οὓς ὁμωνύμως Εὐρυκλεῖς ἔλεγον. cf. etiam van Dalen de origine ac progressu idolatriae etc. p. 648.] De diuinationum generibus abunde iam egerunt Viri eruditi. Meminit Alciphronis H. Stephanus in Thesauro ad hoc verbum. *Bergler.*

119. τῇ τῶν σπαρτῶν διατάσει. Videtur ῥαβδομαντίαν intelligere, de qua Herodotus Lib. IV. Segm. 67. *Bergler.* Herodoti locum vide in Adnotatione critica.

124. λιβανωτὸν ἀῤῥένα. Notum illud Virgilii in Pharmaceutria (Ecl. VIII.) v. 65. *Verbenasque adole pingues et mascula thura.* (i. e. optima et praestantissima.) vbi vide Interpretes. *Bergler.*

124. στύρακα. Strabo Lib. XII. p. 856. de styrace et eius gummi loquens: ᾧ πλείστῳ χρῶνται θυμιάματι οἱ δεισιδαίμονες. Thomas Magister h. v. στύραξ (θηλυκῶς) μὲν θυμίαμά τι. Λιβάνιος ἐν τῷ περὶ τῆς ἑαυτοῦ τύχης· στύρακος ὀσμῇ θεραπεύσας τὸν Θεόν. *Bergler.* Quod vncinulis inclusi, θηλυκῶς, ex melioribus Codicibus nouissimi Thomae editores reposuerunt, femininumque genus comprobat etiam Ammonius; ad quem vide Valkenarium p. 133. Rectius igitur apud Nostrum foret μακράν.

125. πέμματα σελήνης. Eustathius ad Iliad. p. 1224. lin. 26. ed. Bas. σελῆναι πέμματα ἦσαν πλατέα κυκλοτερῆ. *placentae rotundae et planae.* *Bergler.* — Hesychius: Σελήνας πόπανον, τῷ ἄστρῳ ὅμοιον πέμμα τι.

Photii Lex. Ms. Σελήνας. Ἴσιδος, τῆς λαμπηδόνος πόπανον ὅμοιον τῷ ἀστέρι, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ Σελῆνες (an Σεληνίς?) καὶ Ἐπισελήνιον, καὶ Ἀρεστήρ, καὶ Βοῦς καλεῖται. Alberti ad Hesychium. v. etiam Ruhnkenium ad Timaei vv. πέλανοι et πόπανα p. 211. et 220. ed. sec. vbi laudat inprimis Spanhemium ad Aristophanis Plutum v. 659. cui adde Toupium ad Suidam p. 36. edit. Lipsi.

137. ἱερομνήμονι. Hic tantum etymologia vocis attendenda. Peculiariter ἱερομνήμονας dictos fuisse legatos Amphictyonicos, vel eorum scribas, notum ex Lexicographis Graecis. Plutarchus in Symposiacis Lib. VIII. quaest. 8. Neptuni sacerdotes ita dictos ait. *Bergler.* v. inprimis Ruhnkenium ad Timaeum h. v.

137. πειρῶ μᾶλλον — θᾶσσον — παραγενέσθαι. Ambiguum: vel enim πειρῶ μᾶλλον, παραγενέσθαι θᾶσσον. vel πειρῶ παραγενέσθαι μᾶλλον θᾶσσον, vt μᾶλλον τάχιον περιπατεῖ, de quo supra ad Ep. 3. l. 43. *Bergler.*

138 ἐμὴ Φιλότης. Adnotauit hunc vsum huius vocis Henr. Stephanus in Thes. ex Hesychio, qui ὦ Φιλότης exponit ὦ προσφιλέστατε, et ex Luciano, Synesio atque Alciphronis isto loco. Occurrit autem sic et apud Platonem in Phaedro non longe a principio, vbi Socrates ad Phaedrum, quem amabat: δείξας γε πρῶτον, ὦ Φιλότης, τί ἄρα, ὃ ἐν τῇ ἀριστερᾷ ἔχεις ὑπὸ τῷ ἱματίῳ. Hippocrates ad Demagetum epistola priore: ἐπείγει οὖν τὸ πρῆγμα, Φιλότης, καὶ μάλα εἰς Ἄβδηρα διαπλεῦσαι πάνυ ταχέως βούλομαι. Sed est et Eustathii adnotatio de hac voce ad Odyss. v. 313. vbi καὶ σὺ Φίλος, scribit: ἰστέον δὲ, ὅτι τὸ, καὶ σὺ Φίλος, ἴσον ὂν τῷ, καὶ σὺ ὦ Φίλε, Ἀττικόν ἐστι. καὶ ὅτι ἀνὴρ Ἀττικὸς (male ibi editum Ἀττικῶς) ἐρεῖ ἄν, καὶ σὺ Φιλότης. *Bergler.*

140. ἀφίξεως. Profectionis significatione haud temere apud scriptores profanos reperietur, si audiamus Henr. Stephanum. Inueni tamen ap. Herodotum IX. 17. et. 76. Herodianum Lib. III. init. Heliodor. L. II. p. 112. IV. p. 184.

Sic *Alberti* ad Hesychium. — Est etiam apud Zosimum V, 11. et alios. W.

143. Θαΐδας. Hoc vnico loco, quod sciam, in plurali numero, vt videantur duae fuisse Comoediae Menandri sub hoc nomine. *Bergler*. De hac, et quae sequuntur, Menandri Comoediis v. omnino Fabricii Bibl. Gr. Harles. T. II. p. 455. ff.

143. Μισούμενον. Pro diuersis Comoediis habet Clericus in Fragmentis Menandri. Μισούμενον et Θρασωνίδην. Μισούμενος saepius memoratur; Θρασωνίδου μῖσος tamquam diuersae Comoediae titulum putauit exstare in his Libanii verbis [Declam. XXXI.]: καὶ γέγονεν ἀμέλει προσηγορία τῷ δράματι τοῦ Θρασωνίδου ΤΟ μῖσος. quo nomine reprehensus est a Phileleuthero Lipsiensi [Bentleio] sed excusatur a Philargyrio Cantabrigiensi [Pauwio] haec scribente: *Expendant omnes, quotquot vere literas humaniores colunt, an ita in excusabilis sit Viri Cl. error*, qui ex *istis Libanii*, καὶ γέγονεν ἀμέλει προσηγορία τῷ δράματι Θρασωνίδου Μῖσος *hunc titulum extulit. Libenter illos exaudiam, ipse Clericus libentissime, credo.* Ita sane, inquam, si sine articulo legas μῖσος, quem data opera videtur omisisse Philargyrius verba repetens. Prorsus puto et Libanium non nisi Μισούμενον intellexisse. Idem sentit et Cl. la Croze, qui loca sibi obseruata, in quibus Thrasonidis mentio, ad Μισούμενον refert, *ex Diogene Laertio* Lib. VII. Segm. 130. τὸν γοῦν Θρασωνίδην κ. τ. λ. *et Suida* in v. Ἔρως. p. 862. ed. Kuesteri. *praeterea ex Disputationibus Epicteti ab Arriano scriptis* Lib. III. c. 26. ὅρα ὃ λέγει καὶ ποιεῖ ὁ Θρασωνίδης. etc. vbi ex postremis verbis duos versus Menandri efficit:

Παιδισκάριόν με καταδεδούλωκεν Γέτα
Ἀτελὲς, ὃν οὐδεὶς τῶν πολεμίων πώποτε.

in quorum posteriore pace Viri Cl. ego legerim εὐτελὲς potius, vt ex sequentibus patet. *Bergler*: Hanc τοῦ ἀτελὲς in εὐτελὲς mutationem comprabat ipse Alciphron Lib. III. Ep. 27. vbi ipsum παιδισκάριον εὐτελὲς occurrit. Laudat

eamdem Hemsterhusius ad Luciani Dial. Mort. T. II. Bip. p. 540. firmatque ex Clementis Alex. Strom. II. p. 463. τὸν γὰρ κωμικὸν ἐκεῖνον Θρασωνίδην ἄλλη σκηνὴ, Παιδισκάριόν με, φησὶν, εὐτελὲς καταδεδούλωκεν. — Ceterum de fabula Μισουμένου vide *Toupium* Ep. Crit. p. 27. s. ed. Lipsi. et praestantiss. Boettigerum in Specimine Terentii p. 54. ss.

144. Ἐπιτρέποντας. Videor mihi huius fabulae mentionem factam observasse in Apollonii Alexandrini Syntaxi Lib. III. c. vlt. sed liber nunc non est ad manus. *Bergler.* Adscripseram olim meo exemplari Sidonium Apollinarem Epp. Lib. IV. Ep. 12. qui Terentium ad hanc Menandri fabulam Hecyram suam composuisse testatur. Sirmondus ibi p. 47. plures adfert, qui τῶν Ἐπιτρεπόντων meminerint. cf. et Savaronem ad eumdem p. 268.

144. Ῥαπιζομένην. Thom. Reinesius Var. Lectt. p. 380. iam emendauit falsam priorum editionum lectionem Ῥακιζομένην, cuius lectionis ne meminisse quidem operae pretium duxit Berglerus. De Dramate ipso vide Cel. Boettigerum l. l. p. 59.

144. Σικύων *** Satis certum est, legendum esse Σικυώνιον, vt inspicienti collectiones Fragmentorum Menandri patet. Est autem hic in editionibus spatium vnius lineae vacuum relictum, et videntur non multa excidisse, cum exiguo detrimento sensus. *Bergler.*

148. εὐφυᾶ γυναῖκα ταχέως παρ' ἐρώντων μανθάνειν. Videntur esse verba Menandri ex Comoedia aliqua, et est Senarius, si admittas Synizesin initio:

Εὐφυὴς γυνὴ ταχέως παρ' ἐρώντων μανθάνει.

Videtur autem probabilis esse sententia, quemadmodum ista Xenophontis in Apomnem. Lib. I. c. 2. §. 39. a contrario: Φαίην δ' ἂν ἔγωγε μηδενὶ μηδεμίαν εἶναι παίδευσιν παρὰ τοῦ μὴ ἀρέσκοντος. *Bergler.*

153. ἐν ᾧ με γέγραφας. Menandri fabula Γλυκέρα memoratur a Prisciano, vt adnotatum a viris doctis, qui Poe-

tae Fragmenta et titulos Comoediarum collegerunt. Eius locum adduximus supra ad Epist. 3. *Bergler.*

157. ἀφείς. Pro ἀφέντι per Soloecismum, credo data opera, propter sequens ἄστει. *Bergler.*

162. φανείη δὲ, ὦ θεοὶ πάντες, ὁ κοινῇ λυσιτελές. Tali voto clauduntur Demosthenis Orationes, tertia Philippica: εἰ δέ τις ἔχει τούτων τι βελτίω, λεγέτω καὶ συμβουλευέτω. ὅ, τι δ' ὑμῖν δόξειε, τοῦτ' ὦ πάντες θεοὶ συνενέγκοι. — Prima: νικᾷη δ' ὁ πᾶσιν ὑμῖν μέλλει συνοίσειν. — it. Olynthiaca III. *Bergler.*

164. τῆς θεοφορήτου κόρης. Adnotarunt viri docti, qui Menandri fragmenta et titulos Comoediarum congesserunt, aliunde eius Θεοφορουμένην. Eadem illa sine dubio hic etiam intelligitur. Ita et Cassandram θεοφόρητον dicit Aeschylus in Agamemnone v. 1149. quemadmodum et Dio Chrysostomus Or. LXI. T. II. ed. Reisk. p. 320. Κασσάνδρας θεοφορήτου καὶ ἱερᾶς κόρης. qui eamdem illam in Troico (T. I. p. 329.) θεοφορουμένην vocat. Citatur autem et Alexis Comicus ἐν Θεοφορήτῳ apud Athenaeum Lib. XV. p. 700. *Bergler.*

Finis Libri Secundi.

W7942

(7)

KD 78

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-705928-p0386-6

ULB Halle 3
006 303 722

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-705928-p0387-2

ONIS

IS

OLAE

OT CODICVM

TAE

BIBLIOTHEK
des
DOMGYMNASIUMS
ZU MERSEBURG

ERGLERI

INTEGRO,

ET SVAS NOTATIONES,

I INDICVLVMQVE

T

NVS WAGNER

SII MERSEB.

I.

AE

IAE MVELLERIANAE

XVIII.

Farbkarte #13
B.I.G.
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
Centimetres Inches
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-705928-p0389-6
DFG